


QVATVOR
 TRACTATVS
 IN I.P.^{tam} S. THOMÆ.
 Distincti Disputationibus.
 SC
 Per P. Valentinum de Herice,
 Pampilonensem Societate Iesu,
 Apud Salmanticenses quondam
 publicæ Theologiæ Professorem,
 Et apud Questitores Fidei
 Censorem.
 Pampilonæ: Anno Domini 1627.
 Ex Officina Caroli a lablen Typographi
 Regni Navarra.



L. de Courbes Sculptit

SVMA DEL PRIVILEGIO
DEL CONSEIO REAL DE
NAVARRA.

HIENE el Padre Valentin de Herice de la Compañia de Iesus, y Rector del Colegio de nuestra Señora de la Anunciada de la misma Compañia, en esta ciudad de Pamplona, Priuilegio Real de diez años, para imprimir el libro intitulado, *Quatuor Tractatus in primam partem sancti Thomae*, y prohibicion de q̄ ningun otro lo pueda imprimir en este Reyno de Navarra, fino es el Padre Valentin de Herice, o quien su poder, o ordē tenga, so pena de perdimiento de los libros, y de los moldes, y de diez mil maravedis, como cōsta de su fecha en Pāplona a 11. de Julio del año de 1623. El Licenciado D. Gil de Albornoz Regente en el cargo de Virrey en este Reyno de Navarra. El Licenciado Don Martin de Eusa. El Licenciado Dō Miguel de Bayona. El Doctor Murillo de Ollacarizqueta. El Licenciado D. Lope de Morales. El Licenciado Don Diego de Ceuallos. El Licenciado Dō Lope de Echebelz y Agreda. Pedro Barbo Secretario.

Suma de la Tassa.

ESTE libro intitulado, *Quatuor Tractatus in primam partē sancti Thomae*, compuesto por el Padre Valentin de Herice de la Compañia de Iesus está tassado a cinco maravedis el pliego, y tiene 233 pliegos, como consta del testimonio de la Tassa concedida por los señores Regente y Consejeros del Consejo Real de Navarra, su fecha a 6. de Julio de 1623. Pedro Barbo Secretario.

† Liber



LIBER is inscriptus *Quatuor Tractatus in primam partem sancti Thomae*, compositus à Patre Valentino de Herice è Societate Iesu, cohæret cum suo Archetypo, demptis ijs mendis. Pampilonæ die 6. Julij Anno 1623.

Doct̃or D. Martin de Argayz & Antillon.
Prior Pompeiopolitana Ecclesie.

Errata sic corrige.

Pagina 3. columna 2. linea 2. io lege ideo. p. 6. c. 2. in margine, de facis l. de facto. & infra, resq̃nsio l. respon-
sio. p. 8. c. 1. l. 12. obscauandum l. obseruandum. p. 8. in 1. titulo capituli 1. scientiarum l. scientiam. p. 25. c. 2.
in marg. authores l. authoris. p. 41. c. 2. l. 20. formalitate l. formaliter. p. 42. c. 2. l. 55. lia que l. aliaque. p. 69
c. 2. l. 49. bauri l. bauriri. p. 111. c. 1. l. 42. prætium l. præteritum. p. 135. c. 2. l. 32. dictam l. dictum. p. 136.
c. 1. l. 33. prop̃fectam l. profectam. p. 156. c. 1. in marg. in secunda l. in duplici. p. 157. c. 2. l. 25. reputatione l. re-
futatione. & linea 31. Angelis l. Angelus. p. 258. c. 2. in marg. quod l. quid. p. 192. c. 1. l. 41. 12. l. 21. p. 263.
c. 2. l. 15. creaturam l. creatura. p. 276. c. 1. l. 25. formali l. forma. p. 277. c. 2. in fine, voluntati l. voluntatis.
p. 278. c. 1. l. 46. quod liber l. quodlibet. p. 287. c. 1. l. 47. experimanda l. exprimenda. p. 288. c. 2. l. 32. defendos
l. defendendos. p. 289. c. 2. l. 33. sed l. se. p. 291. c. 2. circa finem, tem l. sum. p. 293. c. 1. circa finem, domino l. do-
minio. & infra, mouens l. mouens. & c. 2. l. 5. antedentem l. antecedentem. & lin. 39. seu l. se. & infra, secu-
da l. secundam. p. 294. c. 1. circa finem, operandi l. operando. p. 296. c. 1. l. 28. connotationem l. connotationem.
p. 298. c. 2. l. 33. consensurum l. consensurus. p. 299. c. 2. l. 10. actum l. actus. p. 302. in 3. titulo, effectus l. af-
fectus. p. 310. c. 1. complexu l. complexum. p. 313. c. 2. l. 46. vero l. vero. p. 314. c. 1. l. 6. intentionis l. intensio-
nis. p. 321. c. 2. in marg. prædestinatio l. prædestinati. p. 463. c. 1. in marg. variatur l. versatur. p. 429. c. 2. l. 9.
apparauit l. apparuit. p. 468. c. 1. l. 11. ex l. eo. p. 496. c. 2. in marg. moderatiõis l. moderatiões. p. 553. c. 1. l. 33.
expectant l. spectant. & l. 40. expectans l. spectans.

FACVL-

FACVL TAS PATRIS
PROVINCIALIS.



MELCHIOR de Pedrosa Prouincialis Societatis Iesu in Castellana Prouincia, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Mutio Vitelleschi Præposito Generali eiusdem Societatis, facultatem concedo, vt *Quatuor Tractatus in primam partem sancti Thomae*, quinquaginta duabus Disputationibus distincti, à Patre Valentino de Herice nostræ Societatis compositi, & virorum grauium, atque sapientum iudicio eiusdem Societatis ex a minati, & approbati, typis mandentur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostri officij sigillo munitas dedimus. Le gione die quarta Augusti anni millesimi sexcentessimi vigesimi primi.

Melchior de Pedrosa.

CEN-

CENSURA DOCTORIS D. MARTINI

de Argayz & Antillon, Prioris Ecclesiae Pompilonensis.

SU P R E M I Senatus auctoritate vidi Tractatus hos in primam partem Angelici Doctoris D. Thomae, Authore patre Valentino de Herice Societatis I E S V, in Salmanicensi Academia eiusdem Societatis Primario sacrosanctae Theologiae nuper professore, & nunc mira approbatione in Pompeiopolitano Collegio Rectore. Tractatus tanti Magistri cum omni voluptate, & alacritate iterum, atque iterum legi; in quibus iudicii firmitas, profunditas scientiae, vires ingenij, eruditio singularis, Philosophorum, sanctorum Patrum, Conciliorum cognitio, & altitudo doctrinae, virum admirabilem efficiunt, & in eodem morum integritas cum pietate, & religione coniuncta splendet. Hac de causa christianum, clarissimum, & antiquissimum Navarrae regnum, florentissima Salmanicensis Academia, sacra Societatis religio propter filium ita celebrem ab ipsis genitum, nutritum, atque educatum, gloriam incomparabilem assequuntur. Eius ingenij suauitas, facilitas, & perspicacia, ubertas doctrinae cum breuitate in varijs opinionibus obscuris, & difficillimis questionibus explicandis, disponendis, probandis, fortissimis argumentis soluendis; omnium admirationem, & amorem sibi conciliat. Et uno verbo concludam: Valentini opus, sicut partus singularis doctissima Societatis est venerandum. Denique eximius a me descriptus Doctor inter clarissimos, & primos illos viros, Molinas, Soarios, Vazquios, Bellarminios, Theologiae lumina, & christiana religionis columnas firmissimas, est suspiciendus. Qua propter necessariam, & dignam sentio (hoc opus) typis mandari. Subscripsi die Iunij decimo Anno 1622.

Doctor D. Martin Argayz
Antillon, Prior Pompeiopolitanæ Ecclesiae.

A P P R O B A T I O R E V E R E N D I S S I M I M A -
gistri Patris Antonij Perez.

DE decreto supremi Senatus legi quatuor istos sacrae Theologiae Tractatus, quos in primam partem D. Thomae condidit, & confecit Reuerendus admodum pater Valentinus de Herice à Societate I E S V: quos sanè censoriae virgæ in nullo obnoxios inueni. Sed per omnia consonos probitati, doctrinae, prudentiae, & solertiae Auctoris; quæ in illo maximæ, & supra fidem sunt. Quare typis mandari congruè, & vniuersali bono expedientissimum iudico. Matruci apud Beati Martini Benedictinorum cœnobium, 14. Kalendis Decembris Anno salutis 1622.

Frater Antonius Perez.

ILLVSTRISSIMO D. D.
DIDACO DE YBARRA PHILIPPO
quarto, a Consilij belli, & pacis equiti inaurato militiæ D.
Iacobi, ac Villahermossæ Com-
mendatario.



N (illustissime) meis his in primam magni Aquina-
tis partem tractatibus lucem à tui nominis splendo-
re mutuatum eo: faustasque mihi in Theologicis ca-
stris merenti aures portedit animus sub spectatissi-
ma prudentia, prisca nobilitatis, laudumque omnium
tutela. Prudentiam tuam magnus rerum usus, &
gracissima legationes commendant, quibus te
nostrorum Regum iudicia honestarunt, & externarum gentium adm-
ratio. Quid enim laboris, ac fidei, capacissima menti, valido animo, nostri
non committerent Principes? Consilij celeritatem, tractandarum rerum
artem, mirati exteri. Quis enim^a, Qui aut otium validius diligit, aut
facilius sufficiat negotio, & magis, quæ agenda sunt, curet sine vlla of-
tentatione agendi, te uno felici Regum administro? Huic laudi dant se
comites lata seueritas, prisca hilaritas, aliaque virtutum lumina, qua o-
mitti ne inustus candor crimini sit. Nobilitatem familia tua, clarissimi
ex ipsa duces adangent. Inter ipsos opulenta Iacobæ militiæ cruce parës
tuus Franciscus Ybarra, inclytum bello nomen, in agmine militi grega-
rio mixtus; verum incorrupto ducis honore, & ardore, in Hispani nostri
Casaris V. Caroli exercitu, quæstoris, annonæque præfetti honorè, ampla
vectigalia adeptus; clarissima militaris virtutis documeta dedit. Italia,
Belgio, Hispania, & in celebri illo Ioannis Austrij cum Turcica classe
pralio vitam integram Regi vouit; Martialibusque periculis. Huius fra-
ter Petrus de Ybarra Calatrabensis militiæ eques; cuius inter eximios no-
stri qui duces memoria, facinora regni fasti, fama, & eternitas colunt:
Æmula proles Germanus tuus Christophorus de Ybarra, quem apud

^aVelleius
P. 2. Hist.

† in

Insubres equitatus gubernatorem, immaturum fatum abstulit; dum Ge-
benenses oppugnat.

^b Illum tota premit moles, illum omnia tela.

Nulla fuit non certa manus, non lancea felix.

b Lucan. 6

c Mamer.
gra. act. ad
Iulia.

Eæde dilaceratum in hostium solo inanimatum cadaver repertum: sed
non in signe virtutum exemplar. ^c Nec potuit quidem, nisi forte existi-
mamus patientes vulnere formas esse virtutum.

In hac ducum nomenclatura sequitur tua militia; gloria, laboris ne
maioris? incertum. Ante togam vinilem inter regia ephabos apparuisti,
mox prudentissimi parentis iussu Belgium profectus: ubi ipsius commili-
tio bellica disciplina capax ingenium militari prudentia excultum. Post
varia militie munera apud Mediolanenses, & Siculos, Parisiorum Lute-
tia, dum ab Henrico quarto sæva obsidione cingitur, Hispanus, Belgicus
que peditatus tua moderationi commissi: quos, & Reginum vexillorum
honorem, Hispanam existimationem tutatus, dum Parisij se dant Henri-
co. Sequuta deinde laborum premia. Belgici exercitus quæstor. Maiori in
Alberti Austrij domo æconomia, & diti Jacobæa cruce donatus, quin aula
delitæ a bellicis discriminibus te auocarent, ijs sacrum. Magnam præ-
claris documentis prudentia adeptus famam: qua maius belli consilium
muniendum iudicavit tertius Philippus, qui te ad componendas res Bel-
gicas quarta luna natum misit. Prudentissimo denique quarti Philip-
pi iussu ad sanctius, quod status vocant consilium, cunctus togatam pru-
dentiam magnitudine cogitationem vigore animi, prudenti suffragio
omnium plausu illustras.

Et, ut Martiæ tuæ stirpi nulla contingat mortalitas, sed continenti
successione æternet; duos militia filios, Marti alumnos præbuiisti, Francis-
cum, ac Carolum. Illum recentes prosequuntur lacrymæ; meror Hispaniæ
nouo adhuc funeri parentat. Cæpit nobilem animum ab ipsa prætexta ar-
dor militaris: subsiliebat enim in generosa indole vestra domus spiritus,
militares ignes, & latissimo victoriarum, honorumque cursu contra
Rheni Palatinum gloriosam orthodoxæ Reipublicæ nauabat operâ. Tri-
bunus militum aliquot opida momento cæpit: dum ad Bruxelas res agi-
tur. Mansfeltanus, aliique nostrum exercitum excipiunt. Franciscus ho-
stē ur gere iussus incredibili quodā furore ad inimicas copias adgreditur.

d L. ca 9.

^d Ipse manu sua pila gerens, præcedit an heli

Mili-

Militis ora, pedes, monstrat tolerare labores:
Non iubet.

Manu, & copiarum impressione ingentem edit stragem, & pertinaci-
cissimo ardore in aduersos numero, & animo valentes irrumpit, eos e lo-
co submouet, fundit, vincit. Verum heu constantissimam humanarum re-
rum inconstantiam! in ipso partæ iam victoria limine, glande traiectus
diem claudit: vixit tantum: ut vinceret. ^e Quem Dij cælo vindicauerūt,
nequi post illud diuinum, & immortale factum, mortale faceret. Debe-
ri quippe maximo operi hanc venerationem, vt nouissimum esset: mag-
num omnium consensu facinus, ^f Quod ego factum cui libet veterum
consulum gloria comparandum reor, nisi quod naturaliter audita vi-
sis laudamus libentius, & præsentia inuidia, præterita veneratione profe-
quimur: & his nos obrui illis instrui credimus. Indolere exteræ natio-
nes iuuenem intra iuuentam præmaturæ exitu raptum. ^g Et ipse quidem
quamquam medio in spatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriã
longissimum æuum peregit: quippe & vera bona, quæ in virtutibus fi-
ta sunt, impleuerat. Et omnem honorum splendorem meruit.

e Plin. in
Panegi. ad
Tra.


f Veleus
2. hist.

g Tacit.
in Agrico-
la vita.


Domesticum ex Francisci morte luctum Carolus abstergit, latissi-
ma nostri sæculi spes, piratarum fatum, in cuius adolescentia magni mox
futuri viri inspecta documenta non leuia. Classem sæpe ad occidui solis
Indias duxit semper incolumem: superioribus annis illustrem victoriam
a numerosa rebellium Belgarum classe nostræ tulit Hispaniæ, in qua tuus
Carolus Admiranti munere nauum se, victoremque præbuit, memor do-
mestica existimationis, onerariam insigni virtutis exemplo arpagone cõ-
pressit, depressitque. Oculi etiam hilarescant in filiam Beatricem intentis
beant enim tuam pro sapiam non Heroes solum, sed etiam Heroines, a qua
non modo genus illustre, sed omnem hausit virtutis succus immo verius
parentes habuit timorem Dei, & pietatem, nutricem religionem, pruden-
tiam magistras: & ista decora ad grandium cibos cõuersa in omni ad-
huc vite parte animatis ita pigmentis expressit, vt experimento disca-
tur, non tam natam ad calathos Mineruæ, quam datam ad sceptrum Iouis:
cui non tam colus in Gynicæo Bizantijs, quam in ordine Senatorio fasces
Romæ conueniant. Nihil de in nostram Societatem amore, et beneficijs
quæ, cum tibi, & illi nos, & me ante alios omni ære, ac libra nexos, atque
obligatos obstringant, nec verbis capiamus, nec factis ex æquemus; Deus,
oportet,

oportet diuina quadam manu, & fanore gloria compenset, postquam illa
cos senes aquaueris. Hoc voueo. Hoc precor. Vale Pāpilona, Idibus Iunij
anno a partu sacro, 1623.

Valentinus de Hericel



RATIO



RATIO SCRIBENDI

PRO LECTORE.



RER A X librorum hæc ætas, Libido eudendi propria cogitata, atque nocturnas vigilias illustrandi fecunda mater pene infinitos parturit liberos, & libres. Hoc vitio non tribuo: ne otium obrepat. Quid enim homine, & sapiente, ac maxime religioso dignius, quam rem diuinam assidua, & prompta mente alte versare? Verum enim vero scriptores aliqui summissas agunt. Antigonistas alij. Neutri (vtriusque) authores: nec scio quid vtrique habeant generosi. Priorum libri facile diuenduntur: vulgus namque æstimat vt vulgus, nimirum libelli exiguo pretio magnam sibi comparare doctrinam: cum tamen nuda conclusio in Scholastico certamine sit nux sine nucleo: potus sine dulcedine. Quippe qui Theologicarum conclusionum fontes non perlustrat, & pergustat: non imbibit veritatem abstrusam, non inebriatur diuina sapientia. Posteriorum libri, ac præcipue nostro excussi sæculo pungentes aculeatis verbis, non pressis argumentis, nimium additi incomptæ Methaphysicæ, & Theologiæ: illustre nihil molis, & rienti machinæ humeros supponunt, vt sustentent, patiuntur fortiter: sed timendum ne oneris grauitate præcipitentur, ac fractis succumbant ceruicibus.

Exoptandum ergo in his, quos composui, tractatibus, ac in componendis plures annos posui; vt non magnum volumen doctrinam contineat non exiguam; ac propterea non transcribo magnis characteribus textum sancti Thomæ millies prælo datum: at non exulat mens: imo siquid est in nostro opere commendabile, id maxime quod secretiorem Angelici doctoris mentem sedula, & accurata venatur indagine, vt legenti liber ipse probabit, & mox explico in hac prælocutione ex professo.

Selegi inter alia disputationes de Scientia, & Voluntate Dei; quia ieiune hucusque scriptæ, & si scripserint plures hac ætate. Nec hoc mirandum; nam quædæ in hac vita mortali sumus, nullus affirmare audebit se ita tranasse, aut peruestigasse profundiores Carybdes Theologiæ Scholasticæ, vt omnes eius sinus, ac latebras penitus habeat exploratas. Aliquid enim posteris relictum est.

Tertium adijcio Tractatum de Prouidentia, Prædestinatione, & Reprobatione: eum enim petit ordo doctrinæ: quoniam duo priores fundamenta ipsius sunt. In eo (non diffiteor) scriptores extitere illustriores: verum etiam me in ipsum profundius dimisi, vt forte nec minus, nec minus vere possem de ipso existimare: at abstinco.

Propter materiæ grauitatem, & subtilitatem, atque doctrinæ coherentiæ tres hos tantum

RATIO SCRIBENDI

tantum Tractatus, ut primos laborum fructus, atque doctrinæ nostræ indices in lucem communem dimittere decreueram; atque Tractatum de visione Dei in alterum tomum reservare, alio doctrinæ filo assutum. Nam licet inuisibilitas Dei attributum sit negativum, & spectet ad diuina interna: at doctores in eo tractatu descendunt ad qualitatem creatam visionis exponendam, quæ nihil habet affine cum Scientia Dei, cum Voluntate, cum Providentia, & Prædestinatione. Verum ne iuniores Theologi, quibus celebris hæc materia, nobis causentur, quod ea desideretur in hoc primo tomo, graui etiam consilio amicorum impulsus quartum de visione Dei inserui huic volumini tractatum, ratus parum lectoris interesse ipsum aut in principio tomi, aut in fine legere: mea vero multum; opus enim erat inuerrere locos omnes, quibus me ipsum refero: quod homini in alijs dilento, non potest non esse molestum. Sed neque omnino abs re post prædestinationem agitur de visione: quoniam quotquot creaturæ Deum vident, & in æternum videbunt, per prædestinationem tamquam per causam vident, & videbunt: atqui non alienum a recto ordine doctrinæ ex causæ cognitione ad cognitionem effectus descendere.

Sed cum liber is nunc primum in communem lucem prodeat, atque in eo grauissima, nec non controuersa discutiantur, quiuis accuratus Theologus, & S. Thomæ verus cultor, scire statim expetet, an quæ ipsi in eo propinatur doctrina, eam sapiat, quæ Thomistica vulgo compellatur: Huic ut satisfacerem, putaram verum hic Thomistam describere, atque inter oculatum, & cæcum: liberum & mancipatum discernere. Sed ne vllus aut apparentem offensionis vmbra apprehendere queat, ingenuè (multis prætermisissis) fateor me esse Thomistam; at non seruum, non iuratum; sed deuotum; non actum prædeterminatione, sed proprio euntem arbitrio. Nec enim Sancti Thomæ amat discipulos tam stricto vinculo sibi deuinctos, ut continuo obsequio Magistrum mentem suam tradant mancipatam. Nec doctissimi Thomistæ, qui antiquioribus temporibus merito floruerunt, tam arctæ se deuouerunt seruituti. Caietan. enim, qui medulla Thomistarum, nec sine eius Scholæ gloria putatur, in principio Commentariorum in Genesim ita scribit. *Si quando occurrerit nouus sensus textui consonus, quamuis a torrente sacrorum Doctorum alienus, æquum se præbeat lector Censorem.* Et Paulo inferius: *nullus (ait) detestetur nouum sacre Scripturæ sensum, quod dissonet a priscis doctoribus, nec enim alligauit Deus expositionem scripturarum sacrarum priscorum Doctorum sensibus, seu scripturæ ipsi integræ sub Catholica Ecclesiæ censura: alioqui spes, nobis, & posteris tolleretur exponendi scripturam sacram, nisi transferendo (ut aiunt) de libro in quinternium.* Ego hæc verba, nec Caiet. probo sententiam, sed ea probant non tantum institutum à me propositum, tam verum, quam modestum: sed aliud liberum a me alienum.

Alfonso a Médoza Magist. Alfonso a Médoza Augustinianus de diuinis, & humanioribus litteris benemeritus, cum in præfatione ad quodlibet profiteretur se selegisse doctrinam D. Thomæ, cui inhæreat: *quamuis (ait) non ita hæbeo, ut si quando radius veritatis affulgeat aliunde, non debeam post eam libere, & expedite currere.*

Canus. Magist. Cano 12. de locis refert sapientissimum Victoriam à S. Thoma interdum dissentisse, maioremque in dissentiendo, quam in consentiendo laudem fuisse consecutum. Idem lib. 7. de Auctoritate Sanctorum hæc notatione digna scribit verba: *ac reuera sequi maiores nostros per omnia, & in illorum vestigijs nos quoque pedes nostros figere, ut pueri faciunt per luserum, nihil videtur esse aliud, quam ingenia nostra damnare; iudicio nos priuare nostro, & facultate inquirenda veritatis: se quamur veteres bene habet, sed ut duces, non ut Dominos: non enim fidei nostræ dominaturi sunt, neque illis ita debemus esse addicti, & mancipati, ut in sacris litteris exponendis nullum habeamus arbitrium.* Aliena ergo est à mente illustrium Thomistarum hæc tam cæca, ac supersticiosa propriæ mentis seruitus: paucis ab hinc annis, cum libri nostrorum florescere cœperunt, excogitata videtur, ut ex hac saltem parte marcescerent: aut ut quosdam Cathedralium petitorum hoc metu incussos a vera, eximiaque arcerent doctrina.

Fidelis-

PROLECTORE.

S. Thom. Fidelissimus huius veritatis testis S. ipse Thomas: nam 3. p. q. 63. art. 3. referens opinionem oliorum de gratia, quam conferebat circumcisio, ita ait: *quod & aliquando mihi visum est, sed diligentius consideranti apparet hoc etiam non esse verum: quia, &c.* En D. Thomas a propria recedit opinione, & nouam seligit, cuius veritas ipsam iam dudum latebat. Est enim Angelicus Doctor sol splendidissimus rotantibus sapientiæ radijs resurgens, mentesque fecundans: at sol etiam cognouit occasum suum, & aliquando obscuratur obiecta ex parte nubecula. Quod si aliquando à se recedit, non amat discipulos sibi prius addictos. An Thomas omnino suos est secutus magistros? Numquam ne refellit Alensem? num semper adhæret Alberto quamuis magno? An Parisiensium est ad stipulatus doctrinæ?


August. Augustinus quoque huius ingenij fastidiebat discipulos, sic aiens lib. de Bono perseverantia cap. 21. *Neminem velim ita amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in ijs, in quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec me ipsum in omnibus me sequutum fuisse demonstrarem.* Pronuntiat igitur Magistrorum Coriphæus sibi displicere adeo mancipatos discipulos, ut ipsum quandoque per inuia errantem conentur sectari. Post relatos in hanc rem Ambrosium, Hieronymum, Athanasium, Gregorium tomo 2. Epistola 111. luculenter hoc ipsum ita docet. *Neque enim quorumlibet disputationes, quæuis Catholicorum, & laudatorum hominum, veluti scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si forte inuenimus, quod aliter senserint quam veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, & abs volo esse intellectores meos.* Tam altè inhæsit menti Augustini hæc veritas, ut alloquens Hieronymum, ita scribat Epist. 19. *Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo, pro ius (inquam) non te arbitror sic legi tuos libros velle, tamquam Prophetarum, vel Apostolorum, de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est.* En vult omnes Doctores quantumvis doctissimos, ut Hieronymus, ut Aug. ita esse errori obnoxios, ut liceat quandoque ab eis discedere, scribunt enim partas humano ingenio veritates, non diuino spiritu afflatas. An Thom. plus sibi arroget, quam August. quam Hieronymus, Vir humilitatis amarissimus, supra fidem modestus: Cohibendus ergo annis eorum, qui sagunt Thomam semper, & per omnia subsequendum.

Sapientia, nippe nobilis, & ingenua est, atque in ijs, qui ipsam assequi student, detestatur seruitutem. Illi namque discipuli, qui se totos tradunt Magistro, sicut mancipiorum emulantur obsequia; ita nihil sapiunt generosum. Plato de Republica Dialogo, 7. *Nullam (ait) disciplinam cum seruitute liberum hominem discere conuenit.* Etenim dum integram operam vni impendunt, lacescunt vires ad noua, & præclara quæque indaganda; & inuenire non vident, quæ erant statim ab ipsis contemnenda, si Magistri scriptis non fuerint exarata. Ant hac causa hodie quorundam libri ab antiqua cecidere existimatione? Seneca eos in mulans Epist. 33. rigidè stomachatur, & carpit. *Omnes (ait) istos numquam auctores semper interpretes sub aliena vmbra latentes, nihil puto habere generosi.* Præter ea ait, *Qui alium sequitur, nihil sequitur, nihil inuenit, imo nec querit. Quo usque ab alio moueris? & impera, & dic, quod memoris tradatur, aliquid tuo profer.* An ne ideo multorum hodie scripta obliuioni traduntur, quia scribunt sub aliena vmbra? quia nihil de suo proferunt, quia ab alio mouentur ut serui, nihil impent ut domini? nec mirabile, si negligent legere libros, eisdem semper hærentes vestigijs. Nec timendum, ne is, qui de suo nouos fert fructus, detrahat gloriæ magistrum: id etiam non vergit in Magistri dedecus; imo gloriam auget, teste Ambrosio Epist. 2. super q. 2. ad Thessalonicenses: *auctoritas enim Magistri (ait) in discipulorum est fiducia, cum se in accepta gratia faciunt digniores.* Hæc ergo pellenda formido, cum potius Magistri honor, & auctoritas consistat in alacritate animi discipuli, qua audet attentare discipulus proprio labie, & industria nouos ferre fructus, & gloriam, quam a Magistro mutuauit, recentibus mulare incrementis. Etenim qui ante nos fuerunt non domini nostri, sed duces frunt.


Meum

RATIO SCRIBENDI

Meum ergo in his, & alijs disputationibus, quas pro secundo tomo habeo ferè dispositas, constituo ducem S. Thomam, a quo, vix recolo, in quo dissentiam in hoc opere, & ne vix quidem in quo mentem ipsius, aut ex commentatoribus, aut ex varijs eiusdem locis inter se collatis summo studio, atque veneratione non indagem; hinc existimo forte a me erutas quasdam secretiores eius mentes. Itaque S. Thomam mihi vt exemplar vivum, quod exprimam, propono: neque enim me tanti facio, vt ausim sine duce, & præceptore novam ingredi viam. Quod si non semel Recentiores Thomistas refello, non a S. Thomam, sed a præposito, & alieno eius sensu dissentio. Nec ideo succensere libro, aut auctori quisquam debet. Imo inhærerelenitati & modestiæ eorum, qui sustinent redargui, patiunturque refelli. Cicero eloquentissimus orator, & prudentissimus Philosophus lib. 2. Tusculanarum sub initio. *Nos ipsi ait redargui, refelli que patiamur, quod quidam ferunt animo iniquo, quia certis quibusdam, destinati que sententijs quasi addicti, & consecrati sunt, ea que necesitate constrikti, vt etiam que non probare soleant, constanti causa cogantur defendere. Nos qui sequimur probabilia, neque ultra id, quod vero simile occurrerit, progredi possumus, & refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Si ita sentit Ethnicus, quid fide sancta, quid sacris, & religione initiatus sentiat, oportet? Claudio prisca formula, aquam, & ignem, qui aliter faxit. Vale.*



INDEX



INDEX DISPUTATIONVM ET CAPITVM.

TRACTATUS PRIMVS DE SCIENTIA DEI.

Decem Disputationibus distinctus.

DISPUTATIO I. De existentia scientiæ Dei.

Distincta tribus capitibus.

- In 1. Perfectionum scientiæ Dei expositio cõpèdiosa.
- In 2. De fide certum est, esse scientiam in Deo, & lumine naturali evidens.
- In 3. Ratione, qua id probat D. Thomas, a n. 1. discussio.

DISPUTATIO II. De natura scientiæ Dei.

Distincta tribus capitibus

- In 1. Scientiam Dei non esse realem actum primum, vt comparatur ad obiecta necessaria.
- In 2. Nec esse realem actum primum, vt refertur ad obiecta libera.
- In 3. Nec ratione nostra esse actu primum in scientia Dei.

DISPUTATIO III. De constitutione naturæ diuinæ per intellectionem.

Distincta quinque capitibus.

- In 1. Sententia negans, intellectione constitui.
- In 2. Notanda pro eligenda sententia.
- In 3. Affirmans sententia præfertur.
- In 4. Quid sentiat D. Thomas?
- In 5. Responso ad argumenta sententiæ negantis.

DISPUTATIO IIII. De obiecto increato scientiæ Dei.

Distincta quatuor capitibus.

- In 1. Deus se intelligit per se in se ipso.
- In 2. Deus se cognoscit in alio.
- In 3. Deus non se cognoscit ex alio.
- In 4. Deus se comprehendit. In quo de Dei incomprehensibilitate à creatura.

DISPUTATIO V. De obiecto creato possibili scientiæ Dei.

Distincta sex capitibus.

- In 1. Deus distinctè scit possible.
- In 2. Quid sit non repugnantia creaturarum?
- In 3. Deus cognoscit possible in se ipso.
- In 4. Deus cognoscit possible in se ipsis.
- In 5. Deus cognoscit possible ex se ipso.
- In 6. De numero possible, quæ Deus cognoscit.

DISPUTATIO VI. De obiecto contingenti absolute futuro scientiæ Dei.

Distincta capitibus octo.

- In 1. Deum cognoscere contingentia absolute futura de fide certum. An demonstretur? difficile est; id.
- In 2. In causa secunda libera, proxime ad operandum disposita, non cognoscit Deus hæc futura. Hic effugia quædam noua præcludo.
- In 3. In decreto Dei circa hæc futura Deus ea sufficenter non cognoscit. Vbi quale sit hoc decretum.
- In 4. Futura non coexistere aternitati toti ex aternitate.
- In 5. Quid interstet coexistentia rerum in aternitate ad certam cognitionem Dei?
- In 6. Quid sit contingentis futuritior?
- In 7. Propositiones de futuro contingenti absolute, vel esse determinate veras, vel determinate falsas.
- In 8. Concordia infallibilis præscientiæ Dei de futuris contingentibus cum libertate.

DISPUTATIO VII. De obiecto futuro contingenti conditionato scientiæ Dei.

Distincta capitibus duodecim.

- In 1. Status controuersia. Varia propositionum conditionatarum genera. Propugnatores affirmantis sententiæ.

INDEX DISPUTATIONVM.

- In 2. Testimonia sacre Scripturae pro sententia nostra affirmante.
In 3. Quaedam testimonia expendo; & effugia precludo.
In 4. Ex quadam Patrum doctrina probo scientiam conditionalium.
In 5. Eandem ex S. Augustino.
In 6. Eandem ex S. Thoma.
In 7. Impugnatio decretorum erga futura contingentia conditionata.
In 8. Ratione probo scientiam conditionalem; & declaro obiectum, in quo cognoscuntur à Deo conditionate futura.
In 9. Nullum suum decretum ut futurum cognoscit Deus.
In 10. Veritatem propositionum contingentium conditionatum mensurandam non esse ex bonitate consequentiae. Et quid iudicandum de disparatis. Et de nomine scientiae mediae.
In 11. Contrariae sententiae fundamenta, & solutiones.
In 12. Alia fundamenta contrariae sententiae, & solutiones.

DISPUTATIO VIII.

TRACTATUS SECVNDVS DE VOLVNTATE DEI,

Decem Disputationibus distinctus.

DISPUTATIO XI. De existentia diuinae voluntatis. Distincta tribus capitibus.

- In 1. In Deo esse voluntatem, de fide est; & euidentia ratione naturali.
In 2. Discussio, atque defensio rationis S. Thomae.
In 3. Demonstratur necessaria conexio inter cognitionem, & appetitum.

DISPUTATIO XII. De natura voluntatis Dei. Distincta quatuor capitibus.

- In 1. Non est in voluntate diuina conceptus actus primi per ordinem ad volitionem.
In 2. Volitionem Dei non esse metaphysicum constitutum naturae eius.
In 3. Obiectiones, & solutiones.
In 4. De appetitu innato Dei.

DISPUTATIO XIII. De obiecto increato volitionis Dei. Distincta sex capitibus.

De non ente, & malo formaliter, ut sunt obiecta scientiae Dei. Distincta duobus capitibus.

- In 1. Deus cognoscit entia rationis; non fingit.
In 2. Deus cognoscit omnia mala. Explico modum, quo ea cognoscit.

DISPUTATIO IX. De diuisione scientiae Dei. Distincta capitibus tribus.

- In 1. Explicantur variae diuisiones scientiae Dei.
In 2. Quid respondeat ex parte obiecti triplici scientiae Dei?
In 3. Diuisio scientiae Dei in practicum, & speculatiuum.

DISPUTATIO X. De proprietatibus scientiae Dei. Distincta tribus capitibus.

- In 1. Scientiam visionis ut sic non esse causam obiecti proprii.
In 2. Mens D. Thomae in hac controuersia cap. 1.
In 3. Nec scientiam Dei esse discursiuam, nec variabilem.

- In 1. Non habet Deus usum speciei circa se ipsum.
In 2. Rei difficultas circa amorem specialem, & fructum.
In 3. Sententiae Theologorum.
In 4. Prima Recentioris satisfactio refutata.
In 5. Alia alterius Recentioris satisfactio refutata.
In 6. Propria resolutio per tres conclusiones.

DISPUTATIO XIII. Qualis sit amor Dei erga se ipsum? Distincta tribus capitibus.

- In 1. Amor Dei de se ipso necessarius est quoad exercitium.
In 2. Qualis sit amor Dei erga bona diuina an concupiscentiae? an charitatis propriae?
In 3. Nec est amor concupiscentiae realis, nec formalis amicitiae inter diuinas personas, sed alia quadam eminentialis amicitia.

DISPUTATIO XV. An Deus se diligat propter creaturas? Distincta quatuor capitibus.

- In 1. Sententia negans.

In 2.

INDEX DISPUTATIONVM.

- In 2. Refutatur modus quidam defendendi sententiam affirmantem.
In 3. Sententia affirmans defenditur ex proprijs principijs.
In 4. Dilutio argumentorum cap. 1.

DISPUTATIO XVI. De libertate volitionis diuinae. Distincta duodecim capitibus.

- In 1. De fide est, Deum liberum esse.
In 2. Ratione naturali demonstratur libertas Dei: & proponitur rei difficultas.
In 3. Reicitur sententia Thomistarum, explicans libertatem Dei per respectum rationis.
In 4. Reicitur Caietanus, & alij Sectatores magis temperati.
In 5. Discussio, & refutatio sententiae P. Suarez, & Sectatorum.
In 6. Refutatur noua quadam ingeniosi Magistri sententia.
In 7. Refutatio alterius nouae sententiae.
In 8. Refutatur sententia P. Albertini.
In 9. Sententia Aureoli: & varij modi defendendi libertatem per extrinseca connotata.
In 10. Argumenta contra Aureol. & explicatio propriae sententiae.
In 11. Infero corollaria, & discutio modos dicendi re-latos cap. 9.
In 12. Solutiones argumentorum contra propriam sententiam.

DISPUTATIO XVII. Appendix de mutatione necessaria in rebus; de affectu efficaci, & inefficaci libero; de ordine intentionis, & executionis: atque de signis rationis decretorum Dei. Distincta quinque capitibus.

- In 1. Quanam mutatio ad extra necessaria sit pro exercitio libertatis diuinae, cum votum vellet relaxare?
In 2. Nullum Deus potest remittere peccatum solà extrinseca condonatione: sed necessaria est variatio in rebus cum peccatis pugnant.

TRACTATUS TERTIVS DE DEI PROVIDENTIA, PRAEDESTINATIONE, ET REPROBATIONE.

Distinctus decem & quinque Disputationibus.

DISPUTATIO XXI. De existentia prouidentiae, & praedestinationis

- In 3. Quae ratione in doctrina nostra affectus efficaces, & inefficaces Dei defendi possint?
In 4. Defensio ordinis intentionis, & executionis secundum nostra principia.
In 5. Explicatur ordo liberorum decretorum Dei secundum nostra principia.

DISPUTATIO XVIII. Quomodo amet possibilia Deus; atque creaturas propter se, & propter ipsas, & de diuinis virtutibus moralibus. Distincta quinque capitibus.

- In 1. De amore possibilium.
In 2. Deus amat creaturas propter se, & propter ipsas.
In 3. Rei difficultas.
In 4. Reijciuntur varij modi satisfaciendi.
In 5. Vera satisfactio.

DISPUTATIO XIX. De modo concurrendi voluntatis diuinae cum agentibus liberis: & de malorum volitione. Distincta quinque capitibus.

- In 1. Sententia affirmans, Deum concurrere decreto efficaci intrinseco antecedenti.
In 2. Refutatio praedictae sententiae.
In 3. Dilutio argumentorum.
In 4. Sententia Scriptorum Societatis, & nostra.
In 5. De volitione Dei, ut comparatur ad mala.

DISPUTATIO XX. De proprietatibus, & affectibus voluntatis Dei. Distincta quinque capitibus.

- In 1. Voluntas Dei est immutabilis, & aeterna.
In 2. Grauis difficultas contra immutabilitatem volitionis diuinae ex libertate.
In 3. De affectibus prosecutionis Dei erga creaturas.
In 4. De affectibus fugae erga creaturas.
In 5. Non necessario Deus vult optimum.

- Distincta quatuor capitibus.
In 1. De nomine praedestinationis, & prouidentiae.
In 2. Esse in Deo prouidentiam, & praedestinationem.

INDEX DISPUTATIONVM.

nem, de fide certum est.

In 3. Quantum de providentia, & predestinatione ratione naturali ostendi possit?

In 4. Aliquot discrimina inter providentiam, & predestinationem.

DISPUTATIO XXII.

De natura Providentia, & predestinationis.

Distincta septem capitibus.

In 1. Providentiam, & predestinationem esse actus Dei immanentes, & aternos.

In 2. Scientiam naturalem, & liberam Dei necessariam esse ad providentiam, & predestinationem.

In 3. Scientiam conditionalium necessariam esse ad providentiam, & predestinationem.

In 4. Imperium ex parte intellectus necessarium esse ad providentiam, & predestinationem: & quale illud sit.

In 5. Voluntatis Divinae actus necessarios etiam esse ad providentiam, & predestinationem: ubi qua ratione differant electio, & dilectio; de quo S. Tho. art. 4.

In 6. Providentia, & predestinationis essentiam constare a actibus intellectus, & voluntatis.

In 7. Providentiam, atque predestinationem definitio; & scilicet actus intellectus, & voluntatis, in quibus earum natura est constituenda.

DISPUTATIO XXIII.

Utrum in Deo sit voluntas absoluta dandi gloriam Predestinatis ante praesumpta eorum merita?

Distincta capitibus quatuordecim.

In 1. Notationes pro statu controversiae.

In 2. Quo pacto se gerat divina voluntas circa finem, & media; & circa premium, & merita?

In 3. Utraque sententia affirmans, & negans praeelectionem gloriae ante praesumpta merita; & utriusque propugnatores.

In 4. Quinque testimonia S. Scrip. quae allegantur pro sententia affirmante, discutio.

In 5. Alia quadam testimonia pro sententia negante discutio.

In 6. Quantum saepeat D. Augustinus sententiae affirmanti.

In 7. Testimonia August. pro electione post merita, & intelligentia mentis ipsius in hac controversia.

In 8. Electionem absolutam ante praesumpta merita non esse necessariam.

In 9. Intentionem omnino absolutam gloriae ante merita Predestinati pugnare cum libertate eam adquirendi, & amittendi.

In 10. Electionem absolutam ante praesumpta merita pugnare cum alijs divinis decretis: ac praecipue cum voluntate dandi gloriam propter merita.

In 11. An per ordines intentionis, & executionis fiat satis argumento capitibus superioris?

In 12. Discutiuntur cetera, quae pro se adducit P. Sua. & maior doctrina nostra declaratio.

In 13. Explicatio, & defensio propriae sententiae.

In 14. Quaedam argumenta contra doctrinam capitibus superioris, & solutiones.

DISPUTATIO XXIII.

An confirmati in gratia, seu eximie Praedestinati sint efficaciter electi ad gloriam ante praesumpta merita?

Distincta tribus capitibus.

In 1. Opinio Ambrosii Catherini.

In 2. Quid sit eximie praedestinatam in gratia confirmari?

In 3. Propria resolutio.

DISPUTATIO XXV.

De causa praedestinationis ex parte praedestinati.

Distincta novem capitibus.

In 1. Varij errores: & indicantur loca, unde refutantur.

In 2. Error Pelagij, & vindicatus P. Suar. ab impostura mag. Navarreti.

In 3. Error Semipelagianorum: & quantum posuerint meritum gratia in natura.

In 4. Quid sit illud supernaturale, quod Semipel. nostrum arbitrium mereri de congruo dixerunt?

In 5. Semipelag. non tantum posuisse initia fidei ex nudo arbitrio, sed etiam aliorum operum pietatis.

In 6. Aliqui ex Massiliensibus concesserunt, quosdam praeveneri a gratia Dei.

In 7. Quid sentiendum de Chryso. an cum Casiano senserit?

In 8. Refutatio erroris Semipelag.

In 9. Argumenta a parte Semipelagian. & solutiones.

DISPUTATIO XXVI.

De sententijs Catholicorum circa causam praedestinationis ex libero arbitrio.

Distincta tribus capitibus.

In 1. Scoti, Gabrielis, Durandi, & Caiet. sententias Semipelagianismum sapere.

In 2. sero iudicium de sententia Soti, Ricar. Gerfo. qui ponunt dispositionem remotam ex libero arbitrio ad gratiam.

In 3. Quid senserit S. Thom. de dispositione ad gratiam ex libero arbitrio?

DISPUTATIO XXVII.

De veritate eius axiomatis: faciendi, quod est in se, Deus non denegat gratiam.

Distincta

INDEX DISPUTATIONVM.

Distincta quinque capitibus.

In 1. Sententia P. Molinae, & fundamenta.

In 2. Defensio P. Molinae ab impugnatione M. Aluar.

In 3. Ut ab alijs Theologis hoc axioma defendatur, aut refutetur.

In 4. Ut explicetur hoc axioma a P. Suario.

In 5. Alia authoris explicatio.

DISPUTATIO XXVIII.

De causa praedestinationis ex procedentibus a gratia.

Distincta quatuor capitibus.

In 1. Sententia affirmans.

In 2. Vera sententia negans.

In 3. Solutio argumentorum.

In 4. Non est in potestate praedestinati praedestinatio quoad omnes effectus.

DISPUTATIO XXIX.

De causa praedestinationis ex meritis aliorum.

Distincta capitibus quinque.

In 1. Christ. D. est causa meritoria omnium effectuum praedestinationis.

In 2. Christ. D. est causa meritoria nostra praedestinationis.

In 3. Christ. D. meruit specialem dilectionem praedestinatorum, ut est electio.

In 4. Qua ratione Christ. D. existens, atque merens independenter a progenitoribus praesumptus fuerit?

In 5. De causa praedestinationis per meritum praesumpti hominis.

DISPUTATIO XXX.

De effectibus praedestinationis.

Distincta sex capitibus.

In 1. Quatuor conditiones omnis effectus praedestinationis.

In 2. Quenam praevenerit gratia ex congruis, aut non congruis, sint, aut non sint effectus praedestinationis?

In 3. Quinam actus supernaturales sint, aut non sint effectus praedestinationis?

In 4. Infusio gratiae iustificantis, etiam prima, cum per peccatum interruptum, & glorificatio sunt effectus praedestinationis.

In 5. Quo pacto res naturales sint, aut non sint effectus praedestinationis?

In 6. Permissio peccati an sit effectus praedestinationis?

DISPUTATIO XXXI.

De concordia Praedestinationis cum libertate: & certo numero praedestinatorum.

Distincta duobus capitibus.

In 1. Concordia praedestinationis cum libertate.

In 2. De certo numero praedestinatorum.

DISPUTATIO XXXII.

De existentia, & natura reprobationis.

Distincta duobus capitibus.

In 1. De fide certum est, esse in Deo reprobationem sine defectu in providentia.

In 2. Explicatio naturae reprobationis.

DISPUTATIO XXXIII.

De causis reprobationis.

Distincta octo capitibus.

In 1. Sententia recentiorum Thomistarum, & fundamenta ex M. Aluar.

In 2. Duplex reprobatio ex Scoto declaratur.

In 3. In adultis reprobis est causa positiva reprobationis.

In 4. Quid de reprobatione parvulorum sentiendum sit?

In 5. Mens S. Thom. & quidam Theologi ab impostura vindicati.

In 6. Satisfactio ad fundamenta M. Aluar.

In 7. Satisfactio ad alia difficiliora fundamenta.

In 8. Quid sit induratio, & an Deus viis causa aliqua ratione dici possit.

DISPUTATIO XXXIII.

De effectibus reprobationis.

Distincta capitibus octo.

In 1. Quatuor conditiones omnis effectus reprobationis.

In 2. Adors in statu peccati aliquando est effectus reprobationis, aliquando non.

In 3. Permissio primi peccati non est effectus reprobationis; aliae autem permissiones a prima effectus esse possunt.

In 4. Nulli adulto reprobo, quantumvis indurato negat Deus auxilium sufficiens.

In 5. Non confertur auxilium sufficiens singulis momentis.

In 6. Semper adest auxilium sufficiens, cum viget tentatio, cum preceptum, cum necessarium est ad vitandum novum peccatum.

In 7. De mente Augustini, & Prosperi in questione, an obduratis adultis negentur auxilium sufficiens?

In 8. Obiecta, quae restant, diluo: & quid sit peccatum ad mortem.

DISPUTATIO XXXV.

De remedio sufficienti parvulorum.

Distincta tribus capitibus.

In 1. Sententia negans, omnes parvulos habuisse remedium sufficiens.

In 2. Eliguntur sententia affirmans.

In 3. Obiectum ex Augustino solutio.

TRACTA

INDEX DISPUTATIONVM.

TRACTATUS QVARTVS

DE VISIONE DEI,

Distinctus decem & sex Disputationibus.

DISPUTATIO XXXVI.

De existentia, & possibilitate visionis Dei
Distincta quatuor capitibus.

- In 1. De fide est existere visionem Dei.
- In 2. Quid senserit Chrysostomus.
- In 3. Quid alij e paribus senserint.
- In 4. Non pugnat cum ratione Deum videri a mente creata per gratiam.

DISPUTATIO XXXVII.

De appetitu naturali ad visionem Dei, an sit in nobis?
Distincta tribus capitibus.

- In 1. Quadam noto, & varia resero placita.
- In 2. Sententia authoris de appetitu innato.
- In 3. Argumenta pro prima sententia, & solutiones.

DISPUTATIO XXXVIII.

De appetitu elicitio visionis Dei, an sit in nobis?
Distincta sex capitibus.

- In 1. Duplex sententia affirmans rejicitur.
- In 2. Tertia sententia negans, visionem ut supra natura lem, appetitu naturali elicitio appetuisse improbat.
- In 3. Quadam notanda pro amplectenda sententia.
- In 4. Actus supernaturalis quoad substantiam ferri potest ad obiectum formale non supernaturale.
- In 5. Ferri potest actus naturalis ad obiectum supernaturale sub motivo supernaturali, modo impropor tionato.
- In 6. De appetitu elicitio naturali visionis Dei, an esse possit absolutus, & efficax?

DISPUTATIO XXXIX.

De possibilitate visionis Dei, an ratione naturali possit demonstrari?
Distincta duobus capitibus.

- In 1. Sententia affirmans, & eius refutatio.
- In 2. Possibilitas visionis ratione naturali tantum probabiliter ostendi potest.

DISPUTATIO XL.

De specie impressa Dei intuitiue visibilis, an diuinitus fieri possit?
Distincta octo capitibus.

- In 1. Mens D. Thomae de specie impressa, & verbo.
- In 2. Prima opinio negans, & fundamenta ex Thomis tis.
- In 3. Nulla ex his rationibus conuincit intentum.
- In 4. Alia fundamenta ex alijs pro neganda specie im pressa.
- In 5. Solutio primi fundamenti.
- In 6. Observationes de natura speciei impressa.
- In 7. Diluo argumenta Recentiorum.
- In 8. Species impressa ad videndum Deum diuinitus fieri potest.

DISPUTATIO XLI.

De essentia diuina, an instar speciei unire possit cum intellectu Beati?
Distincta quatuor capitibus.

- In 1. Sententia negans.
- In 2. Sententia affirmans eligitur, & declaratur pri mum argumentum.
- In 3. Expositio argumenti 2.
- In 4. Expositio 3. & 4. argumenti.

DISPUTATIO XLII.

De Deo, & specie impressa, utrum eorum concurrat de facto ad visionem Dei?
Distincta quinque capitibus.

- In 1. Species a lumine gloria distincta necessaria est.
- In 2. Sententia affirmans speciem concurrere, & fun damenta.
- In 3. Defensio sententiae affirmantis, Deu de facto effe cere visionem.
- In 4. Deus per omnipotentiam immediate concurrat ad visionem.
- In 5. Beatos necessario producere verbum.

DISPUTATIO XLIII.

De corporea facultate cognoscendi, an eleua ri possit ad videndum Deum?
Distincta

INDEX DISPUTATIONVM.

- Distincta tribus capitibus
- In 1. Facultas videndi non potest Deum videre per na turalem virtutem.
- In 2. Nec per obedientialem.
- In 3. Fieri non potest a Deo potentia corporea cum virtute videndi ipsum.

DISPUTATIO XLIII.

De intellectu, an per naturalia Deum possit videre?
Distincta duobus capitibus.

- In 1. Intellectus per sua naturalia non potest videre Deum.
- In 2. Refutatur Durandus.

DISPUTATIO XLV.

De existentia, & functionibus luminis glo-
riae.
Distincta quatuor capitibus.

- In 1. Quam sit certum Beatis inesse lumen gloriae.
- In 2. De munere disponendi, & recipiendi luminis glo- riae.
- In 3. De munere efficiendi luminis gloriae.
- In 4. Argumenta aduersariorum, & solutiones.

DISPUTATIO XLVI.

De intellectu, an influat in visionem ut causa, an ut instrumentum?
Distincta duobus capitibus.

- In 1. Varia sententia.
- In 2. Iudicium de re, & sententijs.

DISPUTATIO XLVII.

De intellectu, an sine auxilio intrinseco eleuari possit ad videndum Deum?
Distincta tribus capitibus.

- In 1. Sententia negans.
- In 2. Sententia affirmans praefertur.
- In 3. Solutio argumentorum.

DISPUTATIO XLVIII.

De substantia supernaturali, & lumine, an illa esse possit, & hoc ei connaturale?
Distincta quinque capitibus.

- In 1. Punctus controuersiae, & pars affirmans.
- In 2. Varias discutio sententias.
- In 3. Statuo propriam sententiam de ente supernatu- rali.

- In 4. Sententia negans, & discutio rationes negandi.
- In 5. Enodatio argumentorum.

DISPUTATIO XLIX.

De inaequalitate visionis beatorum.
Distincta quatuor capitibus.

- In 1. De fide est vnum Beatum alio perfectius intueri Deum.
- In 2. Expositio compendiosa parabola Matt. 10.
- In 3. Quanta sit inaequalitas in beatitudine.
- In 4. De causis physicis inaequalis visionis.

DISPUTATIO L.

De visione Beatorum, ut est intuitio Dei in se.
Distincta duobus capitibus.

- In 1. De visione absolutorum necessariorum in Deo.
- In 2. De visione Dei in ordine ad relativa

DISPUTATIO LI.

De visione Dei, ut fertur ad creaturas
possibiles in ipso.
Distincta sex capitibus.

- In 1. Beatus creaturas possibiles in Deo potest cognos- cere.
- In 2. Cognitio matutina, & vespertina ex mente Aug. quid?
- In 3. Argumenta contra nostram sententiam, & solu- tiones.
- In 4. Quot e creaturis possibilibus possint videri in verbo.
- In 5. De causa videndibus, & quomodo e creatu- ras.
- In 6. De visione Dei in ordine ad creaturas possibiles in communi.

DISPUTATIO LII.

De visione Dei in ordine ad decreta libe-
ra, & creaturas existentes.
Distincta tribus capitibus.

- In 1. De visione Dei in ordine ad decreta libera.
- In 2. De visione Dei in ordine ad creaturas existentes.
- In 3. Quid de facto videant Beati?

- In commentario articuli 10. s. Thomae, utrum Beatus omnia, quae videt in verbo, simul videat, & quomo- do? explico ex professo.
- In commentario articuli 11. Utrum a puro homine in hac vita aut videri possit, aut visus Deus sit?

FINIS.

TRACTATUS PRIMVS

DE SCIENTIA DEI.

DECEM DISPUTATIONIBVS

distinctus.

DISPUTATIO PRIMA.

DE

EXISTENTIA SCIENTIÆ DEI.

Distincta tribus capitibus. In primo perfectionum scientiæ Dei expositio compendiosa. In secundo de fide certum est esse scientiam in Deo, & lumine naturali evidens. In tertio rationem, qua id probat D. Thomas artic. 1. discutio.

Cap. I. Perfectionum scientiæ Dei expositio compendiosa.

Num. I

Explicatur Paulus ad Ephes. c. 3.

r. Expositio.

DIVVS Paulus ad Ephesios c. 3. explicans immensitatem diuinarum perfectionum hæc ait. *Quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.* &c. in quibus verbis per trinam dimensionem, quaternamque eius positionem, quam fabulose Poetæ tribuebant falsis dijs. Dei veri optimi atq; maximi, perfectionis immensum pelagum eleganter describit. Quia verò Paulus nihil diuinum in particulari designauit; cuius, latitudinem, longitudinē, sublimitatem, profunditatemq; declarasset; ideo varie locus is à sanctis Patribus, Pauliq; interpretibus expositus est. Quidam & nō abs re, mysterio redemptionis, & œconomiae Xpi Domini ea verba applicuerunt. Eo quod Paulus ipse subiiceret. *Scire super eminentem scientia charitatem Christi*, hoc est, scire dimensiones omnes, quæ cernuntur in ea singulari charitate, qua redemit nos. Per *latitudinem* intellige redemptionis extensionem, & vniuersalitatem: qua non liberauit solum à seruitute peccati, populum Iudaicum sibi ab initio charum, aut homines à Christi aduentu existentes: sed Iudæos & Gentes à primo, vsque ad extremum sub omni lege degentes. Per *longitudinem* intellige æternam Christi absque principio prædefinitionem pro reparanda humana natura: Per *sublimitatem*, aut euectionem

humanitatis nostræ in Christo, ad esse diuinum super omnes cælos aut excellentiam gloriæ diuini inturus, qua ipse Deus beatus est. Deniq; per *profunditatem* virtutem redemptionis Christi vsque ad inferos penetrantem.

Alij verò, ea Pauli verba ipsi diuinæ essentiae optimè etiam applicuerunt D. Bern. lib. 5. de consideratione in fine sic ait. *Diuina essentia res vna cum sit, est tamen longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam, hæc quadriga Dei &c. S.* verò Gregor. 11. moral cap. 10. & 11. paulò aliter; per latitudinem, accipit charitatem, per longitudinem, longanimitatem, per sublimitatem in comprehensibilitatem Dei, qua a beatis nequit comprehendì, licet clarissimè videatur; per profundum inscrutabilitatem iudiciorum Dei in damnatis premendis. Crucis Santissimæ dimensionibus, alij. Alij deniq; Ecclesiæ Christianæ partibus, & edificio, cuius altitudo cælum est, profundum infernus, longitudo, quod Ecclesia Dei, florebit omni sæculo, & repletate; latitudo quod sit omnium terrarum, & gentium.

His & alijs (quæ à me quàm breuiter enarrata sunt) Hieronym. August. Ansel. Greg. & alij Patres illustrent hæc Pauli verba. Quod si diuinæ scientiæ, qua est nostri operis argumen-

2. expositi, Bernardus.

S. Gregor.

Hiero. August. Anselm. Gregor.

tum, quatuor ille positiones, triūq; dimentiones, ita mirificè conueniunt; vt eis delineare prima manu aptè possimus, omnem diuinã scientiã naturam, & perfectionem in primo huius operis exordio licebit Paulina verba nostro etiam instituto accommodare.

2. *Explicatur perfectio scientiã Dei per longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profunditatem. Ioannis 5. Psalmo 138. Hilar.*

Primo ergo per *longitudinem* possumus intelligere duas perfectiones scientiã Dei; prima qua æterna est, sine principio in tempore, & sine principio in causalitate; Deus enim vitam habet à semetipso, vt dixit Ioan. cap. 5. Vita autē Dei est ipsa scientia, & intellectio Dei, vt explico infra disp. 3. cap. 3. Hanc longitudinem explicauit David Psal. 138. *Immiscisti cogitationes meas à longe*, hoc est, ab æterno; nam teste Hilario illud à longe, non est referendum ad spatium loci, sed temporis: hæc verò longitudo, aded perennis est, vt nullam patiatur interruptionem, aut intermissionem, quia semper Deus est in actu puro cognoscendi, nõ ex parte in actu, & ex parte in potentia, vt creaturã. Ita Ecclesiast. 15. *Videns omnes sine intermissione*, & 17. *Oculi eius sine intermissione inspicientes*. Et cap. 39. *à saculo vsque in saculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius*. Ex quo etiam liquet secunda perfectio huius longitudinis scientiã Dei, scilicet quod sit sine fine.

3. *Quid per latitudinem.*

Per *latitudinem* intelligere possumus perfectionem, quasi extensiuam scientiã Dei, quã deum ipsum comprehendit, tum omnia, quã extra Deum sunt, videlicet possibilia, contingentia, conditionatè, & absolute futura, vt in progressu explanandum est. Id significauit Ecclesiasticus, cap. 39. *Non est quidquam absconditum ab oculis eius*. Iobus cap. 28. *ipse fines mundi intuetur, & omnia quæ sub celo sunt, respicit*. Paulus ad Hebr. 4. *Non est illa creaturã inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda, & aperta oculis eius, etiam reconditissima*. Et Ecclesiasticus cap. 25. *Oculos Dei (ait) & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditis partes*. Matth. 10. & Luca. 12. in numerato habere etiam *capillos capitis*. Psal. 146. *multitudinem stellarum proprio vocare nomine*, & Psal. 138. *ibi forsitam tenebrã cõculcãbunt me (id est) obscurabunt, ne videat Deus, nam quod calcatur pedibus, oculis quidem subtrahitur, & addit: Nox illuminatio meã in delitijs meis, quia tenebra non obscurabuntur à te; Sicut tenebrã eius, ita & lumen eius*, hoc est, apud te nox & tenebrã sunt lux, & dies clarissima, ita vt nihil te latere possit. Ecce *latitudo*.

4. *Quid per sublimitatem.*

Per *sublimitatem*, seu *altitudinem* scientiã Dei intelligere possumus perfectionem eius, quasi intensiuam supra omnem humanam, & angelicam perfectionem: est enim primo sublimis scientiã Dei ratione suã entitatis, quã

est ipsa dei substantia, & natura, vt doceo disp. 3. non accidens, vt in Angelis & hominibus. Secundo est sublimis, quã est actus purus vltimus respectu omnis obiecti nõ actus primus, & in potentia, vt in Angelis, & hominibus. Tertio sublimis est ratione mediij; nec enim eget speciẽ impressã, aut distinctã à substantia, vt Angeli, & homines, aut indistinctã, vt doceo disp. 2. Quarto ratione modi cognoscendi, quo omnia comprehensiuè penetrat, & omni modo, quo cognosci possunt, cognoscit, vt doceo in discursu materiã. Quinto ratione simplicitatis, quatenus vnica simplicissimaq; cognitione, absq; compositione diuisione, aut discursu, ad omnia vnico fertur amplexu; vnde sapien. 7. spiritus sapietia dicitur vnicus. Sexto ratione veritatis, & certitudinis summã, etiam de ipsis incertis, & variabilibus obiectis, vt constat in cognitione futurorũ contingentium, de qua disp. 6. & 7. Septimo ratione claritatis, & euidentiã, quã eleganter explicuit Ecclesiasticus cap. 13. *ibi: Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem circumspectientes, &c.* Etenim summã claritatis similitudine, quã apud nos est, diuinã scientiã summum fulgorem explicat, vbi nota claritatem hanc diuinã scientiã exagerrasse triplici illa particula *multo, plus, super solem*: Nam lumen solis deficit eclipse, nocte obscuratur, nube obumbratur, non lumen scientiã Dei. Octauo ratione vniuersitatis, & inuariabilitatis in cognoscendo; nec enim scientiã Dei perfici potest, aut deficere, vt dicitur sapien. 7. *Spiritus sapientia stabilis*. Nono ratione celeritatis in cognoscendo, nam omnia simul cognoscit instantaneo instanti. Decimo ratione causalitatis, est enim omnium rerum facultatiuũ efficiens scientiã Dei, vt est ars causa artefactorum in artifice Psal. 107. *Omniam in sapientia fecisti*. Prou. 30. *sapientia Dominus firmãuit terram, stabilũuit Cælus prudentia*. Denique ratione fecunditatis, & communicationis, quã se ipsam diffundens, & facit cognoscere, & cognoscere omnia: Nam, vt lux solis largissime diffusa prãstat, vt videantur omnia, quã perfunduntur eo lumine, & vt omnes qui facultate videndi prãditi sunt, videant, ita sapientia Dei, &c. Ecce *sublimitas*.

Per profunditatem intelligere possumus abyssum diuinarũ iudiciorum, vnde Paulus ad Rom. 11. *Quã incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viã eius*. Iudicia spectant ad scientiam, vice ad sapientiam; exempli gratia cur hi prãdestinati non illi? cur diuina sapientia, & prouidentia res sic disposuerit, vt Joseph media venditione, & carcere fuerit exaltatus; Sãul per regiam dignitatem depressus, & damnatus? Gregorius lib. 29. Moral. cap. 27. & Chrysostomus in hunc locum, tanta est profunditas,

Quid per profunditatem. Psal. ad Roman. 11.

funditas iudiciorum Dei (inquit) vt ea nemo queat scrutari, nedum comprehendere. Nota vero sublimitatem, seu altitudinem, idem re esse, & sola ratione distingu; nam profunditas respectu nostri incipit a parte superiori, & deorsum vergit in profundum: altitudo vero incipit a parte inferiori, & pergit sursum in altum. Sic dicimus puteum eundem altum, & profundum en profunditas.

sum vergit in profundum: altitudo vero incipit a parte inferiori, & pergit sursum in altum. Sic dicimus puteum eundem altum, & profundum en profunditas.

QUESTIO XIII. ARTICVLVS PRIMVS.

Verum in Deo sit scientia.

Conclusio S. Thomã propter diuinam imaterialitatem, necesse est esse in Deo scientiam perfectissimam.

Cap. 2. de fide certum est in Deo scientiam esse, & lumine naturali euidens.

9



Vm in Deo scientiam esse affirmamus nõ sumimus scientiam prout vulgò accipitur pro sola cognitione conclusionum derivata ex præmissis certis, & euidētibus, sed pro cognitione intellectuã quacumque vera, certa & euidenti. In hoc sensu D. Thomam vsurpasse scientiam in artic. 1. obseruauit Caietanus ibidem, quo respondemus quorundam calumniã in D. Thomam dicentium plus respondisse in articulo, quam quãsierat in titulo: respondit enim non tantum esse scientiã in Deo, sed etiã esse perfectissimam, quia loquebatur de omni cognitione certa, & euidenti, quã est omniũ perfectissima, vt sup. annotaui.

tia Dei, ibi, *Domine qui habes omnium scientiam Iob. 21. nunquid Deum docebit quispiã scientiam? Ecclesiast. 23. Oculi Domini lucidiores sunt. super solem circumspectientes omnes vias hominum, & profundissimũ abyssi. & 42. cognouit enim Dominus omnem scientiam, &c.* Plura sunt testimonia. Sed pluribus frustra utemur propter rei perspicuitatē. Non omitam eam ratiocinationem, quã eleganter vsus fuit David Psal. 93. *ibi dixerūt non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob in relligite insipientes, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet? qui fixit oculum non considerat? Quasi diceret, vt ait Genesbr., est ne probabile, vt qui vim audiendi, & eernendi hominibus tribuit, ipse res humanas, nec videat, nec audiat. Hęc probant propositionem præfixam esse de fide certam.*

Paulus ad Rom. 11. Rom. 2. & 9. Ad Eph. 1. Ad Colof. 2. Prob. 8. Ester. 14.

In hac appellatone esse scientiam in Deo probant plura, quã adduxi cap. 1. sunt præterea præclarissima testimonia in sacra scriptura. D. Thomashic, cap. 1. vtitur testimonio Pauli ad Ro. 11. *O altitudo diuitiarum sapientiã & scientiã Dei* vbi nota nomine diuitiarum copiam, & exuberantiam in sacra scriptura significari consentaneè ad frãsim Hebræam, quã D. Paulus delectatus frequenter vsus est, vt ad Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius, &c.* & cap. 9. *Vt ostenderet diuitias gloriã suã. Ad Eph. 1. Secundum diuitias gloriã, quã superabundauit in nobis, &c.* Ad Colof. 2. *In quo sunt thesauri sapientiã, & scientiã Dei absconditi*. Voce *thesauri* præter diuitias scientiã significat eas esse valde preciosas, atque reconditas, vnde ipsa sapientia Prou. 8. gloriatur se instar thesauri à Deo possideri, *Dominus (ait) possedit me, id est tanquam thesaurum possedit*. His illustrata probatio S. Thomã.

Esse vero naturalĩ ratione euidētissimam probō hac ratione. Deus est substantia viuens perfectissimo modo; sed substantia viuens perfectissimo modo, est substantia intelligens: ergo Deus est substantia intelligens. Maior tam perspicua est ex ipsis terminis, vt à rationis compote ignorari non possit. Circa illam lege, si placet Aristotelem 12. Metæ. cap. 7. vbi disputans: an primus motor (sic nuncupat Deum) optimam, ac perfectam actua lem vitam habeat, summa, & perfectissima iucunditate affectam, quã ducat originem ex sui contemplatione, profert hæc verba memoriã digna, *Si ita se habet Deus, sicut nos aliquando, admirabile est quod si magis, admirabilius est; at ita se habet &c.* Videtur sane Philosophus expertus quandam maximam animi oblectationem, ex contemplatione substantiã Dei, & per

Iob. 21. Ecclesiast. 23. Psal. 93. Genesbr. Ratione probatur esse scientiã in Deo. Arist.



& per eam gradum fecisse ad contemplandam felicitatem illam, qua Deus potitur ex arctissimi, & perenni coniunctione intellectuali cum ipso met substantia, maxime omnium intelligibili. Erga maiorem propositionem videri etiam potest P. Franciscus Suarez 2. tom. Meta. disp. 30. sec. 14. Minorem sic ostendo: substantia viuens intelligens perfectior est substantia viuente non intelligente, sed Deus est substantia viuens perfectissimo modo, ergo est substantia intelligens. Consequentia nota est.

2. ratio.

Secunda ratio procedit ex effectibus, qui a Deo producuntur; nam Deus producit substantias viuentes intellectuales, & intelligentes, item producit intelligens ea, qua producit, ergo, &c. Antecedens probat 1. Angeli, & homines. Probat 2. Orbis caelestis, atq; terrestri concinnus ordo, discolor rerum pulchritudo, ponderata mensura, ad mirabilis consonantia &c. qua ratione vsus fuit. David Psal. 93. sup. citato.

8.

Nec dici potest ad has rationes, in Deo solum esse scientiam eminenter, non formaliter, nam licet creaturarum scientiam accidentaria, pluribusque alijs imperfectionibus admixtam solum contineat eminenter, at scientiam suam diuinam ab omni imperfectione liberam, & ab solutam, qua sine principio & dependentia omnia cognoscit, formalissime habet; & in vniuersum (id est notatione dignu) omnia inferiora, qua in Deo solum eminenter sunt, esse in ipso per aliquam formalitatem formaliter existentem: ita creaturas omnes posibles eminenter continet per omnipotentiam in Deo formaliter existentem.

maliter existentem.

Aureolus in 1. dist. 35. art. 2. in 1. propositione, non putauit demonstratiuam esse hanc rationem, qua scientiam in Deo colligimus ex productione creaturarum. Supponit enim (ait) Deum omnia producere, quod a plerisque philosophis negatum. Caterum, ne questionibus theologis philosophicas misceamus alibi ostendendum est nullam rem non infinitam esse posse a se. Fateor difficile quidem id demonstrari. Qua propter nequis in eo offendat cum Aureolo, vt alia ratione hoc pacto, Deus omnium conceptione est eius nobilissimum, atq; perfectissimum, ac proinde in eo esse debet quidquid perfectionis est liberum ab omni imperfectione, siue talis perfectio procedat a Deo, siue non: sed intelligere formaliter est perfectio libera omnino ab imperfectione ex his, quas vocat simpliciter simplices, ergo Deo negandum non est. Hac ratio intentum reuincit independentem a processione creaturarum a Deo. Mi. probatur quia in vno quoque ente ipsi melius est atque perfectius intelligere, & percipere, quam esse priuatum intellectu, & perceptione. Quo pacto autem Deus esse possit in actuali rerum omnium perceptione, sine vlla imperfectione, constat ex operis discursu, ac precipue ex secunda disp.

Haec rationes contendunt etiam probare scientiam diuinam esse actuale, non potentialem, aut habituale. Caterum de hac re prolixior redibit sermo infra disp. 2. quia res obscurior est, vberiorique indiget explicatione.

9

diff. 35. q. 1. & Gabriel ibidem, singulasq; propositiones refellerunt. Hic nota immerito Aureolum, in hac parte, vt contrarium adduci ab authoribus, Nam etsi ibi dist. 35. q. 1. artic. 2. argumenta contra S. Thomam opposuerit, at aliorum sententia ea opposuit, & propositione 3. late defendit D. Thomam, & obiectionis satisfacit §. Non valet etiam.

Aureolus vdicatur ab impossura.

Obiectio. Ferrar.

Ferrariensis 1. contra Gentes cap. 44. § Exhibet solutio, obijcit contra 1. propositionem D. Thomae, quod etiam non cognoscencia suscipiunt formas alienas, vt paries suscipit albedinem. Item corpora diaphana suscipiunt species intentionales, ergo non cognoscencia suscipiunt formas alienas, tum realiter, tum intentionaliter.

Dilutio.

Caterum obiectio hac nullius momenti est, quia S. Thomas in presenti non agit de cuiuscumque formae alienae susceptione, sed de susceptione specierum intentionalium, quae cum principio cognoscitiuo coniunctae ordinantur ad cognitionem eliciendam: speciali vero ratione appellantur a D. Thomae formae alienae; nam licet secundum suam entitatem distinguantur ab obiectis, quorum species sunt; at secundum representationem, & intentionaliter non distinguuntur, & ipsae formae alienae dici possunt, quatenus imago rei non semel res ipsa appellari consuevit: corpora vero diaphana solum recipiunt species has materialiter secundum suam entitatem accidentalem, & propter aliud, scilicet propter ipsa cognoscencia, sunt q; veluti media, per quae ipsa perueniunt ad potentiam cognoscendi. Ex quo constat primam propositionem diui Thomae verissimam esse. Item secundam in eodem sensu, in qua nihil est difficultatis.

12.

Tertia vero, quoad rem nostram difficilior est, in ea enim agitur de coarctatione, seu limitatione, & impedimento ad recipiendas species, & affirmatur huiusmodi impedimentum esse materiam, difficile enim est explicatu quid possit S. Thomas intelligere nomine materiae, vt ex ea deducatur impedimentum specierum recipiendarum.

Notatur ex Herneo.

Aristotel.

Quod sit in Phrasibus Thomae esse materialē

Pro explicatione noto 1. ex Herneo in 1. dist. 35. q. 1. art. 1. ad 2. hic non accipi materiam a S. Thomae pro ea, quae est altera pars compositi physici, sed pro corporea mole constante ex partibus homogeneis, & confusis, non distinctis organizatione. Qua de causa Aristoteles li. 2. de Anima textu 124. dixit, plantas non sentire, etsi forma viuenti gaudeant, quia mediocritatem non habent, neq; principium tale, vt sensibilibus sine materia suscipiant formas, id est, quia carent temperie necessaria ad organizationem sensorij, ac proinde carent principio receptiuo specierum, & ipsa virtute sentiendi, ea

igitur forma substantialis erit, alia materialior, & incapax recipiendi formas alienas, quae petat huiusmodi dispositiones in subiecto: Vnde ipse S. Thom. 2. contra Gentes ca. 68. formas omnino materiales, & totaliter materiae immerfas, ait illas esse, quae nullam operationem possunt exercere, nisi ad quam se extendunt dispositiones materiae, vt formae elementorum; formae vero minus materiales in hoc sensu sunt, quae minus indigent huiusmodi dispositionibus, vt formae sensitiuae, sed alijs perfectionibus, vt organis &c. Et in vniuersum quod operatio formae nobilior est, eo ipsa magis immaterialis, & superans materiam, & susceptiua erit formarum sine materia. Quo fit, limitatio nem hanc prouenire a materia sic sumpta.

13.

Ex quo 4. propositio deducenda est, eo scilicet rem fore perfectius cognoscitiam, quod fuerit immaterialior; per immaterialitatem autem non intellexit S. Thomas negationem materialitatis, sed positionem quandam perfectionem, ad quam consequitur illa negatio, vt immerito aduersarij opposuerunt.

14.

Sed peter a nobis quispiam: quare immaterialitas haec sic accepta sit ratio cognoscitiuu, ita vt haec duae quasi rationes formales adeo inter se necessario connexae sint, vt mutuo separari nequeant, in hoc enim explicando punctus huius difficultatis consistit. Et vt hoc commode explicemus, rationes contrarium suades breui proponamus.

Rationes in contrarium.

Prima, multa sunt accidentia adeo immaterialia, vt spiritualitatem attingant, atqui illis non inest vis cognoscitua, nec receptiua formarum sine materia, ergo immaterialitas haec necessario coniuncta non est cum vi cognoscendi.

Secunda, quare repugnat fieri a Deo per potentiam absolutam substantiam in materialem sine vi cognoscitua? Quis repugnantiam hanc demonstrat? Dum vero non demonstratur, ratione diui Thomae demonstrari non videtur in Deo scientiam esse: Imo de facto formae caelestes magis sunt immateriales, quam formae sublunares sensitiuae, at haec vim habent cognoscendi, non illae, ergo nec vis cognoscendi coniuncta est cum immaterialitate, nec haec e conuerso cum vi cognoscendi.

Defensio rationis Thomae.

Nihilominus propositioem D. Thomae defendendam suscipio cu Herneo, Capreolo sup. & Aureolo; & Caietano hic, qui post eam declaratam complacens in sua declaratione concludit commentarium in hac verba. Disces eleuare ingenium, & alium rerum ordinem ingredi, & P. Mol. qui clarius, quam Cai. rem explicuit; imo Val. hic. q. 14. puncto 1. Cai. subtilitas (ait) ne dicam obscuritas satis facessit negotij, dilucide nihilominus Caiet. declarauit.

Cap. III. Rationem, qua idem probat S. Thomas, discutio.

10.

NISI tanta esset S. Thom. in re theologica auctoritas, superuacaneum foret tempus infumere ad examinandam rationis ab eo allatae efficaciam: maxime cum res ipsa quam probare contendit, tam sit per se aliunde conspicua, quam a nobis superioribus capitibus demonstratum est, quia vero propter dignam sancti preceptoris venerationem, ratio eius ab omnibus Theologis, tum antiquis, tum modernis discutitur, hoc loco, nos non debuimus abstinere ab ea satis quidem difficili, curabo tamen inter tractandam sancti Thom. rationem doctrinam docere non contemnendam.

Ratio D. Thomae discutio. Quaedam continentur propositiones in ratione Thomae, 1. eo distingui cognoscencia a non cognoscencibus, quod illa solum recipere possunt formas proprias materiales:

hac vero praeter eas recipiunt formas alienas sine materia, hoc est, species intentionales. Secunda, cognoscencia maiorem habent amplitudinem, quam non cognoscencia, hac sequitur ex prima. Tertia, hac coarctatio, & limitatio non cognoscencium est a materia, quia scilicet materialitas est ratio limitationis. Quarta, re eo esse perfectius cognoscitiam, quo immaterialior est, & secundum modum immaterialitatis, esse etiam modum cognitionis ex harum propositionum veritate, & euidencia, & connexionem ipsarum inter se, optime infert Deum, qui summe in materialis est, esse summe cognoscituum.

quater propositiones.

II

S. Thom.

OKam;

Magni semper facta est ratio hac a S. Thomae, vbicumque enim incidit in hanc rem, ea vsus est, vt videri potest in 1. dist. 35. q. 1. artic. 1. de veritate, q. 2. artic. 2. & lib. 2. contra Gentes passim. Eam vero confutarunt OKam in 1. dist.

In materi-
as per
fectio posi-
tina est.

Pro defensione nota hanc immaterialita-
tem formarum, & si nomine negatio declaratur, esse positivam quandam perfectionem in illis, qua superant formas inferiores magis materiales: nam forma sensitiva rationalis, & substantia angelica suapte natura sibi vendicant quandam perfectionem essentialem, qua apte sunt ad recipiendum species intentionales, siue immediate & proxime in se, si non distinguuntur facultates cognoscendi ab ipsis, siue mediate, & remote, si distinguuntur. Itaque hi tres gradus creaturarum gaudent hoc conceptu communi eis, quo discernuntur ab alijs inferioribus.

I5.
Funda-
ta en
talis ratio.

In eis vero duplicem conceptum inadæquatum possumus formare, priorem, in quantum positiva illa perfectio fundat negationem materialitatis; posteriorem, in quantum fundat capacitatem se coniungendi cum speciebus intentionalibus, eas intra se recipiendo, veluti semper quoddam ordinatum ad pariendam positivam notitiam: licet vero conceptus hi duo inadæquati inter se distincti sint in mente nostra, at in obiecto eandem rem prorsus concipiunt, diverso tamen modo, quia eam concipiunt per ordinem ad diversos terminos, quæ madmodum natura substantialis, & concipi potest in ordine admodum essendi per se, & in ordine ad sustentationem accidentium, quibus subternitur, ita tamen ut conceptus ille inadæquatus in ordine ad modum essendi per se prior sit ratione nostra conceptu alio sustentationis, quia est fundamentum eius, ideoque hæc est bona causalis, quia substantia est ens per se sustentat accidentia. Ita in nostro proposito. Dixi vero conceptum illum, quo fundat negationem materialitatis priorem esse alio conceptu, quo fundat capacitatem specierum, quia illa negatio materialitatis est quid præ requisitum, veluti remouens impedimentum capacitatis specierum, ac proinde prior ratione nostra, sicut è conuerso, materialitas in entibus non cognoscitur prior est in capacitate specierum, ita docete Aristotele lib. 2. de anima cap. 12. textu 124. ubi hanc materialitatem assignat pro ratione cur planta non habeat principium sentiendi, & capacitatem specierum, ergo pari ratione negatio materialitatis erit ratio cur entia cognoscantur sicut capacia specierum.

Aristot. 2.
de anima;

Probatur
inductioe

Id confirmo, & declaro generali quadam inductione, nam primo angelica substantia, quæ ex innata sibi perfectione tam perfectum sortita est gradum immaterialitatis, ut à se excludat compositionem ex materia & forma, ideo maiori gaudet amplitudine, & capacitatem specierum, & alias creaturas facile superat in vi cognoscitiua: deinde forma rationalis etsi veniat in

informationem compartis materialis, at quia suapte natura in se ipsa fundat negationem omnium materialitatis, ideo etiam latitudine & capacitatem specierum recipiendarum & virtute cognoscendi vincit sensitiuas formas. Denique quia hæc exigunt ex natura sua accidentia minus crassa, tenuiora, atque subtiliora accomodata speciebus intentionalibus in certa parte corporis, in qua functiones cognoscendi exercent, ideo præ formis inferioribus capacitatem specierum recipiendarum, & virtute cognoscendi excellentiores sunt. Ipsi etiam facultates sensitivæ, quo magis libera sunt à conditionibus materialibus, eò perspicaciores, hæc ratione visus, & auditus ceteros antecedunt sensus externos perfectione, & perspicacitate. En quo pacto hæc immaterialitas per se coniungatur cum virtute cognoscendi, & hæc ex illa a priori probari possit, & hanc puto esse mentem diuinam Thomæ introspectam.

Ad hæc, nullus negare potest immaterialitatem hanc a nobis explicatam aptam esse pro recipiendis speciebus, radicemque virtutis cognoscendi, cum id experientia ipsa clarius doceat, quam probari quæat; ergo siue Deus possit, siue non possit formare aliam creaturam in materialem alia immaterialitate, quæ non sit radix seu principium cognoscendi, nec enim existimo nos habere principia, quibus, tute possimus id, ut dare, aut negare omnipotentia Dei, siue ergo creatura illa possibilis sit, siue non, nemo inficiabitur quin immaterialitatem hanc, qua videmus gaudere res creatas quæque secum affert annexam perfectionem aliam capacitatis specierum & virtutis cognoscendi longe, latèque aliam illam commentitiam superare imperfectione, etenim ex genere suo nobilius est habere scientiam, quam non habere, habere virtutem cognoscendi quam non habere, ergo cum Deus sit ens nobilissimum & immaterialissimum immaterialitate eleuatiore, quam excogitari queat, ex eius immaterialitate efficaciter colligitur virtus cognoscendi; non quidem per receptionem specierum accidentalium propter plures imperfectiones, nec per habitus nec per vllum actum primum, ut disputatione sequenti definitio, sed alio eleuatiore modo ab omni imperfectione immuni.

Ad primam rationem ex oppositis respondeo concedendo immaterialitatem in accidentibus non probare virtutem cognoscendi, at probatio D. Thomæ non erat de accidentibus, sed de substantijs: etenim cum de Deo ageret, de quo substantia esse à nullo est ignoratum, ad rem D. Thomæ non erat comprehendere immaterialitatem accidentariam.

Ad secundam, sunt qui contendunt demonstratione ostendere repugnantiam, quare per poten-

Alia ratio probas intentum S. Th. ex immaterialitate quæ facit est in cognoscitibus.

16.

Responso ad argumẽta ad 1.

Ad 2.

potentiam absolutam fieri nõ possit substantia immaterialis sine vi cognoscitiua: at hi difficilem suscipiunt prouinciam, & debilibus fundamentis nitantur necesse est, quam par erat pro eo negando omni potentia Dei, maxime cum vt supra adnotauit, id non sit necessarium, vt ratio D. Thomæ suam habet efficaciam.

Quare transeat antecedens, nego consequentiam, quæ non procedit ex ea substantia immateriali commentitia, quam admittimus Deum efformare posse, sed ex his immaterialibus, quas efformauit, quæque Deum gaudere necesse est, quippe quæ perfectior est illa possibili, & Deus carere non potest perfectiori immaterialitate.

Ad Confir-
mas.

Ad confirmationem nego formas cælestes esse tam immateriales, quam sunt sensibiles formæ, nam etsi illæ, qua diaphanæ sunt, excipiant species intentionales, at non excipiunt eo modo quo formæ sensibiles, scilicet quasi modo vitali radicali in ordine ad operationem vitalem, quæ procedere debet conflato vno principio ex ipsis speciebus & formis. Præterea cum immaterialitas hæc perfectio sit positivæ, vt supra adnotauit, & cum omnium consensione formæ sensitivæ perfectiores sint formis cælestibus, non possum non illas magis immateriales esse.

17.
S. Thom.
Duo ergo
res erga
scientiam
Dei.

Pro periodo hoc loco moneo, consulto me nullum retulisse errorem, qui neget scientiam Deo, & si non me lateat. S. Thom. q. 2. de veritate duos recensuisse, alter effutiebatur non esse propriè in Deo scientiam, sed metaphoricè, sicut affectus iræ & alij, alter non esse formaliter, sed causaliter quatenus, Deus est causa scientiæ creaturarum, tunc enim est huius erroris stoliditas vt indignus sit qui referatur & refellatur, vnde Damasc. eleganter ex ipso nomine diuino Græco Theos, à Theaste, quod est considerare, & contemplari Deum compellat omnium contemplatorem lib. 1. de fide cap. 1. Imo addo de fide certum esse, lumine naturali cognosci posse, in Deo esse scientiam ex Paulo ad Rom. 1. ibi se lumine natura Deum intelligere esse. quod notum est Dei, manifestum est in illis; Deus enim illis manifestauit, inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas prædixerat Paulus versu immediato quosdam homines veritatem Dei in iniustitia

Damasc.

De fide di-
uina est co-
gnosci pos-
se, in lumine
natura
Deum in-
telligere
esse.

detinere, hoc est, licet agnoscerent esse verum, & vnicuique Deum omnium rerum principem, & opificem, atque rectorem; hunc Deum non coluerunt, sed Deo debitum cultum creaturis, & idolis iniustissimè, dederunt, ideòque veritatem Dei, quasi incarcerarunt in iniustitia. Nequis autem Paulo obijceret; gentes Deum non cognouisse, vnde enim agnoscerent? ponit verba relata. Quod notum est Dei, &c. Hoc est, quod in Deo naturali lumine sine supernaturali illustratione attingi potest: manifestum est in illis, hoc est & cognoscitur iam, & cognosci debuit per creaturam mundi intellectu conspectam, non per Angelos, non per profetas, aut per scripturam, itaque licet omni, Dei nisi supernaturali lumine cognosci possint, quædam tamen quæ Dei nota Paulus appellat, & cognosci possunt, & gentes illa cognouerunt, hæc autem Paulus ait esse inuisibilia Dei, hoc est, diuina attributa, vt esse æternum, immensum, omnipotentem, omni sciũ optimum maximum &c. hæc enim significat Paulus per sempiternam eius virtutem, & diuinitatem, vt docet cõmunior Patrum, & interpretum expositio. Vnde versu sequenti, eos appellat: inexcusabiles a culpa, quod cum Deum cognouissent auctorem, creatorem, conseruatorẽ mundi, cum pro mundi fabrica non glorificauerunt, sicut Deum, aut gratias egerunt, in quibus verbis apertissime docet Paulus gentes naturali lumine ita ad Dei notitiam ascendisse, vt reuera cognouerint Deum capacem esse glorificationis, & gratiarum actionis, cognouerunt igitur Deum esse rem intellectualem: scientia prædictum nulla namque res scientiæ expertis capax est gratiarum actionis, & glorificationis, vt euidẽtius, et quam ostendi possit. Hæc faciunt verba sapientiæ cap. 13. Vanus sunt (ait) omnes homines, in quibus non est scientia Dei, & de his quæ videntur bona potuerunt intelligere eum, qui verè est, neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex, in quibus perspicue affirmat potuisse homines naturali lumine agnoscere ex his quæ videntur Deum esse artificem eorum, quæ potuerunt agnoscere lumine naturali Deum habere eorum artem, ars autem est scientia rerum agendarum, ergo de fide est naturali lumine posse cognosci esse in Deo scientiam rerum omnium.

Paulus ad
Rom. 1. ex-
plicatus.

Sap. c. 13.

A 4

DISPV.

DISPUTATIO SECVNDA.

DE

NATURA SCIENTIAE DEI.

Distincta tribus capitibus.

In 1. Scientiarum Dei non esse realem actum primum, ut comparatur ad obiecta necessaria.

In 2. Nec esse realem actum primum, ut refertur ad obiecta libera.

In 3. Nec ratione nostra esse actum primum in scientia Dei.

ARTICVLVS QVARTVS.

VTRVM INTELLIGERE

DEI SIT EIVS SVBSTANTIA.

Conclusio S. Thomae, cum Deus sit suum esse, & actus purus etiam secundum esse intellectuale, a scientia a se distincta perfici nequit, unde intelligere Dei est eius substantia.

Cap. 1. Scientiam Dei non esse realem actum primum, ut comparatur ad obiecta necessaria.

S. Th. hic art. 4.

POST explicatam existentiam scientiae Dei, ordo doctrinae postulat, ut naturam eius explicemus, de qua S. Thomas art. 4. affirmat intelligere Dei esse ipsius substantiam, corpusque articuli concludit per haec verba, notatu digna, pro infra dicendis. *Et sic patet ex omnibus praemissis, quod in Deo intellectus intelligens, & id quod intelligit, & species intelligibilis, & ipsum intelligere sunt omnino unum & idem.* Nihil poterat dicere clarius, ut omnem actum primum a diuina scientia remoueret.

I. Nom. 1. *Attributa diuina scientia.*

Obseruandum primo hoc loco est, diuinae scientiae competere attributa omnia communia alijs diuinis perfectionibus, ut esse substantiam, non solum identice, sed ex se ipsa formaliter, esse spiritualement, hoc est, in dependentem ab omni materia, esse vitam intellectualem, non quomodocumque, sed a se. Quo fit, rationem actionis, & passionis realem, non solum distinctam, sed etiam indistinctam a diuina scientia

prorsus reiiciendam esse. Porro ei tribuere debemus infinitatem, vel absolute, & in omni genere, si in ea consistat essentia diuina, de qua re disput. 3. vel si ea includat, aut saltem in suo genere scientiae. Deinde simplicitatem, puritatem actus, immutabilitatem, aeternitatem in ordine ad tempus, immensitatem in ordine ad locum, incomprehensibilitatem in ordine ad intellectum creatum, denique inuisibilitatem in ordine ad naturam. Quia certa sunt haec & communia, in eorum confirmationem hic immorandum non est.

Deum vero esse debere in actu continuo intelligendi, vel ipsi ethnici asecuti sunt, ex philosophis solum producam Aristotelis elegans testimonium 12. Meta. cap. 9. *Quia si semper (ait loquens de Deo) non est in actu intelligendi quid nã erit pra excellens? erit enim ut dormiens, & hoc postea proponit argumentum, si tamen sic actu semper intelligit, ut ab actu intelligendi distincto a substantia habeat nobilitatem suam, ergo Dei non est ipsa ex se nobilissima substantia*

Arist. 12. Met. c. 9. *Deus est in actu continuo intelligendi.*

Et ref-

Cap. 2. Nec esse realem actum primum, ut refertur ad obiecta libera.

Et respondet Deum actu semper intelligere, non tamen actu addito realiter substantiae suae, sed per suammet substantiam.

2. Haec quidem probant non solum non esse in Deo reale principium suae scientiae, verum nec formale aut ex natura rei contra Scotum & Scotistas, qui ut in perfectionibus alijs diuinis facile concedunt distinctionem ante opus intellectus & ex natura rei, eodem modo possent dicere intellectionem diuinam ab eius substantia, & potentia intellectiua similiter distingui. Quod cum diuina simplicitate, immutabilitate, puritate actus pugnare non esset difficile demonstrare, si esset is opportunus locus. Legite P. Molinam 1. par. ad q. 24. artic. 2. disput. 2. §. *Deinde rationibus Scoti*, ubi purat non fatetur eam sententiam, & P. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 120. cap. 2. ubi refert ex Concilio Rheimensi sub Eugenio 3. hanc propositionem damnatam esse, *Deus non est ipsa sua sapientia*, ibi, *cum dicitur Dominum sapientia sapientem, credimus non nisi ea sapientia, quae est ipse Deus sapientem esse*, item disput. 116. capi. 5. contra Scotum multa alia congerit. De hoc ar-

Mol.

Vazq.

Conc. Rhe mensi.

Cap. 2. Nec esse realem actum primum, ut refertur ad obiecta libera.

3.

Argumenta ad probandum esse in Deo actum primum realem, in ordine ad scientiam liberam.



BIBECTA libera cognoscit Deus per scientiam liberam. Haec secundum communem consensum Theologorum ad scientiam necessariam solum addit respectum rationis, ex qua doctrina ducit originem difficultas proposita, nam additione solius respectus rationis nec fit Deum mutabilem esse, nec compositum: nec finitae perfectionis, nam quotidie respectus rationis a nobis fictus, Deus in se recipit, quin id derogat, aut diuinam immutabilitati, aut simplicitati, aut infinitati, ergo cum scientiam Dei non esse realem actum primum ex his diuinis attributis collegerimus cap. 1. in ordine ad obiecta necessaria: si quoad haec res integra manet in ordine ad obiecta libera, ex dictis non fiet non esse realem actum primum in ordine ad scientiam liberam.

Secundo sic urgeo difficultatem, quam plurima Deus non scit hac scientia libera, quae tamen posset scire, ergo est in actu 1. sciendi respectu eorum. Antecedens probo, quia plura Deus potest creare, quae nunquam creaturus est, quaeque si creare decreuisset, hoc ipso cognoscerentur a Deo scientia libera, quae tamen modo non cognoscit, ergo multa hac scientia non scit Deus, quae posset scire. Consequentia etiam videtur manifesta, quia actus primus scientiae

multa habes apud sanctos Patres, qui referuntur ab his Doctoribus. Duo ego testimonia non omitam, Primum Augustini. 7. August. de Trinit. cap. 7. *Deo inquit, hoc est esse, quod sapientem esse.* Et S. Gregorij Niseni cap. 6. Nisenus. ibi, *cuius essentia sapientia est.*

Ex quibus primo colligo Deum per suamet substantiam esse in actu se ipsum, intelligendi. 2. esse etiam in actu alia extra se intelligendi, ponimus enim hic contra quosdam Philosophos Deum alia extra se intelligere: id quod, & esse fide certum, & naturali ratione euidentem in progressu demonstro.

Sed quia inter ea, quae Deus extra se intelligit, est maxima inaequalitas: alia enim sunt possibilis, quae habent necessitatem simpliciter in essendo, alia contingentia, quae eam non habent: inde maxime insurgit difficultas, an erga haec omnia sit Deus in actu secundo intelligendi. Circa possibilis propter necessitatem simpliciter in essendo res facilius est. Circa contingentia obscurior, & quae exigit distinctum caput.

di nihil est aliud, sed neque esse potest, quam potentia ad sciendum ex parte cognoscentis, & carentia cognitionis, sed Deus respectu obiectorum, quae possumus, & habet potentiam cognoscendi, quia ea scire posset, si creare decreuisset, & habet priuationem aequalis scientiae liberae, quando ea actu non cognoscit scientia libera, ergo est in actu primo cognoscendi respectu ad illa.

Tertium argumentum procedit a simili, Deus in tempore acquirit quosdam respectus rationis his similes; ut respectum dominij, creatoris, conseruatoris, gubernatoris, hos enim solum habet a tempore, quo res produxit, conseruauit, ac rexit, ergo pari ratione posset Deus aliquid horum obiectorum de nouo scire. Consequentia patet, quia haec scientia solum addit ad necessariam respectum rationis per communem consensum Theologorum. Exempli gratia, si Deus in tempore decerneret producere aliquid, quod non decreuerat ab aeterno producere, illud cognosceret de nouo. Dices, esse non posse decretum hoc de nouo, sed cum per communem Theologorum hoc etiam decretum solum addat respectum rationis ad volitionem necessariam Dei, quae se ipsum amat, ad illud deuoluitur tota difficultas.

Denique propositam difficultatem urgeo alio modo

alio modo, hæc obiecta, quæ Deus facere decrevit, ita Deus noscitur ab æterno scientia libera, ut posset etiam ab æterno non cognoscere ea scientia; etenim si non hæc, sed alia creare decrevisset, ut poterat; non hæc, sed alia cognosceret hæc scientia: ergo pro aliquo priori, priusquam haberet actum secundum sciendi hæc obiecta fuit in potentia ad illa cognoscendum, & non cognoscendum: ergo etiam fuit ab æterno in diuino intellectu aliqua reductio, seu processus ex potentia ad actum, & determinatio ex actu primo sciendi ad actum secundum. Consequentia facta manifeste videntur, & satis confirmata ex dictis. Ex his vero duo infero, primum non repugnare, Deo actum primum sciendi respectu prædictorum obiectorum. Illationem probo, quia Deo non repugnat id, quod in instanti æternitatis habuit: sed habuisse actum primum in instanti æternitatis probatum est, ergo ille non repugnat.

Secundum, quod etiam in tempore poterit Deo competere similis progressio, & determinatio, ex actu primo sciendi ad actum secundum relatè ad hæc obiecta, probo hanc secundam illationem, etenim ratio repugnantia provenire non potest ex eo, quod ille transitus ex actu primo ad secundum fiat in hac, aut illa duratione temporis, vel æternitatis; sed ex eo quod ipse transitus, seu determinatio ex ipso rei conceptu contineat imperfectiones contra diuinam immutabilitatem, simplicitatem, infinitatem. Ad hæc, si argumentum factum probat in ipsa æternitate progressio nem illam ex actu primo ad secundum Deo competiuisse, planè probat, in ea nullam esse inuolutam imperfectionem pugnantem cum diuinis perfectionibus. Quare ergo in tempore competere non poterit, si semel fatemur illud esse ab imperfectione liberum, & in æternitatis instanti in Deo extitisse?

Si lector meus argumenta proposita attentè mente expendit, tam profundam in eis difficultatem vidit, quantum vix possumus in hac vita superare; tota vero procedit ex arcano nobis omnino occulto actu liberorum Dei, animus tamen nõ est in præfenti tractare quid de eis dici possit, in tractatu de voluntate diuina, disp. 16., id præstare decreuimus. Solum ergo nostri muneris in hoc loco erit, aliqua ratione ipsi occurrere argumentis, ne eis superati cogamur deserere veram, & communem opinionem Theologorum, quæ omnino negat in scientia Dei, actum primum realem respectu alicuius obiecti.

Ex P. Molina in hac quaestione art. 15. ad secundum in hanc difficultatem incidens, ea pene oppressus, ut erat ingenua mente ornatus, planè fatetur, se in hac re desiderare magistrum, Ni-

hilominus, ut ex parte respondeat, duo generentium rationis distinguenda putauit. Primum quorum ratio fundandi extra Deum existit, ut creatio passiva, conseruatio creaturarum, unio verbi diuini ad humanitatem. Secundum, quorum ratio fundandi existit intra ipsum Deum, ut decretum liberum, & scientia pariter libera. Concedit priora entia rationis Deo posse ex tempore aduenire, absq; vilo incommodo, id quod eformata argumenta videntur reuincere, negat posteriora aduenire posse in tempore; eo quod proxima eorum ratio fundandi est decretum, & actus scientiæ Dei, quæ etsi libera sint, in ipso tamen Deo reuera existunt, suntq; ipsi intrinseca, eiusq; actus vitales, ac proinde, hoc ipso, Deo in tempore aduenire non possunt, sine ipsius mutatione, compositione, & imperfectione. Hanc doctrinam terigit S. Th. in eo art. 15. ad primum, & latius Gandauensis infra referendus.

Verum doctrina hæc sufficiens non est, ut ea fiat satis argumentis allatis, & modo suppono cum ipso P. Molina, communiq; Theologorum sententia tempestate nostra omnino ab omnibus affirmata, nempe decretum liberum, & scientiam liberam nihil reale intrinsecum addere volitioni necessariæ, & scientiæ necessariæ, siue dicas id esse re ipsa distinctum, siue solum ratione: etenim si affirmas, id esse re ipsa distinctum, evertis diuinam simplicitatem, puritatem in ratione actus, & perfectionem vndequaq; infinitam, ut in tractatu de voluntate vbi supra fuisse probo. Si dixeris, sola ratione esse distinctum, & nihilominus fieri quandam additionem rationis, cum nec additio, nec diminutio realis fieri possit rei per suammet realitatem, quantumuis tu eam in varios diuidas conceptus, planè affirmas contra ipsum lumen naturæ.

Porro illud quod fateris additum esse, & transfundi in identitatem cum actu necessario aut volitionis, aut scientiæ re vera est quadam formalitas realis in ipso existens independenter ab omni cogitatione intellectus, etsi ille fundamentum habeat ad distinguendam eam ratione à formalitate reali actus necessarij existentis in Deo, ac proinde ipsa formalitas realis est in Deo ipse Deus, siue formalissimè perse ipsam, siue identice, sicut relationes diuinæ sunt in Deo ipse Deus, siue formalissimè; si intra se continent essentiam, siue identice, si non continent; & cum ex alio capite potuerit illa eademmet realis formalitas ex æternitate simpliciter non esse in Deo, quippe qui potuit velle creare alium orbem, aliasq; creaturas in ipso contentas, & velle non creare hunc; consequens est potuisse simpliciter non esse aliquam formalitatem realem, quæ modo est ipse Deus, & quæ

S. Th. Henric. refutatio. Nulla realis additio fit scientiæ necessaria per scientiam liberam.

quæ modo adoratione latræ coli potest, & debet. Quis non videat, quam sit hoc indignum sentire de Deo?

Denique argumentum illud supra à nobis formatum manet adhuc in sua vi, nam si additio hæc, qualis qualis sit, potuit ab æterno fieri, ita ut accretio illa nouæ entitatis pro posteriori rationis iam assignatæ, nullam inuoluit imperfectionem Deo indignam, fiat modo in tempore, nam ut argumentum contendeat, repugnantia non consistit, in eo quod accretio fiat in hac; aut illa duratione, sed in hoc quod vere fiat, siue in hac, siue in illa duratione.

Qua propter persistendum est in doctrinam communi, quæ affirmat tum decretum liberum voluntatis, tum scientiam pariter liberam solum addere respectum rationis, seu connotationem extrinsecam; etenim dum alia non suppetit via fatius est in cõmuni doctrina persistere, etsi nõ satisfaciatur, quam in absurdas, & chimericas abire sententias. Sed de hac re prolixè producatur disputatio in tractatu de voluntate Dei, disp. 16. Posito verò solo nõ respectu rationis, sic formo argumentum contra solutionem datam: nam si loquaris de proprio respectu rationis ficto tum dependentia ab actu fingente alicuius intellectus, falsum planè affirmas, & absurdissimum, nec enim Deus libere vult, aut scit relatione rationis, aut à se, aut ab alio ficta. Quis enim dicat volitionem Dei, qua vult creaturas, esse fictam, nõ realem, atq; propriam, cum sacra scriptura passim affirmet, Deum velle creaturas, atq; gubernare illas secundum consilium voluntatis suæ; quæ locutiones in sensu proprio intelligendas esse constat, tum quod absque vlla imperfectione, aut in commodo intelligi possunt, tum quod eas ita intelligunt Ecclesiæ Patres. Deinde nec hoc sufficit, nam cur ea fictio in tempore fieri nequeat, ita ut per fictionem transeat Deus ex actu primo sciendi, & volendi in actum secundum. Denique destruit hoc ipsam solutionem, nam ea ponitur actus liberus scientiæ, & voluntatis nihil esse præter actum necessarium, & respectum hunc rationis, sed nec actus necessarius scientiæ, nec voluntatis; quo Deus, (ut referunt Theologi aliqui) simplici complacentiâ complectitur creaturas omnes possibles, esse possunt fundamentum proximum illius respectus; quia tam scientiæ, quam volitionis ex æquo terminantur ad creaturas omnes possibles: ergo nõ est cur, aut scientia fundet proximum respectum rationis ad has creaturas, potius quam ad illas, aut volitio proximum respectum efficacis volitionis, per quam hæ creature potius, quam illæ accipiant existentiam, ergo hæ ipsa solutione corrumpit totum fundamentum, in quo nitebatur solutio, quæ dicebat

hos respectus fundamentum habere intra ipsum Deum, quod falsum esse plane ostendi, ex eo quod actus ipsi necessarij fundamentum esse non possunt, & actus ipsi liberi, ut sic sunt ipsi respectus, non eorum fundamentum in ipso in sententia.

Si loquaris vero de respectu rationis improprio, prout dicit solam extrinsecam denominationem, seu connotationem ad obiectum extrinsecum actuum liberorum, præter quam quod non explicas, in quo nam rationem actus liberi consistas, corrumpit doctrina illius solutionis, quia ad has extrinsecas denominationes, seu connotationes, nulla ratio fundandi proxima; ab eis aliqua ratione distincta necessaria est, sicut ad relationes, nec in Deo connotari potest.

Sed ne longius quam par est protrahatur sermo circa actus liberos, de quibus solum obiter in præfenti tractamus, in nostra re dicendum primo puto, ex præfata additione entis rationis propriè sumpti nihil sequi contra Dei immutabilitatem, simplicitatem, & puritatem in ratione actus, ut probatum iam est, & infra explicabo amplius.

Dico secundo, ipse actus scientiæ necessarij est etiam re ipsa actualis scientia omnium contingenter existentium in quacumq; differentia temporis existant. Nec enim intelligendum est diuinam mentem in aliquo instanti æternitatis etiã ratione nostra extitisse, quasi in actu secundo in ordine ad obiecta necessaria, & quasi in actu primo in ordine ad obiecta libera, alias scientia Dei partim esset in actu primo, & in potentia reali, nam ut scientia libera absolute realis est, ita actus primus in ordine ad illam est absolute actus primus realis: immo de facto concedi deberet actus primus realis in ordine ad scientiam liberam, quæ modo non est, posset tamen tunc esse, & concedi deberet aliqua intellectio, & volitio libera Dei simpliciter possibilis, quæ esse posset actus secundus realis huius actus primi. Denique inter hunc actum primum, & secundum concedi deberet processio aliqua actiua, & passiva, atque adeo realis actio, & passio, hæ enim sunt dependentiæ essentielles, quas intellectio, ut forma vitalis habet à potentia intelligendi, quæ est actus eius secundus, & volitio à potentia volendi, Quis autem non videat absurdum esse, concedere actum sciendi necessarij esse actum primum realem in ordine ad actum secundum liberorum, cum omnis actus secundus scientiæ, siue relatum ad obiecta necessaria, siue ad libera non respiciat alium actum secundum, tanquam suum actum primum, sed potentiam vitalem, ut constat in cognitionibus creatis in ordine ad quas (secludendo imperfectiones

Proprie resolutionis propositio.

Actus scientiæ necessarij est etiam re ipsa actualis scientia contingenter existentium in quacumq; differentia temporis existant.

nes diuinas) debemus concipere, & declarare, si cupimus securam doctrinam tenere, nec temere procedere, & absurdum esse concedere intra ipsum Deum rationem realem possibilem, quæ absolutè, & re ipsa potuit in identitate transfusa esse ipse Deus, siue formaliter, siue identicè, vt supra dicebam, denique absurdum esse intra Deum constituitur formalem actionem, & passionem, quæ sine dependentia actus secundæ ab actu primo constitui nequeunt; cum omnis actio, & passio essentialissime sint ipsa dependentia, vt cap. 3. vrgentius, & efficacius demonstro. Quæ propter nec in tempore, sed nec in æternitate actus scientiæ necessarius comparari debet ad scientiam liberam, tanquam actus primus ad actum secundum.

7. Obiectio. Dices ipsum intellectum diuinum, & comparari posse ad actum necessarium, & ad actum liberum; respectu actus necessarii esse in actu secundo, respectu actus liberi, quem posset habere, si decreuisset alia ab his, quæ decreuit, producere esse in actu primo, ac proinde, partim esse in actu secundo, partim in actu primo reali.

Responsio. Responsio hæc attingit difficultatem tractandam, capit. 3. quæ re vera ex iam dictis satis impugnata est; nec enim sine imperfectione in Deo constitui potest actus primus realis in ordine ad actum immanentem, & vitalem; propterea quod aliqua formalitas, quæ absolutè esse posset in Deo, concipienda foret sub possibilitate cum aliqua dependentia à principio actiuis, & passiuo, vt ex professo prosequor loco iam allegato.

3. Concluf. Scientia Dei est actuali. omnium scibilium. Dicendum ergo tertio est, diuinam scientiam necessariam, tum propter infinitatem in ratione scientiæ, tum propter absolutissimam rationem actus puri, & scientiam actualem omnium obiectorum, tum necessarium, tum liberorum, & actu reddere Deum intelligentem ea omnia, hoc ipso quod illa cognoscibilia sint ex parte sua; quemadmodum, quia omnipotentia Dei est infinita simpliciter, & actus purus in ratione omnipotentia, omnis creatura, hoc ipso quod non habeat repugnantiam ad existendum contineri debet actu in ea, non partim in actu, partim in potentia, quia foret limitata in ratione potentia productiua, nec actus purus, etenim admitteret potèntialitatem aliquam in ratione continentis actu; & sicut quia immensitas Dei est infinita simpliciter, & actus purus in ordine ad Deum in loco constitutum, necessario diuina natura omne spatium replet, hoc ipso quod spatium ipsum capax sit repleti, ita quia scientia diuina est infinita simpliciter in ratione scientiæ, & actus purus essentialiter est actualis scientia omnium scibilium, hoc ipso quod illa scibilia sint, non

partim actualis, partim potentialis.

Ad hæc, quidquid pro tota æternitate intra ipsam extitit, existit, aut existet, ex æternitate habet obiectiuam determinatam veritatè, vt in progressu tracto ex professo. Hinc fit scientiam actualem Dei, ex æternitate ferri in hæc obiecta, ab ipsa que comprehensiuè cognosci, alias nec infinita esset ex omni parte in ratione scientiæ, nec actus purus. Quod vero obiecta hæc ex æternitate habeant prædictam determinatam veritatem obiectiuam, in causa est voluntas diuina, à qua tanquam à prima radice per actum liberum eam efficienter suscipiunt, ac maxime illa, quæ à Deo procedunt sine cooperatione causa liberæ, et si formalem determinationem obiectiuam, ex sua ipsorum existentia habeant, vt explico disp. 6. cap. 6. & 7. Vbi nota de facto id ita esse, quia Deus in tempore nihil de nouo liberè vult, vt existat, vnde ex æternitate rebus dedit determinationes, quas habent, atque adeo ex æternitate scibiles sunt; atqui, etiam si, in tempore posset Deus habere aliquem actum liberum suæ voluntatis, nihilominus res illa, quam Deus ex tempore vellet efficaciter, vt existeret, ex æternitate haberet veritatem determinatam obiectiuam; nam vt antequam se Deus libere determinauerit in tali tempore, verum esset voluntatem ipsius determinandam fore, ita verum esset ex æternitate rem illam à Deo in tempore efficaciter volitam, vt existeret, determinatè extitit: quo pacto nostræ liberæ operationes ex æternitate veritatem habent obiectiuam determinatam, quo fit scientiam diuinam simpliciter infinitam necessario aduferri ex ipsa æternitate in hæc obiecta. Hinc explicata manet ratio, quare Deus non possit accipere ex tempore nouam scientiam alicuius obiecti, in explicata, verò quare non possit velle, cuius ratio difficillima omnibus semper visa est, ea quæ nobis verior videbitur infra commodius breuiter subiicienda inter respondendum ad argumenta.

8. Resp. ad 1. Ad primum fateor additionem respectus rationis nihil obesse, aut diuinæ immutabilitati, aut simplicitati, aut puritati, id quod supra ostendi: nego tamen ex eisdem attributis diuinis non fieri, scientiam Dei in ordine ad obiecta libera non esse, actum primum realem, nam ex ratione infinitatis simpliciter in gradu scientiæ, & actus puri supra in eum omnem realem actum primum remouendum esse à scientia Dei. Nec verum est quod argumentum superponere videtur, nempe scientiam liberam consistere in solo respectu rationis; nam aliud est illam solum addere ad scientiam necessariam respectum rationis, aliud in eo consistere, hoc falsum est, quia re ipsa scientia necessaria est

est scientia libera, & ipsa representatio necessariorum est representatio liberorum propter infinitatem in ratione scientiæ; & licet hos diuersos efformemus conceptus representationis necessariorum, & liberorum propter diuersos terminos, ad quos eas representationes referimus, at ipsa in se vna, & eadem indiuidua representatio est.

Ad secundum, illa propositio antecedens æquiuocationem continet, & omnino distinguenda est, quam plurima Deus non scit hac scientia libera, quæ tamen posset scire, si illud non scit negat ex parte Dei aliquam formalitatem realem scientiæ, seu representationis, in ordine ad quam Deus ipse non sit in actu, sed in potentia, falsa est propositio, & neganda propter rationes sæpe dictas: si vero solum negat ex parte creaturarum obiectiuam determinatam veritatem absolutam, vera est propositio; etenim Deum scire quid complexum est, & ex parte Dei importat actualem scientiam; ex parte obiecti actualem cognoscibilitatem, complexum hoc absolute deficit: vnde in rigore negandum absolute est Deum scire illa, quia vt deficit absolute, sufficit defectus ex parte, non verò deficit ex parte scientiæ actualis in Deo, sed ex parte actualis cognoscibilitatis in obiecto. Ex quo etiam constat probationem illius antecedentis, eodem modo distinguendam esse. Consequentia vero ex præmissa distinctione neganda est. In probatione consequentiæ, maior propositio vera est, minor falsa; nec enim in Deo est priuatio alicuius actualis scientiæ libera, secundum omnem, quod scientia libera dicitur ex parte diuina representationis; quod vero scientia hæc libera Deus actu non cognoscat, quæ numquam facturus est, non prouenit ex defectu scientiæ, vt dixi, sed ex defectu veritatis obiecti, quorum vtrumque necessarium est, vt dicamus Deum ea actu cognoscere.

9. Obiectio. Obiectis, in Deo est actualis scientia, & formalis representatio horum obiectorum, quæ nunquam erunt, ergo Deus ab actuali scientia, & formalis representatione constituitur actu sciens, & formaliter representans hæc obiecta. Probo consequentiæ ex creatis cognitionibus, & in vniuersum ex omnibus formis, quæ hoc ipso quod insunt subiectis conaturalibus non possunt non ipsis dare suum effectum formalem.

Responsio quorundam. Aliqui vim consequentiæ timentes negant antecedens, dicuntque diuinam scientiam necessariam solum esse representationem eminentem obiectorum liberorum; & posita ex parte eorum cognoscibilitatem eam transferri in representationem formalem.

Confutatio. Sed doctrina hæc constare non potest cum his, quæ diximus, & vera esse arbitramur; nam

translatio illa de eminenti representatione ad formalem, est translatio ex actu primo ad secundum. Porro contra illam redeunt omnia argumenta facta; nam, vel per translationem fit additio alicuius entis rationis, vel alicuius entis realis: non primum, vt satis superque probatum iam est, nec enim Deus hæc obiecta cognoscit, aut representat per ens rationis formale: nec secundum, quia ea formalis representatio, nec esse potest distincta ab eminenti, nec in distincta, vt sup. dixi. Denique aut illa eminentis sola representatio sine formali sufficienti est, vel non. Si primum, quid addis formalem? sed dic eminentem formalem esse. Si secundum, ergo formalis aliquid addere debet, quando per te eminentis sufficienti non est; nihil vero addere potest, vt probaui, ergo non bene negatur antecedens illud, nec res aptè explicatur per eam distinctionem.

Quare antecedens concedendum est cōsentaneè ad doctrinam traditam, & neganda consequentia, quod vt explices, accipe terminos appositos, (nec est parui momenti in re tam difficili voces adinuenire, quibus aliqua ratione tantæ difficultati accuri possit.) Dico ergo scientiam Dei necessariam esse actualem scientiam, & formalem representationem quasi sufficientem horum obiectorum, ideoque ipsum Deum constitui habentem actualem scientiam, & representationem formalem sufficientem eorum, non verò actu ea cognoscere efficaciter, nec ipsum denominari actu cognoscentem efficaciter, nam actu scire efficaciter præter formam quæ est actualis scientia, & representatio formalis sufficienti obiecti, prærequirit ex parte eius cognoscibilitatem, ex cuius defectu non est hæc denominatio.

Ad hoc confirmandum adduco ex D. Thoma primo contra Gentes, cap. 82. elegans testimonium, vbi instituens probare D. Thomas à diuina voluntate omnem potentialitatem remouendam, hæc ait. Quasi consideretur in potentia ad vtrumque, vt primo sit volens potentia vtrumque, & post modum volens actu, sed semper est volens actu, quidquid vult, non solum circa se, sed etiam circa causata. Idem dictum puta de scientia, scilicet semper esse in actu sufficienter, non solum circa necessaria, sed etiam circa libera. Non habemus ad hoc explicandum in creatis exemplum, quale quale summo ex figura depicta Cæsaris vt modo depingitur, quæ etsi nunquam fuisset, aut fururus esset Cæsar, aut nec possibilis esset formaliter, sufficienter ipsum representaret, & efficaciter hoc ipso quod Cæsar poneretur in rerum natura. Hugo victorinus, lib. 1. de Sacramentis part. 2. cap. 16. explicatus præ alijs mentem hanc nostram videtur expressisse in hæc verba.

IO Vera resp. sio.

D. Tho.

Hugo Victorius.



si futura non essent, in Deo praescientia non esset? sed ex hoc nihilominus in Deo fuisset, quia ipsa, qua praescientia est, in Deo fuisset. En eandem praescientiam actualem, qua modo est, dicit fore praescientiam quorumcumque futurorum, si ipsa futura fuissent. Concedo itaque Deum per scientiam necessariam constitui actu habentem scientiam, qua est representatio formalis omnium scibilium, & etiam omnium scibilium, si forent scibilia, nego vero eum actu constitui scientem efficaciter non scibilia.

II
Ad prebar. cor. sequen. Quaedam forma tribuunt subiecto conaturali suum effectum formalem independenter ab omni extrinseco, quaedam non.

Ad probationem consequentiae respondeo distinguens in rebus creatis duo genera formarum, primum earum, quae solum respiciunt subiecta, & in communicatione sui effectus formalis a nullo alio extrinseco pendet: secundum earum, quae praeter subiectum, quod informant, respiciunt aliquo ordine obiectum extrinsecum, quod essentialiter praerequirunt, ut tribuant subiecto suum effectum formalem. Exemplum primi generis fit quavis forma substantialis, aut absoluta, quae hoc ipso quod subiecto adhæreat, si ipsum conaturale est necessario, & inevitabiliter tribuit ei suum effectum formalem. Exemplum secundi generis constituo in omni actuali noticia, & amore obiecti, quae formae non possunt constituitur intellectum scientem, & voluntatem amantem, quin obiectum aliquod denominent scitum, & amatum, at qui ad denominationem sciti, & amati in obiecto supponitur ratione saltem scibilitatis, & amabilitatis, ita ut repugnet etiam per potentiam absolutam denominari scitum obiectum, non scibile, & amatum, non amabile; & cum etiam repugnet de potentia absoluta formas has creatas denominare intellectum scientem, & voluntatem amantem, quin simul obiectum, eademque indivisibili formalitate denominetur scitum, atque amatum. Hinc est, quod huius generis formae pendeant in tribuendo suo effectum formalem, non solum a receptione subiecti conaturalis, sed etiam ab extrinseco obiecto, unde si per impossibile Deum in oculo corporeo constitueret visionem Dei, adhuc oculum non denominaret videntem Deum propter ipsius indivisibilitatem ab oculo corporeo, sed is quasi materialiter sustentaret entitatem visionis.

12
Discrimen notatu dignum inter scientiam creatam cuiuscumque obiecti; etenim haec, quia ab obiectis sumit suam speciem, & dependet ab eorum scibilitate necessario semper praesupponit in eis cognoscibilitatem, ante quam existat in potentia; unde non potest in ea existere quin tribuat ipsi effectum formalem actu scientis efficaciter; at scientia Dei existit in diuino intellectu omnino in de-

pendenter ab obiecto, nec ab eo sumit suam speciem, unde totam actualem existentiam in Deo potest habere, quin in obiecto praesupponatur scibilitas, atque adeo quin tribuat Deo effectum formalem actu scientis efficaciter, sed solum habentis actualem scientiam, & formalem representationem sufficientem omnium, quae quoquomodo rationem scibilis induere possunt.

Quia res subtilissima est, & difficultate plena, libet eam duobus exemplis explicare, alterum summo a propositione vera mentali, quae affirmet Petrum currere in differentia temporis sibi coexistenti, dum currit Petrus, vera est, & verè cognoscentem intellectum denominat. dum non currit, si conseruatur, ut potest, a Deo; eadem entitas propositionis mentalis, quae vera erat, ea vera non est; quippe quae affirmabat Petrum currere toto tempore sibi coexistenti, & iam non currit. Ecce quo pacto eadem entitas propositionis mentalis omnino inuariata modo denominat intellectum, in quo est, verè cognoscentem non modo denominat cognoscentem vere propter diuersam obiecti conditionem, sic scientia Dei inuariata omnino denominare potest Deum actu, & efficaciter cognoscentem obiecta libera, quae nunquam erunt, si ipsa forent, & non actu efficaciter cognoscentem Deum, quia ipsa non erunt propter solum diuersam conditionem obiecti. Alterum summo ex potentia nostra intelligendi relate ad haec eadem obiecta, ipsa enim in se est facultas intuitiva eorum, si ea sunt existentiam habitura, non est facultas intuitiva, si non sunt habitura; dum in eo statu perseverant: ita scientia Dei est actualis efficax scientia eorum, hoc ipso quod extitura sint; non est, sed sufficiens hoc ipso quod non sint extitura.

Verum est, potentiam nostram propter potentialitatem, reduci ad actum intuendi per formam distinctam, non vero scientiam Dei ad actum efficaciter sciendi, quia scientia Dei illimitata est, & actus purus, facultas nostra limitata, & potentia passiva. His ut potui feci satis argumento secundo, & obiectioni proximae. Namque in tractatu de voluntate Dei explico fuisse, disp. 16. cap. 10. meam sententiam, erga rationem constitutivam actuum liberorum diuinorum; & declaro, an obiectum, a quo pendet ea denominatio efficaciter volentis, ingrediatur tanquam essentialiter constituens eas denominationes, nam modo tantum affirmo dependere effectum formalem ab extrinseco connotato, quod in omni sententia verum est, siue extrinsecum connotatum constituat, ut pars, eam denominationem, siue non.

Duobus exemplis explicatur doctrina.

Ad

Ad 3. arg.

Ad tertium concedo antecedens, quod affirmabat Deum de nouo acquirere respectus rationis domini, creatoris, &c. distinguo illud consequens: ergo pari ratione posset Deus aliquid horum obiectorum de nouo scire, per positionem noua scientia ex parte Dei nego, per positionem noua scibilitatis ex parte ipsorum obiectorum concedo. Hoc satis supra explicatum est. Ad probationem consequentiae respondeo, quando communis consensus Theologorum ait scientiam liberam ad necessariam solum addere respectum rationis, solum sibi vult, nihil reale medium intercedere inter scientiam necessariam, & obiectum liberum; non vero vult Deum per respectum rationis cognoscere obiecta libera, ita ut in eis consistat ea scientia; ut supra animaduerti.

13

Quare Deus non possit in tempore noui actum libertatis habere.

Henric.

P. Molina.

Confutator.

Ad exemplum, quod in confirmationem adducitur, satis responsum est. Sed id difficile ibi est explicatum, quare Deus non possit in tempore velle aliquid libere de nouo, quando haec volitio nihil reale addit volitioni necessariae? consulto suppono Deum non posse velle aliquid de nouo in tempore, licet non me lateat oppositum dixisse Antonium Delphinum, lib. de rerum euentu, pag. 23. quia continet, quod supponimus, veritatem de fide certam, ex cap. 23. Numerorum, & cap. 19. Proberbiorum, ut in tractatu de voluntate probo ex professo, disp. 20. cap. 11. in qua re non est conternenda doctrina subtilis Henrici quodlib. 9. quaest. 1. de quo iam fecimus mentionem. Distinguit is auctor respectus rationis, qui primo incipiunt a creatura, quia ipsa refertur ad Deum, & protinus per quandam correspondentiam alij intelliguntur resultare in Deo. Alij sunt respectus, qui perse primo in Deo formantur, ut respectus eligentis, praedestinantis, &c. De prioribus concedit in tempore de nouo Deo aduenire posse, de posterioribus negat, & bene, quia id verum est; ceterum non reddit rationem discriminis. Pater Molina supra adductus dicebat, licet ex acquisitione horum respectuum in Deo non fieret mutatio propria, fieret tamen quedam vicissitudinis obumbratio, quae ex Iacobo, cap. 2. non minus repugnat Deo, quam propria mutatio.

Verum responsio haec, in eo defectuosa est, quod distinguit praeter mentem Iacobi vicissitudinis obumbrationem a propria mutatione, & supponit esse aliquid inuisibile, vicissitudinis namque obumbratio mutatio vera est per successionem umbræ significata: Iacobus Deum vocauerat Patrem luminum instar solis: at ne in hoc ipso decipiamur monet Deum non pati mutationes perpetuas, quas sol patitur, saepe obumbratus. Augustinus in libro de Speculo, apud Deum (inquit) non est

transmutatio, & ideo apud Deum cursus temporis, dici, noctisque alternatione nequaquam variatur. Ratio a priori est, quia inter immutabilitatem, & veram mutationem, nullum inuenies medium; etenim, aut per vicissitudinis obumbrationem adquiritur aliquid reale, vel solum aliquid rationis: si primum, vera est mutatio; si secundum nihil obstat immutabilitati, & nunquam redditur ratio, quare obftet.

P. Franciscus Suarez 2. tom. Meta. disput. 30. sec. 9. §. ad tertiam difficultatem fuisse pariter, ac doctè tractat rem hanc, aliorum refert, & refellit sententias. Ego solum id, quod mihi verius videtur, sic propono, concedo nihil fieri contra Dei immutabilitatem directe, & immediate ex eo quod Deus in tempore aliquid decerneret, inde tamen in Deo probari vitium morale; & animi inconstantiam directe, & immediate, & indirecte physicam mutabilitatem. Ut id explicem, summo scientiam simplicis intelligentiae antecedere omnia decreta diuinae voluntatis; illamque proponere rerum omnium amabilitatem, & modos eas producendi, rationesque, & motiua, quibus voluntas Dei moueri poterat ad ea producenda, aut non producenda; praesupposita haec scientia, ratione nostra possumus considerare diuinam voluntatem se gerere tribus modis, in aeternitate erga haec obiecta: primo suspendendo omne decretum liberum, & remittendo determinationem in tempus: secundo partim quadam decernendo ab aeterno, & quadam alia praetermittendo decernenda in tempore; tertio demum simul ex aeternitate decernendo omnia producere, quae producturus est in tempore, & decernendo non producere quae non producturus est. Modo ostendo hoc tertio modo se gerere debuisse Deum, ut immunis esset a vitio inconstantiae. In suspensione omnis actus primo est imperfectio potentialitatis; secundo quod tunc non esse creaturarum non esset directe voluntarium Deo, quod absurdum reputatur a Theologis, ut tracto in materia de voluntate Dei, disput. 19. capit. 7. tertio modo hoc argumentum. Vel cognouit Deus ex aeternitate suam voluntatem in tempore determinandam in aliquam partem, vel non cognouit: si non cognouit, probatur imperfectio in scientia, cum aliquid ex his extremis se determinate cognoscibile, ut supra notauimus. Si cognouit, cum nulla sit ratio boni in dilatione determinationis ad tempus, nec illi possit representari a scientia, non poterit Deus non, statim ac proponuntur obiecta, decernere. Imo est ratio mali, scilicet carentia exercitij libertatis perfectioris nempe positivae pro tota aeternitate a parte ante, si hoc

14

P. Suarez. Vera resolutio.

exercitium ponit aliquid intrinsecum Deo, dico si, quia non ponere fuisse ostendo, disp. 16. cap. 10. 11. & 12. hic autem loquimur supponentes alienas sententias ex ipsorum principiis.

Respons. confutatio.

Dicis posse suspendere pro sua libertate. Contra, ubi non est ratio boni pro suspensione, non potest voluntas velle suam suspensionem, aut formaliter, aut interpretatiue, sed in dilatione determinationis ex aternitate usque ad tempus nulla est ratio boni, vt constat, ergo, &c.

Alia Resp.

Respondet esse aliquam rationem boni in suspensione, scilicet, vt Deus habeat exercitium libertatis in tempore, si vero semel decerneret omnia ex aternitate: cum necessario perseverare debeat in eo decreto, ne se priuaret hoc exercitio libertatis temporario, potuisse partim aliqua decernere ab aeterno, partim alia in tempore decernenda praetermittere.

Confutatio

Responsio hac descendit in secundum modum, quem supra considerauimus in voluntate Dei: & facile confutatur, nam si Deus ex aternitate simul decreuit circa omnes creaturas, toto tempore habet exercitium libertatis: nam omne tempus clauditur intra instans adequatum aternitatis: vnde licet tempus nostrum non sit mensura exercitij libertatis diuinae, sed instans aternitatis; at cum hoc, & si indiuisibile, formaliter contineat in se infinitam vnde quaque durationem, & omnem successionem temporis imaginariam: si Deus pro instanti aternitatis actu decernit simul circa omnes creaturas, toto tempore imaginabili gaudet exercitio libertatis suae. Imo si, vt obijciens volebat, decreuisset ex aternitate, erga quasdam creaturas, & in tempore, erga alias ex aternitate, non plene exerceret suam libertatem, sed partim esset in actu, partim in potentia, & toto illo temporis spatio salutem imaginario, quod intercedit inter aternitatem, vt eam concipimus infinitam a parte ante, & inter instans illud reale, vel imaginarium temporis nostri, in quo inciperet, foret ex parte priuatis exercitio libertatis: et enim tunc est exercitium libertatis, & non ante, quando libertas est in actu, quia ipse actus est exercitium, non quando est in potentia. Itaque, cum Deus ab aeterno circa omnia simul decreuit, habet exercitium libertatis toto tempore, si vero non decreuisset non solum aliquo tempore, sed infinito tempore syncategorematico; sed dicunt priuatis est exercitio libertatis, vnde ex responsione data plane sequitur oppositum ei, quod obijciens intendebat: ac proinde in inceptio exercitij libertatis in tempore nulla est ratio boni, imo inuoluit imperfectionem, cum ex genere suo esse in actu perfectio sit. & esse in poten-

tia imperfectio: vnde qui in actu pleno est, perfectiori gaudet statu, quam qui partim in potentia, lege si placet disputationem, 16. in qua acurate explico diuinam libertatem, & disput. 20. cap. 1. in qua hoc discutio magis.

Sed sciscitabitur quispiam. Quae nam erit ratio, quare Deus (eius simul, erga omnes creaturas ex aternitate decreuerit) non possit in tempore mutare propositum, & nolle producere creaturam, quam producere decreuerat, ex aternitate? ratio dubitationis esse potest, quod etsi ita faceret, nihil ex eo fieret contra Dei immutabilitatem. Respondeo praemissa interrogatione, vel Deus nouit ex aternitate mutandum a se tale decretum? vel non nouit? si nouit: ergo nouit etiam casum, & sine effectu futurum, quid ergo habuit decretum efficax? non poterit exulari ab animi leuitate. Vt ergo magis hanc partem, vel nouit ab aeterno causas mutandi decretum in tempore sibi occurrentes? vel non nouit? si nouit, ergo cum ex aternitate obiectiue haberet praesentes causas omnes, & rationes mutandi eisdem semper causis perseverantibus sine vlla mutatione, aut in substantia rei, aut in circumstantia, modo vult producere creaturam, modo vult non producere, in quo sane leuitas animi, & ipsa ratio inconstantiae sita est: si nec nouit mutandum decretum, nec causas mutandi, plane probatur in scientia imperfectio, nam cum, & mutatio futura, & causa offerenda, determinatam habeant veritatem obiectiuam, ex aternitate secundum omnes, vbi cuique illam habeant, in quo discordia est, vt dico disput. 6. cap. 6. & 7. determinate scibiles sunt ex aternitate, & si ignorarentur nihilominus a Deo, solum tribui poterit imperfectio in scientia. Iis immediate, & directe ostenditur fore in Deo vitium morale, si quaedam in tempore de nouo statueret, aut producenda, aut regenda. Quo proxime fit Deum esse non posse eum, qui vitio morali subest, nec enim magis repugnat cum diuina, quasi Methaphysica perfectione mutatio Physica, vt noua perfectionis acquisitio, quam cum rectitudine, & sanctitate Dei vitium morale: nec minori rationis efficacia fieret Deum non esse eum, qui nouam accidentariam formam in se suscipere posset, quam eum, qui posset mentiri, siue id faceret sine mutatione, siue non, semel autem probato non gaudere diuinitate eum, qui capax est vitio morali, praeterquam quod, id satis superque est ad nostrum institutum, fit etiam eum capace esse mutationum Physicarum, eueritque diuinam immutabilitatem, & alia plura absurda colligi facile possunt, ideoque supra dixi, ex decreto libero in tempore habito mediate, & in directe colligi contra immutabilitatem Dei.

Ad

Ad 4. Resp. num. 16.

Ad quartum argumentum ex dictis facile respondeo, maior propositio, quae affirmabat Deum de facto, ita cognoscere ab aeterno obiecta libera, vt potuerit ea non cognoscere distinguenda est, potuerit ea non cognoscere propter defectum ex parte scientiae actualis sufficientis ad ea cognoscenda nego; propter defectum cognoscibilitatis libera eorum, quam habuerunt contingenter, concedo. Consequentia vero omnino neganda est, nec enim Deus pro aliquo priori, etiam rationis in ipso etiam instanti aternitatis fuit, aut intelligi debuit in actu primo in ordine ad scientiam, ex se sufficientem ad omnia cognoscenda, dum modo ipsa sint cognoscibilia, & cum scientia hac Dei in dependens sit in sua existentia ab obiectorum liberorum cognoscibilitate, vt notauit, n. 12. & si ipsa careant cognoscibilitate libera, vt carere contingens est, nihilominus est in Deo actuali scientia: sufficiens; & formalis representatio eorum. Ex hoc autem duae illae illationes, quae in argumento

quarto inferebantur, manent sine neruo, & virtute. Id fateor, si semel mihi probatur transitus aliquis ex actu primo in actum secundum in instanti aternitatis in scientia Dei, affirmantem ratione talis transitus non esse repugnantiam, quod ille fieret tempore, quippe ab aeterno sic foret constitutendus, vt in conceptu eius transitus, vt sic, nulla contineretur imperfectio, dico ratione transitus; quia ex alijs capitibus neganda est Deo adquisitio temporaria scientiae nouae, vt iam constat ex dictis.

Rei difficultas, & subtilitas in causa fuit, longius protrahendi hoc secundum caput, sed si lector acie mentis consideret, doctrinam quam continet, verba non superfluere deprehendet, vt spero. In eo vero procedimus ex principiis communibus, vt videat, qui eam amplectitur, qua ratione consentaneè procedere debeat, qui vero in materia de libertate Dei, nostra principia, atque doctrinam nosse concupiscit, adire debet disput. 16. ac maxime, cap. 10. 11. & 12. & disput. 20. cap. 1. & 2.

Cap. 3. Nec ratione nostra esse vllum actum primum in scientia Dei.



Inter res difficiles, quae in nostra materia solent agitari, haec in hoc capite a nobis proposita locum habet non contemnendum; eam sub distinguendam putavi per aliquot paragrafos, commoditati mei lectoris prospiciens, neque etiam ipsi ingratum erit nosse inter nostros magistros acri hanc fuisse rem disputatione discussam, ego anno Domini 1615. in Salmanticensi Academia omnium nostro saeculo celeberrima, ac maxime in re Theologica docui publice conclusionem capite praefixam, modo re iterum perspecta, eandem suscipio tutandam, subijciam tunc mihi obiecta, & diluam.

§. Primus, sensus difficultatis propositae, & variae sententiae.

17 Difficilis controuersia sensus.

Quia in scientia creata, quatuor veluti actus primi antecedere possunt, & solent ipsum actum sciendi, nempe potentia radicalis intellectiua, quae est ipsa substantia intellectualis, & potentia formalis intellectiua, quae est ipsa facultas proxime intelligendi, si (vt communior fert opinio) distinguitur ante intellectus operationem a natura intellectuali, & species intelligibilis, ac denique habitus ipse scientiae, cuius est conferre facilitatem,

& expeditionem; quia (inquam) hi quatuor actus primi in scientia creata inueniuntur; disputatio circa in creatam scientiam non potest non hos omnes implicare, & continere.

Non video apud antiquos propositae difficultatis difficilem sensum explicatum; quod apprimè necessarium est, pro vera huiusce rei resolutione. Primo ergo obserua, non controuerti, an in Deo ratione nostra distinguantur potentia intellectiua, siue radicalis, siue formalis, ratio speciei intelligibilis, & habitus; ex vna parte: & actualis ipsa intellectio diuina ex alia, vt distinguere solemus attributa diuina inter se, absoluta a rebus: etenim si semel inter concertantes constet, substantiam illam diuinam esse in se respectu suae intellectiois essentialis virtutem intelligendi radicalent, & proximam, speciem intelligibilem, & habitum, nulli iam dubium esse poterit circa distinctionem rationis huius formalitatum inter se.

Pro clariori huius rei explicatione adinuenim duplicem rationis distinctionem celebrem iam esse in scholis. Prima dicitur praesens ex parte obiecti, ea est, quae in ipso obiecto ex formalitatibus, quae Physice loquendo in ipso idem sunt, propter aliquam Metaphysicam, aut virtualement distinctionem inter ipsas in intellectu cognoscere potest, vnam formaliter, quoniam aliam formaliter, & actu cognoscit. Hanc rationis distinctionem constituunt quidam in-

18

Duplex distinctio rationis, & praesens, & non praesens.

B 3

ter

rer prædicata superiora, & inferiora: negant alij Logici, quidam Theologi constituunt inter diuinas perfectiones, inter quas est distinctio quadam virtualis ex natura rei, seu virtualis intrinseca, vt inter absoluta, & relativa, vt inter intellectiōem, & volitionem, de qua re fuisse tractatu de Trinitate indiuidua. Alia est non præcisua ex parte obiecti, licet præcisua, seu in adæquata ex parte cognitionis nostræ; ea est, quæ totum obiectum ex parte eius attingit, nulla re, aut formalitate ex parte ipsius, actu & formaliter non cognita, licet non adæquate; quia obiectum suum, quod cōtingit habere plures effectus, aut extremos terminos non concipit, nisi per ordinem ad vñ, aut ad alium, & per speciem intentionalem alienam, & in adæquatam solum ab hoc, aut illo effectu depromptam. Hoc prælibato, id solum ponebamus, vt certum, & extra controuersiam aliqua harū distinctione rationis distinguere debere illos quatuor actus primos ab intellectu actuali in Deo, si in ipso sunt, nam cuique, vt libuerit, licebit duos de Deo formare conceptus, alter in quantum connotare potest virtutem intellectuam creatam radicalem, formalem, speciem intentionalem, habitum scientiæ, alter vt referri potest ad intellectiōem actualem creatam: vtra vero harum distinctionum rationis tunc competeret, non definitio.

Omniū actuum primum scientiæ creata actualis Deus eminenter continet per aliquam rationem formalem in ipso existentem.

Nec etiam controuertitur, an Deus per aliquam formalitatem in ipso existentem eminenter contineat illos creatos quatuor actus primos, nam cum ipse causa efficiens sit omnium creaturarum perfectionum, nemo potest merito indubium vocare, an in ipso præcontineantur. Verum etsi præcontineri conspicuum sit, id non sufficit, vt adscribamus Deo formaliter numeratos illos quatuor actus primos, id constat ex effectibus omnibus, qui cum eminenter contineantur in Deo, non tamen in ipso respondet aliqua formalitas propria ipsorum in Deo formaliter existens (scio quendam Thomistam ex per illustri Dominicanorum familia oppositum docuisse, sed & scio quam male audiuerit hæc sententia. Non vacat hic eam refellere, nec enim omnia vbique miscenda.) Nostra doctrina constat in productione equi, hominis, & Angeli, cum quibus etsi Deus communicet in prædicatis quibusdam logicè communibus, vt in ratione entis, substantiæ completæ subsistentis, at in Deo formaliter non reperies rationem substantiæ materialis compositæ ex materia, & forma, aut ex animali inhibili, aut rationali, substantiæ compositæ ex natura, & substantiæ, licet hæc eminenter præexistant in omnipotentia Dei formaliter in ipso existentem.

te, vt notabam disp. 1. num. 8.

In eo ergo nodus præsentis difficultatis consistit, an in omni prædicato proprio potentia intellectuæ, siue radicalis, siue formalis speciei intentionalis, habitus scientiæ sit imbibita imperfectio, quæ repugnat cum ratione formaliter existente in Deo, vt enim modo dicebam, omnis ratio formaliter existens in Deo ab omni imperfectione debet esse libera, & absoluta; & hoc ipso quod in essentiali ratione prædicati inuoluatur imperfectio, non potest esse formaliter in Deo, sed solum eminenter, quæ doctrina vniuersalis est, & pro similibus questionibus prorsus necessaria. v. g. quando vocatur in controuersiam à Theologis in Deo sit formaliter iustitia distributiua, aut commutatiua, qui opinantur in ipsa ratione essentiali iustitiæ distributiue, & commutatiue imperfectiōem inclusam esse, eā specialiter sumptam, constanter negant Deo, & solum concedunt iustitiam quandam communem largè, propriè tamen, sumptam. Qui vero, e conuerso arbitrantur essentialem rationem iustitiæ distributiue, atq; commutatiue imperfectiōem non implicare, adscribunt Deo ipsam consentaneè ad sua principia. Pari ter in re nostra, si proprius conceptus actus primis sciendi liber est ab omni imperfectione, formaliter Deo tribuendus erit, si non liber, non erit. Dixi proprius, quia actum primum intelligendi summere debemus vt condidit in eum ab actu secundo: etenim actus primus refertur ad actum secundum tanquam quid extrinsecum, nõ tanquam in actu secundo essentialiter inclusum, quod hæc ratio demonstrat. Actus primus respicit secundum relatione causæ efficientis, & quia in nostra re actus secundus vitalis est, & immanens relatione etiã causæ materialis. Atqui cum causa efficiens, tum materialis extrinseca sunt relatè ad effectum, ergo cum agimus de prædicato proprio actus primi, an ne reperiat in Deo formaliter, id esse debet condiditum a prædicatis proprijs actualis scientiæ.

Porro, cum disceptamus, an ratione nostra sit ratio principij intellectiui in Deo, non loquimur de conceptu fingente, non concipientem Deum, vt est in se; sed per extrinseca alio modo, ac est in se; nam sicut per species rerum corporearum mens nostra potest considerare, & solet Deum, vt quid corporeum, & fulgore coruscans; ita etiam per potentiam nostram intelligendi, per species intentionales, per habitum scientiæ, hoc dumtaxat extrinseco fundamento Deum possumus considerare, vt habentem intellectuam potentiam, speciem, & habitus, sed vt inibi fingit ratio nostra, nec Deum concipit, vt est in se, ita etiam continemus

dimus fingere, cum affigit Deo actum primum intelligendi.

His prædictis, prima sententia affirmat absolute in Deo esse propriè, & formaliter potentiam intellectuam. Ita Henricus 1. par. sum. art. 36. lege ipsum quæst. 1. & 2. ad finem, & 3. inuenies concessisse propriam in Deo potentiam intellectuam, & rationem principij elicitiui, & passiui ipsius intellectiōis secundum rationem nostram. Durandus in 1. dist. 35. quæst. 1. num. 8. intellectum Dei appellat potentiam cognoscitiuam. Item Alensis 1. parte quæst. 19. num. 1. adduci etiã potest Scotus in 1. dist. 2. quæst. 8. In hac sententia est etiã P. Molina 1. parte quæst. 4. art. 4. §. Tota rei huius difficultas est. P. Christophorus Aegydius, lib. 2. tractatu 2. cap. 4. à num. 3. P. Vazquez pluribus suorum operum locis tetigit hanc rem 1. parte quæst. 13. art. 2. num. 30. & disput. 102. cap. 1. num. 2. disp. 60. cap. 1. disput. 119. cap. 3. in quibus obiter, leuè manu semper concedebat potentiam, & speciem impressam ratione nostra in ordine ad actus immanentes. Argumenta pro hac sententia partim infero in discursu §. 2. partim diluo §. vltimo.

20
1. Sententia
Heur.
Durandus.
Alensis.
Molina.
Aegydius
Vazquez.
2. Sententia
21
Aureolus.
Gabriel.
P. Suarez pro
1. sententia.

Petrus Aureolus Archiepiscopus Aquensis primus, vt opinor, præter antiquorum sententias aggressus est tueri, nec secundum rationem esse in Deo actum primum sciendi, & pro hac sententia in 1. dist. 35. art. 3. acutas, & solidas format rationes. Gabriel eo posterior 173. annos, eum secutus est ibidem dub. 1. ad primum. P. Franciscus Suarez 2. tom. Metaph. dif. 20. sec. 15. num. 9. planè affirmat non esse in Deo potentiam intellectuam respectu intellectiōis essentialis, quia hæc formaliter sumpta imperfectionem claudit, & num. 10. non esse habitum, & num. 11. non esse speciem intentionalem, quæ per modum actus primi suppleat vicem obiecti: cum verò num. 12. excita set dubium, an quæ dixerat intelligenda sint etiam secundum rationem, & relatà controuersia inter Capreolum, & Aureolum de hac re, adhæc sit Capreolo contra Aureolum, & fateretur nos concipere in Deo aliquod per modum actus primi, vereq; affirmari esse in ipso vim intelligendi præscindentem ab actuali intellectuone, esseq; in Deo sufficientem rationem ad representandum intentionali ter, præscidente ab hoc, quod talis representatio sit actualis, & expressa. Vnde licet a quibusdam adducatur pro posteriori sententia, reuera tamen priori fauet.

§. Secundus Vera resolutio.

Prima conclusio. Non est in Deo secundum rationem potentia intellectu radicalis, nec

formalis. Pro hac conclusiōe allego primum S. Thomam in hoc artic. 4. in illis verbis relatis supra cap. 1. in principio, quatenus docet esse omnino vnum, & idem intellectum intelligentem speciè intelligibile, & ipsum intelligere in quibus per ly omnino distinctionem etiã rationis excludit, eã scilicet, quæ est cū fundamento in ipso Deo, Nam S. Thomæ solenne est, cum vult excludere distinctionem hanc rationis cum fundamento in obiecto, id per particulam omnino significare. Ad hoc habeo elegans testimonium in tractatu de diuina Trinitate, ex q. 4. art. 1. ad secundum vbi hæc habet verba. Ad secundum dicendum quod actus notionales secundum modum significandi tantum distinguuntur a relationibus personarum; sed re sunt omnino idem. Vnde Mag. in 1. d. 26. dicit. Quod generatio & natiuitas, alijs nominibus dicuntur paternitas, & filiatio. Ecce cum significare vult. S. Th. in distinctionem etiam rationis, cum aliquo fundamento intrinseco in obiecto ipso, sed solum extrinseco de prompto a creaturis, qualis distinctio tantum est inter actus notionales, & relationes diuinas, vtrius termino illo omnino, excludit eam, scilicet, quæ est cum fundamento in ipso Deo, & eadem quæst. 4. art. 4. ad tertium, vbi postquam concessit potentiã creandi, & generandi, ait, sed intelligere, & velle non sunt tales actus, qui designent processione alicuius rei a Deo distinctæ, vel essentialiter, vel personaliter, vnde respectu horum actuum non potest saluari ratio potentiæ in Deo. Verum est subieere hæc verba; nisi secundum modum intelligendi, & significandi tantum, in quibus non vult propriè esse potentiam in Deo secundum rationem cum fundamento in ipso Deo, sed solum posse à nobis intelligi, & significari per species petitas, & potentijs creatis, sicut etiam intelligitur per species de proprias, à rebus corporeis. Vnde 2. contra gentes, cap. 10. potentia (ait) Dei propriè loquendo non respicit huiusmodi actiones, scilicet, intelligere, & velle. Atqui si propria ratio potentiæ formaliter esset in Deo, non posset non propriè respicere, intelligere, & velle, vt mox demonstrō. Igitur, etsi videam verba D. Thomæ subobscura esse, mens tamen à nobis est. Allego deinde omnia loca S. Th. in quibus docet intellectuonem actualem constituere formaliter naturam Dei, quod si ita est, non potest S. Thom. non negare actum primum ratione nostra antecedentem ad actualem intellectuonem, nam constitutio illa est per rationem, ad eum modum quo rationale constituit naturam hominis, atsi actus primus ratione nostra antecederet in Deo actualem intellectuonem, necessario antecederet natura diuina constituta per

1. Con.
S. Thom.
Non est in Deo secundum rationem potentia intellectu radicalis, aut formalis, ex S. Th.

suu constitutuū, nā vel ipse actus primus esset constitutuū, vel aliquid eo antecedens, vt constat in omnibus entibus intellectualibus a Deo, de quo est hic sermo; quod verò S. Th. affirmet naturam diuinam constitui sua intellectiōe ostendo, disp. 3. cap. 2.

23 Ratio fundamentalis Pro concl.

Vt statum rationem fundamentalem attē te considero prædicata omnia communia, in quibus illi quatuor actus primi conueniunt formaliter cum Deo, & imprimis potentia intellectiua formalis, species intentionalis, & habitus scientiæ cum accidētia sint in rebus creatis, ex hac parte solum possunt conuenire cum Deo in ratione entis. Porro si hæc omnia conferantur ad subiectum, cuius actus sunt, conueniunt etiam cum Deo in ratione actus, nam species, & scientia actus sunt facultatis intelligēdi, & is est actus naturæ intellectualis; differunt verò in eo quod hi sunt actus informatiui, Deus non est actus informatiuus, quia vero actus informatiuus, & non informatiuus participant in ratione communi actus, ideo dixi, etiā ex hac parte conuenire, in quo etiam communitur cum his omnibus actus ipse sciendi, qui præter hoc, prædicatum aliud commune habet cum Deo, scilicet rationem actus puri, quam limitate & imperfecte participat propter rationem informatiuam: intellectus vero nō est hoc modo actus purus, cum sit potentia passiva, nec species intentionalis, nec habitus, quia sunt potentia effectiua actus immanentis. Hoc loco id nota, ex ratione potentiæ speciē intentionalem, & habitum scientiæ minorem habere repugnantiam, ad hoc vt formaliter in Deo constituantur, quam potentiam intelligēdi, tum radicalem, tum formalem; nam actus intellectiōis, nec in specie, nec in habitu immediate recipitur in veriori sententia, nec ipse actus eas respicit, vt subiecta a se informatiua, sed solum, vt principia productiua realiter distincta: esse autē principium formale productiuum effectus realiter distincti in Deo formaliter inuenitur: potentia vero intelligēdi radicalē, & formalem respicit actus sciendi, tum vt reale principium productiuum, tum vt subiectum proprium suæ informationis; nam, vt ab utroque principio fit actus vitaliter, & immediate, ita in utroque, immediate recipitur in sententia: inter peritiores hodie philosophos recepta: ergo cum repugnet aliquam formam respicere Deum, vt subiectum suæ informationis proprium, ideoque tale prædicatum a nullo in Deo formaliter constituatur, ex hac parte maiorem repugnantiam implicat potentia intellectiua, quam habitus, & species; ex alijs verò capitibus hæc etiam sufficientem habent repugnantiam, vt dico §. sequenti.

Venio ad principium radicale intelligē-

di, in quo aduersarij magis insistant, quod præter dicta, alia habet prædicata formaliter communia cum Deo. Primum, prædicatum substantiæ. Secundum, personæ, de cuius ratione est esse principium radicale cognoscendi. Tertium, non repugnantia, vt cognoscat.

Vt verò planè constet communicare in his prædicatis cum Deo, non sufficere, vt constituamus actum primum ratione nostra in Deo, recolendum est, quod supra notauimus prædicata communia actui secundo, & actui primo, seu actuali intellectiōi, & principio eius, non esse propria principij intelligēdi, illud constituentia in ratione principij, & distinguenda ab actuali intellectiōe: nam cum principium intelligēdi comparetur ad actualem intellectiōem ratione nostra, sumpto fundamento ab omni principio creato tanquam causa extrinseca vnum quodque; hoc est, tum principium ipsum, tum actualis intellectiō intrinsece vltimo constitui debet per proprias differentias, quibus mutuo ea inter se fecernantur, atqui per prædicatum formale logicè commune actui primo, & secundo, seu intellectiōi actuali, & principio eius non differunt nec fecernuntur, sicut homo, & equi nō differunt in prædicato communi animalis, vt constat. Ergo ad hoc, vt constituamus principium intelligēdi proprium, secundum rationem formalem principij per rationem in Deo non sufficit constituere prædicatum commune actui primo, & secundo; licet illud essentialē sit vtrique; nec enim controuersia est, an in Deo formaliter constitui possit prædicatum essentialē vniuersale principij, sed an prædicatum essentialē propriū principij constitutuū, quo distinguitur ab omni re, quæ nō est principium.

His præiactis, in quibus totum robur nostræ probationis consistit, sic scholastico more ex iisdem, formo rationem nostram. Nullum est prædicatum proprium potentiæ radicalis, & formalis, quod in suo formali conceptu ex se se non inuoluit imperfectionem, sed ratio nostra Deum, vt est in se, concipiens ad scribere Deo non potest prædicatum, quod ex ratione essentiali inuoluit imperfectionem, ergo nec per rationem constitui potest in Deo potentia intelligēdi radicalis, aut formalis. Maior huius discursus per se perspicua est. Minor probata est in præiacta doctrina, consequentia est euidentis. Sed quia ad minorem tota contentio deuoluenda est, libet eam amplius confirmare: & summo potentiam radicalem intellectiuam, quam aduersarij constituunt in Deo, & comparo illam cum actuali intellectiōe diuina. Hæc ex propria ratione formalis substantia est, nec solum quia identificatur cum principio radicali vel cum natura diuina, vt in

ta principij radicalis communia cum Deo.

24 Formatur ratiozina

ter omnes constat. Deinde ex propria ratione formalis ens completum substantiale est exigēs subsistentiam non quancundq; sed personalem. Ergo in his duobus prædicatis non potest consistere ratio actus primi, quam aduersarij constitutur in Deo. Consequentia hæc est euidentis, nam vt dixi ratio actus primi propria non potest esse conceptus communis actui secundo, sed hæc prædicata formaliter inueniuntur in actu secundo, ergo in his non potest consistere ratio propria actus primi, tūc sic, quod cumque; prædicatum adicias proprium potentiæ, quo distinguas eam ab actu secundo, in eo inuoluas imperfectionem, necesse est; eo quod hoc prædicatum necessariò includere debet respectum ad actum secundum, nam omnis actus primus, seu potentia constituitur in propria ratione per respectum ad eum actum, cuius est actus primus, & cuius est potentia: sed omnis respectus omnium actuum primorum ex his, quos nouimus, aut Deum creare posse intelligimus; est respectus causæ, & efficientis, & passiuæ per actionem, & passionem, ergo qui constituit prædicatum proprium potentiæ intellectiue in Deo, in ordine ad suam intellectiōem re vera constituit respectum causæ realis per rationem, principijque; elicitiuū, & passiuū in ordine ad essentialē intellectiōem, vel fingit aliquid chimericum, quod prohibito sine fundamento appellat principium, & actum primum.

Confirmatur. Respectus causæ realis, atque principij elicitiuū, & passiuū non est ad se; nec ad aliquid quod secū id est, nā omnis causa supponit suum esse ad omnem effectiōem, ergo ordo causæ respicere non potest in re ipsa id, quod cum ipsa idem est. Quæ ratione Theologi ex reali potentia generatiua optime probat distinctionem realem Patris, a filio, ergo qui ponit per rationem prædicatum reale formale principij in Deo, nisi abeat in chimeram, reuera ponit ordinem realem causæ, principijque; elicitiuū, & passiuū in ordine ad intellectiōem essentialē secum identificatam, & qui per rationem ita distinguit intellectiōem hanc a suo principio, vt eam comparet cum illo, tanquam actum informantem; & illud cum ea tanquam causam efficientem, & recipientem, chimeras effingit; non solum quia distinguit, quæ indistincta sunt; sed etiam quia rei indistincte in se tribuit esse actum informantem, cum nō sit; & principio tribuit esse elicitiuum, & passiuum eius actus, cum reuera non sit. Igitur ratio concipiens Deum, vt in se formaliter est, ab ipso depellere debet omnem rationem principij intellectiui formalem, & propriam.

Prætermisiss alijs leuioribus rationibus, venio ad ea, quæ nostri magistri ad hoc fundamē-

25 Responso

tum respondebant. Deum aiebant, diuersis conceptibus, a nobis in ordine ad diuersa munera concipi posse, prius quidem expresse in ordine ad aliquid ex natura rei primum munus, deinde in ordine ad alia munera posteriora, ita tamen vt ex priori illo conceptu expresse primæ functionis inferre liceat alios conceptus expressiores aliarum functionum, & hæc ratione Deum ipsum expresse conceptum in ordine ad primum munus esse per rationem primū in ordine ad posteriora munera, eo quod ad rationem actus primi per rationem sufficit quod ex eo primo munere cum fundamento in ipso obiecto inferantur alij posterioriores conceptus, qui sunt veluti actus secundi per rationem. Hæc verò priora, & posteriora munera sic explicant, idem Deus in se indiuisibilis est in se substantia completa, quasi radix ratione nostra personalitatis a se independentis ab omni genere causa. Hic est prior conceptus, & proprius naturæ intellectualis, in quo nec expresse concipimus actualem intellectiōem nec virtutem proximam se; & alia cognoscendi, quatenus fundat negationem repugnantiam ad cognoscendum se, & alia, nec etiam concipimus, vt habentem maximam determinationem ex obiecto, quatenus continet species intelligibiles omnium rerum, nec denique; vt habentem summam expeditionem, & facilitatem in cognoscendo se, & creaturas. Sic ponunt quatuor actus primos potentiam radicalem in conceptu naturæ completæ; per ordinem ad personalitatem a se formalem in conceptu virtutis cognoscendi se; & alia, quatenus fundat negationem repugnantiam ad cognoscendum se, quatenus opponitur impotentia cognoscendi, speciem intentionalem in maxima determinatione ex obiecto; habitum scientiæ in summa expeditione, & facilitate. Hi posterioriores conceptus quatenus expresse res sunt de Deo, & ex prioribus inferuntur, dicuntur actus secundi per rationem, sicut priores actus primi.

Acutè quidem hæc dicta. Sed quæ non infringunt nostrum argumentum. Quæ dicunt de specie, & habitu constituantur §. sequenti, in hoc quæ de potentia radicali, & formali. In primo illo conceptu substantia completa diuina in ordine ad personalitatem a se in eo desciunt, quod in prædicato communi logicè actuali intellectiōi diuinæ, & ei principio, quod ipsi appellant, constituunt rationem propriam principij intellectiui. Quæ vt a nobis iam demonstratum est, conditū ingui debet a prædicato logicè communi principio, & actuali intellectiōi, nam tunc non constituitur actus primus, seu principium, sed ratio vniuersalior, & logicè communis, nam vt gradus animalis

26 Qsolutio

malis non est actus primus, nec per rationem nostram in ordine ad rationalitatem, & inhibilitatem, sed ratio vniuersalis per rationem nostram, ita predicatum commune intellectioni essentiali Dei, & ei, quod ipsi appellant principium, non est actus primus per rationem nostram, sed predicatum logicè vniuersale. Quod sic probo, ex his, quæ ipsi concedunt, & vera sunt, nam ex predicato communi logicè vniuersali, non licet inferre affirmatiuè differentiam, vt ex animali, rationale; at ex actu primo, seu potentia radicali intelligendi per rationem licet inferre intellectionem essentialem, qua necessaria est, vt bene valet, Deus est substantia completa à se, & personata, ergo est intelligens se, & alia; ergo predicatum commune logicè intellectioni essentiali, & principio, non est actus primus per rationem. Quod vero conceptus ille, quo Deum concipimus vt substantiam completam à se personatam, fit communis, patet euidenter, quia essentialis intellectio diuina non solum identicè, sed ex sibi essentialibus est substantia, est completa, est à se, est subsistens personalitate, ergo &c. Vnde licet verum sit in eo priori conceptu importari intellectualitatem, quatenus importatur personalitas, quæ est propria subsistentia nature intellectualis, at verum non est importari intellectualitatem, potentia radicalis, aut formalis, sed intellectualitatem actus purissimi, & vltimi.

Præterea damus, hunc eundem gradum intellectualitatis diuinum posse nos expressius per varios conceptus declarare, sicut quacumq; naturam creatam; at hoc sufficiens non est, vt nostro conceptui respondeat ex parte Dei predicatum aliquod, quod in ipso sit, & sit proprium, & formale potentia, siue concipiatur illud expresse, siue confusse, vt g. quando concipimus hominem, necessario concipimus actualem rationalitatem in ipso seuera existentem, siue expresse, siue confusse eam concipiamus, nec dici poterit esse in ipsa natura hominis actum primum, & secundum ad se ipsam per rationem nostram, nisi circa illam verum possint diuersi conceptus, eo quod cuiuscumque necessario actualis rationalitas respondere debet, ita quia cuiuscumque conceptus, quem formamus de Deo in quantum substantia completa à se personalitate subsistens est, respondet actuali intellectio, et si de Deo diuersos conceptus expressiores, & confusiores efformamus, nulli tamen ex parte Dei respondet predicatum proprium principij intellectui, non est dicendum esse in Deo actum primum per rationem nostram in ordine ad intellectionem essentialem.

Secundum eundem se de cursu refatio, nō

vel virtus illa cognoscendi se, & alia, vt fundat negationem repugnantia, seu oppositionem Probatur cum impotentia est predicatum commune non esse in principio intelligendi, & actuali intellectio, Deo potest vel est proprium principij, vt ab ea condistinctum formatur, si primum, euidenter probatum à nobis est, predicatum commune non esse sufficiens ad constituendum actum primum per rationem; posse autem ipsam actualem intellectionem tum Dei, tum creatam fundare negationem aliquam repugnantia ad intelligendum, licet non eam quam fundat potentia condistincta ab actu certum est, ita docet S. Th. 1. 2. p. q. 41. art. 4. ad 2. ubi ait possibile, seu non repugnans ad esse dup. accipi posse. Vno modo, vt opponitur necessario, altero, vt continetur sub necessario, atq; ita Deum esse, & filium eius generari non esse possibile primo modo: sed 2. modo, quia ex eo quod Deus ex se necessario habet actum essendi, & filius necessario est actu genitus, dici potest Deus possibile existere, & filius possibile generari; deprehenditur tamen discrimen inter modum, quo Deus dici potest posse existere, & non repugnare ad existendum, & filius dici potest possibile generari, & non repugnare, quod generetur, nam quia ad existentiam Dei non potest nec ratione nostra præsupponi potentia, aut realiter, aut ratione, distincta; quia Deus aptus existere seu existibilis constituitur, ideo eius non repugnantia ad existendum, seu oppositio cum impotentibus existere fundatur immediate in ipso actu, non in potentia, at quia ad generationem filij supponitur origine potentia realis generatiua in Patre; eius non repugnantia, vt generetur, & oppositio cum ingenerabilibus, duplex habet fundamentum. Primum in potentia reali generatiua, per quam immediate opponitur impotentia ingenerabilium. Secundum actualis generatio; ita creatura omnes dicuntur, & fundare non repugnantiam ad existendum per potentiam earum productiuam eis extrinsecam, & per actum existentia, nam qui actu est, non repugnat esse actu itaq; illa non repugnantia ad cognoscendum, & fundari potest in actuali cognitione, & in principio productiuo cognitionis, si vero ponitur ab aduersarijs non repugnantia fundata in predicato communi principio, & actui, non potest vt demonstrari ratione eius non repugnantia constitui potentia formalis cognoscendi in Deo. Si vero constituitur non repugnantia propria potentia cognoscitiua fundata in predicato proprio eius, vt condistinctur ab actu, redit argumentum factum. Nam predicatum proprium potentia, vt condistinctur, & fundare potest negationem repugnantia ad cognoscendum, est respectus causæ realis principij; elicitiui, & passiu

S. Thom. Negatio repugnantia ad cognoscendum fundari potest tū in ipsa actua li cognitione, tū in principio cognosciti uo.

& passiu actualis intellectionis. Sed respectus huiusmodi causæ in ordine ad intellectionem essentialem repugnat Deo, ergo non repugnantia ad cognoscendum fundata in predicato proprio potentia repugnat Deo.

Optima confirmatio pro cōclusionē.

Vt concludam impugnationem vtriusq; huius partis, adicio confirmationem, pone possibilem esse intellectionem aliquam, cuius predicata communia sint esse substantiam completam, indiuisibilem, spirituales, exigentem subsistere personalitate, & in his predicatis formaliter, cum Angelo communicare. Pone deinde vltimam eius differentiam, quæ ab alijs distinguatur rebus, actum esse vltimum intelligendi, ita quod quemadmodum hominis natura a homine constituitur rationalitate actuali, ita ea intellectio constitueretur actuali cognitione. In hac non esse potentiam cognoscendi radicalem, aut formalem ratione nostra inficiabitur nemo. Nam is qui in hac etiam natura, vt a nobis est considerata, in quærendo actu primo per rationem adhuc persisteret propter illos conceptus magis, & minus expressos, mendicatio quereretur actum primum, nec eum tueretur eo modo, quo defensores actus primi à nobis allegati §. 1. n. 20. tuerentur, vnde eorum authoritas ei non suffragaretur, & re vera concederet Aureolo, secundaq; sententiæ totum quod intendit, & questionem totam ad voces reuocaret, ac deniq; pro libito eum actum primum appellaret, quem nullus authorū eo nomine nuncupauit. Quod si in ea substantia intellectione nullus est actus primus, qui affirmat Deum ita in se constitutum, vt nos eam meditabamur naturam, cogitur remouere a Deo omnem actum primum; ita vero esse Deum constituendum constat, ex eo quod diuisi gradus intellectualis in potentiam, & actum in rebus creatis prouenit ex limitatione, nam ratio potentia intellectiua est quasi inchoatio quadam gradus intellectualis prouenit etiam ex compositione, qui vero Deum constituit perfectius, & simplicius, altius, & dignius de natura diuina sentit, ergo propria ratio constitutiua nature Dei actualis intellectio esse debet, vt amplius prosequor disput. sequenti cap. 2. & 3. & sequentibus.

Dices, licet in Deo negandus sit influxus aliquis principij intellectui, in actum intelligendi, at in ipso fundamentum habet ratio nostra, vt concipiat ipsum diuinum intellectum per modum influentis in actum, vt g. intellectionem ipsam concipimus, vt radicem volitionis; quatenus ratio nostra fundamentum habet, intellectionem prius concipiendi, posterius volitionem; quia hæc in Deo etiam prærequirit intellectionem, ita in nostra re, erit fundamentum ad concipiendum principium, velu-

tiquid præsuppositū, & radicale intellectionis.

Sed contra, vel in Deo est aliquis influxus principij in actum, vel non. Si est, ponis in Deo imperfectionem, vt probaui. Si non est, ergo quando concipis Deum cum principio influente in suam intellectionem essentialem, non concipis Deum, sicut est in se, sed conceptum, quem facis in creatura, immerito apponis Deo, adeo vt si affirmes esse in Deo, principium influens in intellectionem essentialem, et si inter se ea non distinguantur, falsum affirmas. Nec obstat simile desumptum ab intellectione, & volitione diuina: primo quia intellectio, & volitio diuina in Deo formaliter sunt ratione inter se distincta absque vlla imperfectione: imo & virtualiter intrinsece inter se distincta, in quantum sunt formalia principia processionum passiuarum, & personarum realiter distinctarum; & sicut processio filij prior est origine, & ratione processione spiritus sancti, ita intellectio diuina est prior ratione volitione diuina; at potentia intellectiua, tum radicalis, tum formalis esse non potest formaliter in Deo sine imperfectione, secundū propriū conceptū potentia, vt sapè ostendi, ergo ex simili illo nihil fit contra nos.

Porro, licet intellectio ratione præcedat volitionem, non comparatur ad illam tanquam actus primus ad secundum; cum enim intellectio Dei non sit potentia volitiua secundum proprium conceptum intellectionis, non est actus primus volitionis, hæc namque cum talis est, vt ex natura sua præsupponat actum primum, petit vt talem potentiam volitiuam, quam respicit vt principium elicitiuum, & passiuum, intellectionem vero, quam requirit ex parte intellectus solum vt conditionem principij, seu vt rationem mouentem facultatem appetentem, vt ergo nemo dixerit approximationem loci esse actum primum caloris producti, sed conditionem actus primi nempe principij calefactiui, ita inepte appellauerit quis piam intellectionem diuinam principium volitionis, deniq; necessaria scientia in Deo prior est libera, item volitio necessaria prior est libera, quatenus ea non possunt esse sine illis, illæ autem possent esse absolute, at nec scientia necessaria, nec volitio pariter necessaria, sunt actus primi respectu actuum liberorum, ergo prioritas rationis inter predicata, quæ sunt formaliter in Deo sufficiens non est, vt dicamus prius predicatum esse actum primum, posterius actum secundum; quo vero munere fungatur diuina volitio in constitutiōne nature Dei explicio disputatione sequenti cap. 3. modo sufficiat non esse actum secundum respectu intellectionis. Obijcies intellectio diuina, & est cognitio obiectorum, & est ipius

ipsum naturae diuinae constitutum, ut doceo
dissequenti. Licet autem, ut est perceptio ob-
iectorum, eaque proponit voluntati, non sit ac-
tus primus volitionis, ut autem est natura di-
uina radicaliter volitua, erit actus primus.

Resp. nisi in ratione actus primi compara-
tione actus 2. uolens esset imperfectio a me su-
pra explicata, optime posset intellectio qua-
tenus natura Dei est, esse actus primus com-
paratione volitionis, ut obiectum probat; at
propter imperfectionem quam implicat ra-
tio actus primi, negandum est intellectio-
nem esse actum primum, unde intellectio in hoc
sensu non est radicaliter volitua, sed ratio pre-
supposita atque primaria ex natura rei sine de-
pendentia tam volitionis ab ea, atque influxu
in illam aut efficienti, aut passiuo, ut explici-
disp. 12. ar. 1. Obijcies pari ratione esse posset
aliqua ratio in Deo prior intellectio-
nem, in qua natura diuina sita esset, quae tamen compara-
tione eius non esset actus primus.

Resp. objectionem hanc attingere materia
frequentis disputationis. Id probat, non proba-
ri actum primum ex eo quod aliqua ratio prior
presupponatur. An autem sit ratio aliqua spe-
cialis, quare negandum sit praecedere ratione ad
intellectio-
nem aliquam rationem constituen-
tem naturam Dei, & affirmandum eam, si pra-
eederet, necessario fore actum primum, defi-
nitio disputatione sequente.

§. Tertius vera resolutio de specie intelligen-
tiali, & scientia.

Paragrapho superiori duos actus primos
confutauimus, alij duo restabant confutandi,
nempè species intentionalis, & habitus scien-
tia: semel autem explosa a Deo potentia ra-
dicali, & formali, in his refutandis actum agi-
mus; nam cum munerum omnia speciei intelli-
gibilis versentur immediatè circa potentiam in-
tellectiuam, ubi non est potentia, nec species
esse potest, munerum autem speciei breuiter
haec sunt, primo complet potentiam in ratio-
ne agendi veluti semen, & instrumentum ob-
iecti; secundo mouet, ac determinat illam quate-
nus ex se indifferens erit ad varia obiecta; ter-
tio coniungit remotè potentiam cum ob-
iecto, dico remotè, nam proxima, & actualis vnio
inter potentiam, & obiectum ipsa cognitio
est: quis vero non videt nullum ex his mune-
ribus erga Deum exercere posse, si ipse ex es-
sencia sua absque ulla potentia radicali; & for-
mali actualissima, & purissima cognitio est.

Pari ratione negandum omnem habitum esse
etiam per rationem, primo ex negatione po-
tentiae intellectiuae, propter quam sunt omnes
habitus intellectuales, secundo quia si Deus ex

essencia sua, est vera, & necessaria cognitio,
sui, & aliorum, quid ei datur habitus? qui so-
lum aut propter indifferenciam in potentia,
aut propter difficultatem in operando est.

Oppones nobis, Diuum Thomam in hac
quaestione art. 2. in corpore ibi, Ita ut neque ca-
reat specie intelligibili, neque species intelligibi-
lis sit aliud a substantia intellectus diuini, sed
ipsa species est ipse intellectus &c. In quibus
verbis aperte viderur concedere speciem in
Deo, nam volens probare Deum se intellige-
re per se ipsum, hoc est, sine medio distincto à
sua substantia, licet excludat medium speciei
impresae distinctae, non excludit speciem idè
tificatam cum sua substantia, & in art. 4. ibi,
cum ipsa sua substantia sit etiam species intelli-
gibilis, & art. 5. & alibi, & latius primo contra-
gentes cap. 46. & 47.

Respondeo subobscura haec S. Thomae ver-
ba ex alia eius doctrina interpretanda esse.
Nam 1. part. quaest. 56. art. 1. & 2. affirmat quan-
do aliqua substantia per se ipsam intelligibi-
lis est, excludendam ab ea rationem forma-
lem intelligibilis speciei, quia ipsa substantia
tanquam forma praestat, quod species praes-
tare solet. Item quaest. 12. art. 2. ad tertium quia
diuina essentia, ait, per se ipsam mouet, & de-
terminat intellectum Beati ad sui ipsius visio-
nem, exclusa semel in corpore articuli spe-
cie impressa Dei, non, ait, ipsam essentiam ef-
se speciem; sed praestare, quod creata species
praestare solet. Idem ego dico in nostro propo-
sito, quando in testimonijs in oppositum alle-
gatis affirmat substantiam Dei esse speciem
intelligibilem intellectus diuini, non vult ip-
sam essentiam Dei esse speciem intelligibilem,
cum per ipsum S. Thomam essentia Dei con-
stituatur actuali intellectio-
nem, nam in eo art. 4.
ab aduersarijs citato ad tertium ita concludit.
Cum tamen ipsum intelligere Dei sit eius essen-
tia non habens principium, ut doceo disputatione
sequenti cap. 3. Sed vult per se ipsam praes-
tare, quod praestare species, non in quantum ob-
iectum per speciem mouet efficienter potentiam
ad actum, atque determinat, sed in quantum in
genere causae formalis ipsa actualis intellectio
est actualissima determinatio, & formalissima
representatio, sicut etiam per se ipsam est co-
gnitio sui, & res à se ipsa cognita, de quo dis-
put. 4. cap. 1.

§. Quartus difficiliora quadam obiecta, &
soluciones.

Contra nostram doctrinam §. 2. statutam
quadam sunt argumenta, quae pro prima sen-
tentia adduci solent, difficiliora solum propo-
no, & explici. Primum peti solet ex eommuni

29
obiectio.

ni Theologorum locutione aiente Patrem
aternum generare filium per intellectum, Pa-
tremque, & filium producere spiritum sanctum
per voluntatem, quae non consonant cum do-
ctrina nostra, in qua nec secundum rationem
est in Deo intellectus, sed intellectio, nec vo-
luntas, sed volitio.

Solutio.
Intellectus, pro in-
tellectio-
ne.

Psal. 77.

Euthym.

Genebr.

Psal. 118.

Psal. 135.

S. Thom.

S. Bonauer.

Voluntas, pro voli-
tione.

Paul. 2º

Ad Corint.

2. Obiectio

August.

Anselm.

Solutio.

Quid me-
moria fa-
cunda Pa-
tris.

1. Obiectio

Respondeo per intellectum, & voluntatem
non intelligere Theologos potentiam, sed ac-
tum; imò si consulas sacram scripturam voce
intellectus saepe actus intelligendi significatur
ita Psal. 77. vers. 79. ibi, & in intellectibus man-
uum suarum deduxit eos, ubi, ut notauit Euthy-
mius, persistit Psalter in metaphora o-
uium, quas pastor dirigit manu, & significat
prudenter, atque intelligenter manibus pe-
ritis prudentia dispositis prudentem se illis
ducem exhibuisse, ita etiam Genebrardus, &
alij, item, Psal. 118. vers. 34. Da mihi intelle-
ctum, & scrutabor legem tuam, hoc est, intelli-
gere fac me proprie legem tuam, & vers. 74.
denique Psal. 135. ibi, Qui fecit caelum in in-
tellectu, hoc est phrasi Hebraea, summa sapien-
tia. Id etiam annotarunt S. Thomas quaest. 17
de veritate artic. 1. in principio corporis; &
Bonauer in 2. distict. 39. ar. 1. quaest. in. 71.
Quod vero voluntas in sacra scriptura signifi-
cet actum, non potentiam, tam notum est, ut
testimonijs opus non sit, vide Paulum 2. epist.
ad Corint, cap. 8. ibi, sed semetipsos dede-
runt primum Domino, deinde nobis, per volun-
tatem Dei, hoc est, Deo volente, & infra, si enim
voluntas propria est, & in verbis anteceden-
tibus. Nunc vero, & facto perficet, ut quem admo-
dum proptus est animus voluntatis, ita sit perfi-
ciendi, hoc est, volendo perficere, ex quo lo-
co forte sumptum illud voluntas pro facto re-
putatur, in quo etiam voluntas significat vo-
litionem; imò fere numquam in alia inuenitur
significatio.

Secundum etiam summi solet ex alia Tho-
logorum phrasi, videlicet Patrem filium gene-
rare ex memoria fecunda; & veluti prae-
gnante, quae locutio sumpta est ex Augustino lib. 5
de Trin. c. 7. & li. 15. c. 15. & ex Anselmo in Mo-
nol. cap. 27. atque memoria fecunda, & gra-
uida prior est actuali intellectio-
nem, quippe
quae ab ea procedere solet, ergo admittenda
est in Deo potentia intellectiuam.

Respondeo negando minorem, imò ipsa
essentialis intellectio cum relatione paterni-
tatis, ut est potentia generatiua, ut latius in
tractatu de Trinitate diuina, ita etiam dici-
tur memoria fecunda, & praegnans in quan-
tum, ut sic virtutem continet edendi fatum, &
conceptum producendi, hoc est, generandi
filium, & producendi verbum.

Tertium sic procedit, in Patre est potèn-
tia generatiua, non solum ad filium genitum
realiter a se distinctum, sed etiam ad genera-
tionem actiuam, non distinctam realiter a
potentia, ergo pari ratione admitti debet
potentia intellectiuam in ordine ad actualem
intellectionem; nihil obstantè, quod ab ea
non distinguatur realiter.

Solutio.
Non est in
diuinis po-
tentiæ ge-
neratiua
in ordine
ad genera-
tionem ac-
tiuam.
Caietan.
Canariensis.
D. Thom.
Gregor.
Capreolus.

Declaratio
auctores.

D. Thom.

Respondeo negando eam partem antece-
dentis, in quo affirmatur esse in Patre poten-
tiam generatiuam in ordine ad generatio-
nem actiuam; ita docent plures Doctores,
1. part. quaest. 41. art. 4. ubi Caietanus, & Ca-
nariensis, & idem docent de potentia creandi
in ordine ad creationem, quia cum D. Tho-
ma, tum ibi, tum quaest. 25. artic. 1. ad ter-
tium; tum quaest. 2. de potentia, artic. 1. in fi-
ne existimant creationem non esse quid me-
ditum elicatum inter creaturam, & Deum
creantem; id etiam docuit Gregorius in 1. di-
stinct 7. quaest. 1. artic. 1. ad primam Aureo-
li, & Capreolus, ibidem artic. 2. ad secun-
dam Aureoli contra primam conclusionem,
qui conuicti rationibus Aureoli existima-
runt in Deo non esse potentiam respectu ac-
tuum notionalium, sed respectu personæ pro-
ductæ: Ego id sic declaro, ipsa actualis intellec-
tio Patris cum Paternitate est simul poten-
tia generatiua, & generatio actiuam in ordine
ad terminum distinctum realiter a gerente.
Itaque in Patre est potentia generatiua pro-
pria, & formaliter; imò hac duo distinguntur
ratione, non tamen praecedente: item concep-
tus potentiae generatiuae est prior conceptu ge-
nerationis actiuae; & a priori inferitur ex po-
tentiæ generatiuae generatio actiuam, non tamen ideo
illa est potentia respectu huius in Deo, nec
comparari potest illa ad hanc per rationem
Deum ut est in se, concipientem, tanquam ac-
tus primus ad actum secundum, ut diximus su-
pra cap. 2. de intellectio-
nem respectu volitionis,
& de actu necessario respectu actus liberi. Ra-
tio a priori est, quia, ut reuera non procedit
generatio actiuam a potentia generatiua, ita ra-
tio concipiens rem, ut est in se, non potest con-
cipere potentiam generatiuam, ut principium
generatio-
nem actiuam; unde generatio hac acti-
ua solum dicitur talis in ordine ad ipsum ter-
minum, quem immediatè respicit, non verò in
ordine ad potentiam generatiuam. D. vero
Thomae, cum quaest. 41. art. 4. ad tertium dicit
esse potentiam secundum rationem, explican-
dus est de ratione concipientem rem, non ut est
in se, sed per alienas species petitas solum ex
causis, & actionibus creaturarum, non ex Deo.

Quartum summitur ex quadam propo-
sitione Concilij Rhenensis relati a P. Vazquez 1. Concil. Re-
part. disp. 120. c. 2. propositio affirmat esse in
Deo id, quod est sapiens; & id, quo est sapiens, P. Vazquez

ergo

ergo videtur presupponi Deum constitutum ad actualem sapientiam, qua denominatur sapiens; ergo in Deo sic prius constituto precedit per rationem aliqua potentia, & actus primus ad actualem sapientiam.

Respondeo institutum Concilij eo loci esse, definire Deum, sapientem non esse, sapientia realiter distincta; ibi enim hac scribuntur verba: *sicuti verò dicitur Deum sapientia dominū, sapientia sapientem, magnitudine magnum, divinitate divinum esse, & alia huiusmodi, credimus non nisi ea sapientia, que est ipse Deus, sapientem esse.* Quæ verba a nobis sunt, quatenus in eis affirmatur, Deum ipsum esse suam sapientiam, & idem esse in Deo esse sapientem, & esse sapientiam diverso modo a nobis conceptum abstractè, & concretè.

5. Arg. Quintum formant quidam moderni, quia in Deo est intellectualitas fixa, & permanens, sed conceptus intellectualitatis fixæ, & permanentis est conceptus proprius potentie, & habitus, non actus; ergo datur in Deo per rationem predicatam proprium actus. primi, ut condistinguitur à secundo.

Solutio. Respondeo, negando minorem, nam cum Dei substantia constituitur sua actuali intellectuione, tam permanens est intellectualitas actus in Deo, quam est fixa, & permanens natura Dei, unde conceptus intellectualitatis permanentis non est proprius potentie intellectiuæ, sed communis actui, & potentie; quod etiam inuenies in actu intellectuione creato; etenim, si verum est Angelum non posse cessare a sui intellectuione per actualem intellectuionem, habet intellectualitatem fixam, & permanentem: & Beati, de quibus certum est non posse cessare à visione Dei, quippe quæ necessaria est, & perpetua ex natura sua, per actualem intellectuionem sunt constituti in intellectualitate fixa, atque permanenti.

6. Arg. Deniq; obijcies, in creaturis intellectualibus potentia radicalis, & proxima, species intentionalis, & habitus scientie distinguuntur realiter: ergo in Deo distinguuntur ratione. Probo consequentiam, quia intellectuio, & volitio in Deo, & attributa, ideo sola ratione distinguuntur, quia in nobis distinguuntur realiter.

Solutio. Respondeo negando consequentiam. Ad probationem transeat quod ex reali distinctione create intellectuionis, & volitionis, atq; virtutū summat cogitatio nostra fundamentū ad distinguenda in Deo ratione attributa, & volitionem, & intellectuionem; at est discrimē manifestum, quod intellectuio, & volitio atq;

attributa formaliter in Deo sunt, propterea quod absoluuntur ab omni imperfectione, potentia vero intellectuiva, species intentionalis, & habitus non sunt formaliter in Deo propter imperfectionem, quam includunt; nec omne, quod in creatura distinguitur realiter, in Deo constituendum est formaliter ratione distinctum; siquod est in creatura distinctum realiter, imperfectionem implicat. Qua ratione negamus in Deo accidentia distingui ratione à substantia, licet in substantijs creatis realiter distinguantur.

Sed contra, licet distinctio realis, que est in creaturis, imperfecta sit; at absq; imperfectione eandem virtualiter in Deo constituimus in ordine ad munera distinctionis; non aliter acsi actualis, atq; formalis esset, ut constabit ex tractatu nostro de diuina Trinitate; ergo licet actu realiter, influere principium intelligendi in actum secundum vitalem immanenter, sit imperfectio in creatura, poterimus adscribere facultati intelligendi diuinæ influxum quandam virtualem in essentialem intellectuionem, & explicare per hoc, quod eo modo se habeat in ordine ad habendam essentialem intellectuionem, acsi reuera immanenter in eam influeret.

Respondeo, negando consequentiam; id crimen declaro, ex eo quod distinctio actualis realis creaturarum imperfecta est, non præcise ex ratione distinctionis actualis realis, cum hæc etiam reperiatur in personis diuinis, sed ex distinctione actuali reali naturarum, seu in ordine ad naturas. Vnde cum ea distinctio virtualis intrinseca, quam indiuisis constituimus non sit in ordine ad distinguendas naturas, sed tantum in ordine ad productionem realem, atq; distinctionem personarum; vt in hac actuali atq; formali reali distinctione nulla est imperfectio, ita nec in illa virtuali. At è conuerso, vt influxus actualis realis potentie intelligendi creata in suum actum immanentem, imperfectio liber non est. Ita neq; influxus virtualis, qui idem præstet, quod formalis sine imperfectio, constitui non potest. Alias omnes creaturarum imperfectiones possent in Deo hac ratione virtualiter collocari. Nec satis concipitur quid sit ille virtualis influxus, nam aut intelligis reuera influere, ac recipere, cum appellas virtualem: vel non? Si primum imperfectio in Deo per rationem: si secundum, non constituis potentiam intelligendi per rationem in Deo, sed fingis in Deo esse cum non sit, vt declaratum non semel est, & tracto disp. 12. cap. 1.

DISPV.

27
Cap. 1. Sententia negans intellectuione constitui.
DISPUTATIO TERTIA
DE
CONSTITUTIONE NATURÆ DIVINÆ

per intellectuionem.
Distincta quinque capitibus.

- In 1. Sententia negans intellectuione constitui.
- In 2. Notanda pro eligenda sententia.
- In 3. Affirmans sententia præfertur.
- In 4. Quid sentiat D. Thomas.
- In 5. Responso ad argumenta sententiæ negantis.

ARTICVLVS QVARTVS.
VTRVM INTELLIGERE DEI
SITEIVS SVBSTANTIA.

Conclusio, cum Deus sit actus purus in essendo, & intelligendo, & nullo distincto à se perfici possit, eius intelligere, est eius substantia.

Cap. 1. Sententia negans intellectuione constitui.

In Deo quædam ratio nes primariæ quædam secundariæ



Metri diuina natura indiuidua omnino in se sit ob summā simplicitatē, & infinitā vnitatē, at ex cōcordi Theologorū sententiā subsūmendū est, esse quæsdā in ipsa rationes primarias, quæsdā secundarias, illasq; à nobis merito concipi, vt spectantes ad primariā, seu methaphysicā naturæ diuinæ constitutionē; has verò vt ad secundariā, & ad physicā, imò posteriores has esse veluti proprietates priorū in eis radicatas, quasi logicè, seu eas necessario ratione nostra presupponetes. Id declaro quibusdā exēplis. Primū sit volitio Dei necessaria, quæ ad secundariā Dei constitutionē idēo spectat, quia est intellectuione posterior ratione nostra cū fundamēto in ipso Deo. Secūdū sit volitio, & scientia libera, quæ sunt necessarijs ratione posteriora, propterea quod terminatio eorū actū ad obiecta libera presupponit termina-

tionē necessariorū ad obiecta necessaria, cum fundamento, tum in ipsis obiectis; nā cognoscibilitas necessariorū prior est ratione cognoscibilitate liberorū, vt fuse declaro cū de uenerim ad sciētiam Dei circa hæc obiecta. Tū in ipso Deo, hoc fundamentum ex obiectis in Deū trāsūditur. Tertiū indiuisis relationib; quæ ratione posteriores sūt formalitatib; absolutis. Quar. deniq; in immutabilitate, quæ est ratione prior æternitate. Et in immensitate, quæ etiā præcedit ratione immobilitatē in ordine ad locū. Id etiā abundè probabunt, quæ in hoc cap. subijcio ex sanctis Patribus pro sententia negante, è Theologis Scholasticis, bene de hoc argumēto, Altifiodorensis lib. 1. summæ c. 3. quæst. vlt. Alb. in 1. dist. 2. ar. 19. Alēsis 1. p. q. 52. membr. 1. Capreolus in 1. d. 8. q. 4. ar. 1. P. Mol. 1. p. q. 2. art. 3. ad finē, vbi distinguit prædicata quasi essentialia Deo, vt esse ens, substantia, spiritualis,

Altifiod.
Alb.
Alēns.
Capreolus.
P. Mol.

a se ab alijs que veluti affectiones in Deo sunt, ideoque attributa Dei nuncupatur ut esse misericordie, iustitie, & alia id genus, que reuera nihil sunt aliud, quam actus liberi virtutum. P. Vazquez tom. 1. in primam partem q. 13. art. 2. n. 30. & Genebr. tom. 2. disp. 113. c. 6. n. 34. dif. 119. c. 3. Genebr. li. 1. de Trinit. fol. 81. Calatinus li. 3. de A. re. n. 5. Quare sint in Deo que natura divina in se omnino simplex sit, et ex omni parte, seu in omni latitudine infinita, non obstante tamen ea simplicitate, & hac infinitudine, prestat omne, quod prestat essentia, & natura creata, omne, quod personalitas creata, omne denique, quod proprietates creatae, quae ratio re propriissime dicimus Deum, esse Deum naturae suae, non proprietate personali: naturam divinam esse terminum formale generationis, vnde est communio, non relatione, nec relatione produci generatione, non naturam: nec relatione terminari naturam, eamque, ad relationem terminari, non est conuersio relationem naturam: Patrem aeternum intellectu, non voluntate generare Filium: Filiumque aeternum cum Patre voluntate spirare. Spiritum Sanctum, non intellectu. Propter has ergo naturam divinam functiones, adiuncta Analogia, & ordine ad res, naturasque creatas, mens nostra in adequatam & imperfectam, per alienasque species et rebus corporeis haustas, denudas rationes has ab imperfectis, quibus featur in creaturis ipfas Deo affingit, quaedamque perfectiones, ut essentialias, & primarias non immerito concipit, alias ut secundarias, & veluti affectiones Dei.

Hac doctrina presupposita intellectum, seu sapientiam Dei inter ipsius perfectiones secundarias (quae supponunt essentiam Dei constitutam) vult communis sententia Thomistarum annumeradas esse. Ita Capreolus in 1. dif. 8. quaest. 4. art. 1. & dif. 35. quaest. 1. art. 2. vbi refutat Aureolum. Caietanus 1. part. quaest. 1. art. 7. sapientiam numerat inter attributa, quae consequuntur Deitatem, & in hac quaest. art. 5. §. ad hoc igitur, ait, propositionem hanc, Deus est sua intellectio, esse identicam. Et 2. 2. quaest. 1. art. 1. §. ad evidentiam expressis verbis non in se habet Deus (ait) ad esse sapientem, sicut ad esse verum, quia esse sapientem addit naturam sapientiae supra naturam Deitatis, licet sint idealiter, sed esse verum, non addit aliquam naturam supra Deitatem, sed eamdem alio modo significat. Idem tenuit Ferrariensis 1. contra gentes cap. 25. Banes quaest. 8. articulo 8. vbi sicut immutabilitas in Deo est ratio aeternitatis, veluti proprietas eius, ita intelligibilitas est proprietas divinae essentiae: ergo multo magis erit intellectio, quae intelligibilitatem presupponit. Ex nostris Doctoribus in eadem sunt sententia P. Molina 1. parte quaest. 2. art. 3. in fine, vbi inter attributa divina, & affectiones

P. Vazquez
Genebr.
Galatinus
Quare sint
in Deo que
dam veluti
ri prima
& essentialia
pradicata
alia vt se
cundaria
& affectiones Dei.

2
r. Sentiētia
Negans.
Capreolus.
Caiet.

Ferrariensis
Banēs.

P. Mol.

Dei numerat intellectum, voluntatem, sapientiam, bonitatem &c. P. Vazquez 1. part. quaest. 13. art. 2. n. 30. & tom. 2. disp. 119. cap. 3. in principio, & nouissime P. Aloisius Turrianus, dif. 2. de obiecto formali fidei dub. 1. vbi affirmat veritatem hac efficaciter probari ratione quam infra subiicit, & quam ipse leuiter attingit, & P. Petrus Arrubal. 1. tom. in 1. part. nuper edito disp. 28. cap. 3.

De D. Thom. res est controuersa, cui parti suffragetur, hinc inde in patrociniū adducitur. Eius mēte c. 4. scrutabor ex varijs eiusdem locis. Hanc sententia probatur 1. ex Patribus Primo Chrysostomus homil. 1. de incomprensibili Dei natura, non longe ab initio agens de Dei substantia, atque sapientia, non a sapientia (inquit) substantiam, sed ex substantia sapientia est. In quibus aperte significare videtur sapientiam esse attributum Deitatis: nam cum nō loquitur significare sapientiam Dei in re ipsa procedere a diuina substantia, necessarium videtur, mentem ipsius fuisse, esse posteriorem ratione Deitatis, & attributum eius. Gregorius Nissenus in libello de eo quod non sint tres dii, parum ab initio ait Nomina, quae Deo attribuiimus, non significant naturam diuinam, sed illa, quae ipsam circumstant. Et deinde ait. Vnum ex his nominibus esse illud, quo Deum appellamus ab actu spectandi, & videndi, & concludit efficaciam, itaque, & non naturam significat nomen Deitatis. Igitur existimauit Gregorius nomine Dei, quo significatur operatio intelligendi non significari naturam Dei, eo quod in operatione intelligendi, natura Dei consistere non possit.

Denique Damasc. lib. 1. de fide cap. 4. agens de Dei incomprehensibilitate ad fine ibi, quacuque autem de Deo per Theologiam affirmatiua dicimus, non naturam eius, sed ea, quae sunt circa naturam, insinuatum sine bono, sine iustitia, sine sapientia, sine quibus aliquid dixeris, non naturam dicit Dei, sed ea, quae sunt circa naturam. Sensus est, naturam diuinam a nobis non explicari, cum eam appellamus sapientem, bonum, iustum &c. Afferri etiam solet August. 15. de Trinit. vbi a cap. 5. sapientiam Dei eodem modo de Deo affirmari vult, ac iustitiam, sed iustitia attributum est, ergo sapientia.

Sed testimonium hoc leue est, na ibi solum sibi vult, Augustinus has perfectiones non dici de Deo reuera sicut generari & genitum esse, vt videnti constabit.

Secundo probatur sententia ex Arist. lib. 12. Met. c. 7. a tex. 36. vbi cum dixisset, esse aliquid aeternum, quod non motum mouet, quodque substantia & actus sit, deinde docuit, intellectum in hoc aeterno esse principium volitionis, & intelligibile principium intellectus: ergo vt volitio non est de ratione intellectus, nec essentialis natura Dei, ita nec intellectio est de essentia principij

P. Vazquez
P. Turrian.
P. Arrubal.
3
Probatio
1. ex Patribus.
Chrysost. t.
3. dif. p. contra
Ano meos.

Nissen.

Damasc.

Aug. non bene ad se.

2. ex Arist.

4
3. Ratione.

Iustinius.
Mart.

D. Thom.

Idem.

5

Essentiam Dei secundum omnem latitudinem perfectionis omnibus attributis constituitur.
P. Suarez.
Canar.
P. Molina.

6
Nec re, nec ratione includi attributa in Dei essentia.



TSI disputatione praecedenti, fundamenta iecerimus, e quibus petenda est vera resolutio nostrae rei, quia tamen tam alte peruolat cogitatio nostra in ea, vt perscrutetur secreta Dei, & penetrare audeat naturae diuinae intimos sinus, ideo apprimere quadam notanda ante definitionem.

Primo non agimus de essentia Dei secundum totam latitudinem perfectionis in genere entis a se, nam essentiam Dei sic sumptam continere intra se tum intellectum, tum volitionem, tum omnia attributa, tam necessaria, quam libera mihi perspicuum est, & bene demonstrat P. Suarez. tom. 2. Meta. disp. 30. sec. 6 & Canariensis de Trinit. quaest. 28. dif. 2. dub. 1. P. Mol. ibidem dif. 4. etenim essentia Dei ex se est infinita in omni genere entis a se, summeque perfecta, vnde sicut ex essentia sua est existens, & gaudet beatitudine, ita continere debet omnem perfectionem excogitabilem. Non dico in ipsa essentia diuina re, aut ratione includi attributa nam distinctio includentis, & inclusi re ipsa in Deo esse non potest, nam includens respectu inclusi est totum distinctumque ab illo. Quae etiam ratio forte probat nec ratione nostra attributa mutuo se se includere, aut essentiam attributa posse. Nam si misericordia v.g. includeret iustitiam, esset totum includens respectu eius, & iustitia

pricipij intelligibilis, per quod natura Dei constituenda erit. Tertio probatur ratione, quia intellectio habet pro obiecto primario diuinam essentiam; ergo non potest formaliter constituere illam. Probo antecedens, quia intellectio supponit diuinam veritatem, & intelligibilitatem obiectiuam, ergo essentiam; consequentiam probo Primo ex S. Iust. Mar. lib. Christianarum quaestio nu ad gentes quaest. 3. in refutatione responsionis Graecorum, vbi probat voluntate Dei distinctui ratione ab ipso Deo, quia Deus ipse est obiectum suae voluntatis. Quomodo igitur (ait) idem est cum essentia voluntas, cum voluntas, & quod voluntate expeditur aliud, & aliud sit, si sit & id quod sub se sub cadit, &c. Quae ratio pariter probat de intellectio respectu obiecti intelligibilis. Secundo probo ex S. Th. hic ar. 4. cum (ait) sicut esse sequitur formam, ita intelligere sequi speciem intelligibilem, & in Deo non esse aliam formam, & speciem prae aeter essentiam diuinam, ergo sensus plane ex huius rationis efficacia intellectio Dei esse attributum essentiae. Tertio ex eodem S. Th. contra gentes ca. 26. vbi in 2. ratione, cum dixisset obiecta esse naturaliter priora actibus poten-

tiarum, infert obiectum voluntatis esse prius eius actu, atque adeo actum voluntatis non posse esse primum volitum; & ratione 3. agens de actu intellectus in omnibus potentijs (ait) quae possunt conuerti in suos actus fertur prius in obiectum, & post modum in suum actum; si enim intellectus intelligit se intelligere, prius oportet ponere, quod intelligat rem aliquam, & consequenter quod intelligat se intelligere, nam ipsum intelligere quod intellectus intelligit alius obiecti est, vnde oportet quod, vel procedatur in infinitum, vel si est deuenire ad primum intellectum, hoc non erit primum intelligere. Sed aliqua res intelligibilis. Qua ratione probatur intelligibile diuinum saltem ratione praesupponi debere ad actualem intellectioem Dei; atque adeo non posse ea constitui naturam diuinam.

Denique, quia conceptus naturae diuinae, vt est ens a se per se subsistens, spirituale, vnde quaque; infinitum fundamentum, & radix proprietatum personalium abstrahit ab actuali operatione, & est prior conceptu eius, sed negari non potest in illis prioribus rationibus naturam Dei consistere, ergo intellectio est attributum naturae, & extra illam constituta.

Secundo praenotandum, non agere nos de omni praedicato essentiali incluso in diuina essentia, ita tamen generali, vt sit veluti quoddam transcendens omni perfectioni diuinae, v.g. Deum esse ens a se, in quo praedicato negatur dependentia omnis causa ex quatuor generibus, fundatur esse per essentiam, & negatur esse ens per participationem, fundatur negatio defectus perfectionum, quarum capax est, continetur integritas, seu bonitas Dei absoluta, infinitudo, immutabilitas inceptionis, aut defensionis, & aliter se habendi, inuariabilis successio in duracione, hoc

4. Ratione.

7
De quibusdam praedicatistru transcendentibus diuinis



est aeternitas, infinitas in existentia in loco; hoc est, immensitas; tandem simplicitas, & alia huiusmodi. Nam haec praedicata, etsi essentialia, ita communia sunt, ut cuiusque perfectioni diuinae, siue absolutae, siue relatiuae comperant, adeo ut quicquid conceptus de perfectione Dei expresse concipiens quamlibet harum rationum resolui debeat in plures conceptus, alium proprium perfectionis conceptus, v.g. iustitiae, paternitatis &c. alios iam enumeratos, nam quaeuis perfectio Dei est ens a se independens ab omni ex quatuor generibus causarum, ens per essentiam infinitum, immutabile, inuariabile, immensum, simplex, &c. Hoc notari propter quosdam modernos, quorum scripta nondum typis excussa, scripta tamen ut excudantur, qui cum in hanc difficultatem incidissent plus iusto digrediuntur in explicandis his praedicatis erudite, sed abs re. Et enim cardo huius difficultatis in eo versatur, ut assignemus in Deo per rationem nostram constitutum ultimum quasi metaphysicum, quo non solum distinguatur a creaturis, ut distinguitur per illa omnia praedicata, sed quo distinguatur Deus ab alijs formalitatibus, quas in Deo esse agnoscimus, sed merito ut secundarias concipimus cum fundamento in Deo, ut explicui cap. 1. n. 1. hoc autem praedicatum duas habere debet conditiones. Prima ut sit ex genere suo omnium perfectissimum, nam ultima ratio constituta rei semper est omnium, quae in re sunt perfectissima. Secunda quod ex ea veluti ex radice cetera erumpant quasi logicè, hoc enim etiam proprium est formalitatis ultimae constituentis, & naturae rei.

Impugnatio moderata scripturae excudenda.

8 Distinctio essentiae diuinae a natura non recipienda.

August.

D. Thom.

Bonauent.

Arist.

Tertio praenotandum, quosdam nouiter distinguere aggressos, inter essentiam, & naturam; essentiam dicunt dictam ab esse, & proprie significare, id quo aliquid est, seu rationem essendi intra se praecisse sine ullo ordine ad operationem, naturam vero inuoluerunt hunc ordinem, seu proximam rationem operandi. Allegant Augustinum 12. de Ciuitate Dei cap. 2. ibi, sicut ab ea quod est sapere, vocatur sapientia, sic ab eo quod est esse vocatur essentia non quidem nomine, sed iam nostris temporibus usitato. Et D. Thomam infra quaest. 39. art. 2. ad tertium & opus de ente & essentia cap. 1. Bonauenturam in 3. dist. 5. art. 2. quaest. 1. ad finem, ubi essentiam, in quadam abstractione consistere, scilicet, ab operatione, & principio operandi ait, naturam vero ultra essentiam dicere explicite principium operationis docuit Aristoteles 2. Phys. textu 3. Et 5. Met. cap. 4. & constans est apud Philosophos.

Ceterum in hac distinctione parum video emolumenti, & fundamenti, & ut omittam modo, solemne esse passim apud sanctos Patres

naturam pro essentia, & essentiam pro natura usurpare, ut constat tum ex allegatis testimonijs pro sententia negante, tum ex Augustino lib. 2. de moribus Manicheorum cap. 2. & Boetio lib. de duabus naturis ad initium, tum denique ex Aristotele lib. 5. Meta. cap. 4. ubi recte P. Fonseca. Vt (inquam) hoc omit tam si essentia rei, pro integra ratione specifica summatur, ut summi debet, non potest distinguere a natura, nisi secundum conceptum magis aut minus expressum, non tamen ita ut conceptus naturae addat aliquam rationem formalem, a qua praescindebat conceptus essentiae. Declaro in essentia hominis specifica, haec cum concipitur in quantum est homini ratio essendi hominis, potest sane essentia appellari, at in eo conceptu rationalitatem actu concipimus, quae est ultima differentia hominis, quaeque est principium ratiocinationis; unde etsi duos conceptus formare possumus essentiae hominis, alterum in ordine ad dandum esse hominis, homini, alterum in ordine ad operationem ratiocinandi, cuius virtus est rationalitas, & essentia hominis, at neuter eorum conceptum abstrahere potest a rationalitate. Pariter in essentia Dei, si illam concipimus perfecte quasi specificè constitutam non solum in adaequate per praedicata quaedam generalia transcendentia numerata in secundo praenotato, non possumus praescindere ab actuali intellectione, principioque operandi magis, quam (ut dicebam) de rationalitate, diuersis conceptibus, & expressius, & confusius considerare possumus, & ut est Deo ratio essendi Deum, & ut est operatio, seu operationis principium. Vnde siue conceptum priorem appelles conceptum essentiae, & posteriorem conceptum naturae, de quo non curo, at neuter abstrahit ab intellectione actuali per quam natura diuina constituitur; & quemadmodum qui de homine concipit esse ens ab alio, esse per participationem, contingens, finitum, mutabile, substantiam completam &c. non concipit essentiam hominis, sed quid commune essentiae hominis & alijs essentijs, & si concipiat homini essentialia: Ita qui de Deo concipit esse ens a se per essentiam, necessarium, infinitum, immutabile, aeternum, immensum, simplex &c. Non concipit adaequate essentiam Dei, sed praedicata quaedam communia essentiae Dei, & alijs, quae sunt extra essentiam Dei, ut attributis, & relationibus. Nam licet in Deo non sit proprie genus, & differentia, sicut in homine, possunt tamen circa ipsum versari conceptus praedicatorum vniuersalium, & ultimorum, ergo ut conceptus essentiae hominis non potest praescindere a rationalitate, ita conceptus essentiae Dei non potest praescindere ab actuali intellectione si per

August.

Boetius.

Arist.

P. Fonseca.

si per ipsam constituitur ultimo essentia Dei. Quae autem allegabantur ex Augustino, D. Th. Bona. pro ea distinctione, non probant essentiam abstrahere a natura, aut naturam nouum adferre praedicatum. Sed vel ethymologiam horum nominum aliam, & aliam esse, aut ratione nostra essentiam, ut essentiam distincta consideratione, ac respectu dici, quam naturam ut explicatum iam. Denique praenotandum, in hunc axem solummodo deuoluendam esse omnem disputationem inter Doctores primae sententiae, & secundae; quod illi contendunt repugnare non constitui naturam diuinam per aliquid prius intellectione, scilicet per radicalem vitam in-

tellectiuam, & eo ut id probent, referuntur omnia eorum argumenta, si vero illi cogitare possent quo pacto ipsa actuali vita intellectualem constitui posset Deus in sua natura, non negarent, tum eam constitutionem ex genere suo perfectiorem esse, quatenus omnis actus perfectior est potentia ex genere suo, tum Deum ita constitui debere, quia a natura lumine insitum omnes habent Deum constitui in sua natura eo perfectionis genere, quo nihil esse, aut cogitari potest excellentius. Secunda vero sententia contendit omnem implicationem propellere, idque rationes eius demonstrant, eaque propulla tota res gesta est.

9 Tria P. Suarez dixit.



ater Franciscus Suarez nostri saculi orbe plaudente communis Magistra docuit. Primum 2. tom. metaph. disput. 30. sect. 6. & lib. 1. in primam partem, cap. 11. nempe omnia attributa esse non tantum essentiam Dei, sed de ipsius essentia, in eaque essentialiter, & in se ipsis mutuo inclusa. Secundum, sect. 15. num. 4. respectu actualis scientiae esse in Deo actum primum ratione nostra. Tertium, n. 14. intellectiōnem actualem nihilominus esse de essentia Dei speciali quadam ratione tanquam proprium constitutum formale, specificam quasi naturam Dei, propter maiorem perfectionem gradus intellectualitatis praecellens. Quidam arbitrantur non constare primum cum tertio dicto, eo quod si omnia attributa sunt de essentia Dei in ea inclusa, veluti rationale includitur in essentia hominis, omnia attributa constituent, quasi specificam naturam Dei: non ergo intellectio seu scientia est speciali ratione constitutum naturae ipsius. Sed hi mentem P. Suarez non inspexerunt, & ut omittam modo mihi non probari illam inclusionem, etiam ratione nostra attributorum in essentia, & inter se propter rationem, quam tetigi sup. c. 2. notatione prima: at vero duplex constitutio in diuina natura consideranda est, alia quasi physica, quatenus natura diuina infinita est in omni latitudine entis diuini, ideoque ex propria ratione secum idemificat omnes perfectiones, quarum ipsa est capax, & sic se ipsam integre, & perfecte vnde quaeque bonam constituit; alia quasi metaphysica. Haec constitutio actu non continet in se cumulum perfectionum physice formaliter veluti integrantium essentiam Dei, sed formalitatem solum in sublimiori gradu entis diuini constitutam, primariamque, & immediate determinantem praedicata, quasi commu-

Quidam prius cum tertio non coherere.

Demōstratur coherere.

nia, & transcendentia Dei, eaque redigentem ad naturam specificam metaphysice, ita ut ex ea veluti ex primaria constitutione emanare intelligantur, alia secundaria, de quibus physice integrare diximus naturam Dei. Hoc positum primum dictum Patris Suarez de prima constitutione verum est, & constat cum tertio accepto in secunda constitutione. Quod etiam verum esse in hoc articulo conabor ostendere.

Duplex natura diuina constitutio alia physica a lia metaphysica.

Ego quidem minus percipio quo pacto in concordiam veniat secundum dictum cum tertio. Nam si agnoscat ipse actum primum ratione nostra respectu intellectiōnis actualis, agnoscat necesse est vitam intellectualem per modum actus primi ratione praecedentem actualem intellectiōnem, adeo, ut a nobis concipiatur veluti radix actualis intellectiōnis, & cum ex alia parte nullam in eo actu primo Patris Suarez percipiat imperfectionem, propter quam repugnet formaliter eam esse in Deo, alias non attribueret Deo eum actum primum, si existimaret formalem eius conceptum non posse absolui ab imperfectione. Ex his, (inquam) ego non video, quo pacto potuerit ipse constanter asserere, & actualem intellectiōnem esse ultimum quasi specificum naturae diuinae metaphysice constitutum, & radicem ceterorum, quae in Deo formaliter sunt: etenim actus ille primus vitae intellectualis, ut est ratione praecedens, & veluti radix actualis intellectiōnis, est primum metaphysice constitutum, per quem redigitur natura diuina ad primum speciei aetherae conceptum, eumque perfectissimum per ipsum, & radicem ceterorum: ergo intellectio actualis pertinere non potest ad primariam constitutionem naturae diuinae, sed ad secundariam ex alia priori deriuatam. Vnde ut volitio respectu intellectiōnis pertinet ad

IO Secundum cum 3. non coherere ostendit aethor.

net ad secundariam, & quasi physicam Dei constitutionem, ita intellectio respecti ue ad illum actum primum erit veluti secundaria ratio spectans ad solam Dei physicam constitutionem, quin in hoc discrimen aliquod momenti possit excogitari.

Vnde omnes scholastici, ac praecipue Aureo lus, qui dedit initium huic doctrinae, hoc ipso quod negarunt actum primum, essentiam Dei primum metaphysice constitui intellectu arbitriati sunt, & conuerso vero scholastici adscribentes Deo actum primum intelligendi asseruerunt in eo actum primum constitui natura Dei, & intellectiōem actualem extra essentia Dei considerarunt, & vt solum identice spectantē ad constitutionem naturae absolutae. Omnes reuli disputatione superiori, cap. 3. negantes actum primum, eisdemque pro hac sententia relatos puta.

II
August. Probatur ex Patribus.

Pro sententia igitur affirmante non desunt factorum Patrum testimonia. Primum adduco Augustinum 6. de Trinit. cap. 6. & 7. & 15. cap. 5. vbi habet haec notanda verba: non est esse quod sapientem esse, quibus probatur contra distinguētes essentiam a natura (de quibus capite superiori annotatione 3.) sapientiam Dei non solum esse de conceptu naturae, sed etiam de conceptu essentiae. Legi etiam potest Dionisius lib. de diuinis nominibus, cap. 2. vbi ex professo ostendit Deum esse essentialiter vitam actualem, & sapientiam. Porro S. Maximus apud Euthymium in Panoplia parte, 1. titulo 3. cap. cuius initium est: *Deus qui cognitio per essentiam, & infra cap. quod incipit Deus proprie, sic prosequitur: Deus proprie nec intelligere dicitur, nec intelligit, ne compositus existimetur, nam quod intelligit coniuncta habet intelligendi potestatem, & quod intelligitur potestatem habet coniunctam vt intelligatur, nec intelligentia proprie dicitur; siquidem intelligentia naturaliter habet essentiam subiectam ipsius intelligentiae susceptivam. Reliquum igitur est, vt post hac cum non possimus Deum intelligentiam dicere, dicamus eum ipsam per essentiam intelligentiam, & totam intelligentiam, & intelligentiam solam, atque omni intelligentiam praesertantem. In hoc secundo testimonio non poterat praesertius ad scholasticum morem nostram sententiam proferre. In primo vero cognitione actualem constitui non solum naturam, verum & essentiam expressis verbis scripsit.*

S. Maxim. & Ziparifi.

Produceo praeterea ex Ioanne Ziparifioto de eade 10. cap. 7. verba eiusdem S. Maximi *Deus* (ait) secundum essentiam suam quodcumque est secundum substantiam cognitio est ineffabilis, quae in mente, & verbo, & spiritu sancto per se existit. Ecce naturam communem tribus perso-

nis esse cognitionem ineffabilem. Marius Victorinus, lib. 3. aduersus Arrium ante medium. *No. est aliud (ait) quod vivit, & aliud quo vivit, quod vivit, & vivere, & intelligere idem omnino est,* tomo 5. sacrae Bibliothecae habentur verba, de hoc Mario Afro facit mentionem Aug. lib. 8. confessionsum, cap. 2. qui in summa fenectione ad fidem est conuersus, post conuersionem relicta gentilium libris quaedam Theologica scripsit; aduertit tamen Bellarminus, libello de scriptoribus ecclesiasticis, caute legenda quae ab eo scripta sunt, quia author magis arti Rethoricae, quam Theologicae, aut litteris sacris operam dedit.

S. Iustinus, ex Ziparifi.

Denique S. Iustinus, vt refert idem Ziparifiotus de cade 10. cap. 4. *Deus* (inquit) vt mens perspicax intelligere potest semper est energia, id est actu, non ex imperfecto ad perfectum procedit, nec aliud quidquam praeter ipsum per se actum est ipsa perse substantia. Haec testimonia ideo refero, quia de sapientia Dei speciatim loquuntur. Alia adferri solent abs re, quia solum dicunt generaliter quidquid est in Deo esse eius essentiam, in quibus Patres solum volebant in Deo non esse distinctionem realem, non esse accidens, non esse compositionem, vel solum loquebantur de constitutione quasi physica naturae Dei.

II
Alia arg. Quid nomen Deus? qui d nomen qui est? ex S. Tho.

Deinde pro nostra sententia sumo argumentum non contemnendum ex doctrina D. Thomae 1. part. quaest. 13. art. 8. vbi S. Thomas discernendum suscipit an hoc nomen *Deus* sit nomen naturae, quem articulum instituit, vt declaret sententiam Damasceni 1. de fide, cap. 12. ideoque cum ipse tueatur esse nomen naturae, adeo vt proprius per ipsum significetur natura Dei, quam per nomen *qui est*. Primum argumentum contra suam resolutionem petiuit ex Damasceno supra, scilicet, quod *Deus* dicitur *Atheum*, quod est curare, & fouere vniuersa; vel ab *Ethym*, id est, ardere; vel a *Theaste*, quod est considerare omnia. Et respondet doctrina satis trita aliud esse id, a quo sumitur nominis *Ethymon*, aliud id, ad quod significandum nomen imponitur, declarat exemplo lapidis, quod nomen naturae lapidis cum significet, desumptum est ab aliqua actione eius, quia laedit pedē, ita (inquit) *Deus*, quia innotescit nobis ex operationibus, vel effectibus, vbi nota nō loqui D. Thomam de operatione essentiali, qualis est intellectio, sed de operatione ad extra, ita dicente D. Thoma in eo articulo: *Vnde, hoc nomen Deus est nomen operationis quantum ad id a quo imponitur ad significandum, imponitur enim hoc nomen, ab vniuersali rerum prouidentia, in quam sententiam allegat Dionisium 12. cap. de diuinis nominibus dicentem quod Deitas est, quae omnia vider prouidentia, &*

bonitate perfecta. Quod si nomen *Deus* significat proprie naturam Dei, ex D. Thoma, pro quo sunt fere omnes Patres, etsi primo impositum sit ex externa rerum prouidentia, & gubernatione; at cum ipsum in rigore significet cognitionem Dei, qua se, & cuncta vider, & a qua, tanquam a causa perse, omnium gubernatio procedit, signum est propriissimam naturam Dei in cognitione consistere.

Moderni memorati cap. 2. vtrumque nomen *qui est* & *Deus* contendunt pertinere ad essentialē rationem Dei id confirmat tex quibusdam Patribus, quos vt in concordiam redigant, vtuntur ea distinctione essentiae, & naturae, & volunt nomen *Qui est* essentiam significare, nomen *Deus*, naturam. Patres allegat P. Vazquez. 1. in primam partē disput. 58. c. 1.

Qui disputatione sequenti, cap. 3. num. 9. affirmat nulla ratione defendi posse, nomen *Deus*, magis proprium esse Dei, quam nomen *Qui est*, cum id expresse docuerit D. Thomas, contra quem duo obijcit. Primum licet nomen *Deus* substantiam significet, tamen etiam significat nomen *Qui est*, aut Tetragrammaton: ergo paria sunt. Secundum quod nomen *Deus*, ab actione deriuatum est, nomen *Qui est*, ab esse & proprio actu naturae, ergo explicatius hoc nomine significatur, quam illo natura Dei.

13

Neutrum horum probo. Nō primum propter futilem distinctionem essentiae a natura cap. 2. notabili tertio impugnata. Non secundum quia licet nomen, *qui est*, pertineat ad essentialia Dei: at non explicat rationem vltimo constituentem metaphysice naturam Dei, sed communem repertam in omnibus perfectionibus diuinis primarijs, & secundarijs, absolutis, & relatiuis; nomen vero *Deus*, significat ipsum formale vltimum constitutum naturae Dei, vt sapē dixi. Ex quo patet ad primam rationem P. Vazquez contra D. Thomam. Ad secundam iam respondimus ex ipsius doctrina, nam licet nomen *Deus*, ex actione externa gubernandi primam acceperit ethymologiam, propriissime tamen significat actum purum, & vltimum intelligendi, qui est propria radix externae actionis. Nomen vero *Qui est* solum significat actum communem naturae, nihil ergo ijs obstantibus argumentum; quod ex doctrina D. Tho. de promptissimum suam retinet efficaciam.

14
Testimonia D. Th. expenduntur.



Mens D. Thomae in hac re satis obcura, diuersis suorum operum locis sparsa, ex scopo, quem sibi proposuit in vnoquoque loco,

Denique probō vnica ratione, praetermissis *Efficax va* alijs, quas prosequitur Aureolus in primo discursu *pro cognitione*

Aureolus:

Natura diuina constitui vltimo. debet per gradum vitae intellectualis, sed in Deo nō est gradus vitae intellectualis per modum principij, & actus primi, ergo constitui debet per gradum vitae intellectualis actualis. In maiori propositione etiam aduersarij conueniunt. Eam tradit Aristoteles 12. meta. textu 39. & 51. vbi nō agnoscit in Deo aliam rationem vitae, & gradum intellectualis, nisi actualem, & ipsius intellectiōis intellectiōem. Probatio eius a priori est quia gradus vitae est ex suo genere perfectissimus in omni viuente, & cū in Deo sicut nec in Angelis non sit gradus vitae vegetatiuae, aut sensituae formaliter, solum constitui poterit per gradum vitae intellectualem. Postro eū nos agimus de constituitio per rationem nostram naturae diuinae, eodem modo constitutere eam debemus, quo constitutas videmus; & consideramus naturas omnes creatas, in eo & creabiles, etenim alius modus constituendi naturam commentitius est, & sine illo fundamento vati qui omnis natura creata constituitur in sua specie per gradum eius perfectissimum: ergo pariter natura diuina per rationem nostram constitui debet per gradum ipsius perfectissimum ex his perfectionibus; quae formaliter sunt in Deo: sed gradus perfectissimus est gradus vitae intellectualis, vt modo subsummo, ex vera & communi doctrina: ergo natura diuina per rationem nostram constitui debet per gradum vitae intellectualis.

Obiectis:

Dices non per hunc solum, sed etiam per vitam volitiuam. Ad hoc iam respondi supra tum in hoc capite num. 9. tum cap. 2. num. 5. distingvens in Deo constitutionem naturae, quasi physica a constitutione, quasi metaphysica. Si obiectio loquitur de constitutione physica, verum dicit; non ad rem. Si de metaphysica, negandum est, gradum volitiuam esse de constitutione metaphysica: rationem reddidimus locis allegatis, & iterum de hac redidit fermo capite 5. in solutione argumentorum. Minor propositi syllogismi probata fuisse a nobis est, disput. 2. cap. 3. §. 2. num. 24. Consequentia est euidens: Qui quae diximus attente consideret aliam non desiderabit rationem pro nostra sententia.

Solutio:

uenanda est, atque in primis in articulo 1. huic quaeſtionis ad primum, cum dixit scientiam Dei non esse qualitatem, vel habitum, sed substantiam, & actum purum. Arbitror hoc testimonio

radicale intellectuum disput. 2. & cum nec ad intellectum referatur tanquam ad actum primum, vt manifeste ibidem probatum est, nullus videtur relinqui modus nostræ rationi eam conferendi naturæ diuinæ, & ea ipsam constituendi.

Respondeo de hac re fuisse tractandum esse in tractatu secundo de voluntate Dei disput. 12. ca. 2. breuiter modo dico, comparandam esse tanquam actum secundarium purissimum actui primario purissimo: ita vt ex duobus actibus ratione nostra, quorum alter præsupponitur ad alterum, sine vlla tamen inter ipsos dependentia, constituatur natura Dei in omni latitudine entis infinita simpliciter. Quæ etiâ ratione tres diuinæ relationes comparandæ sunt ad essentiam Dei, non tanquam ad subiectum, quod informant etiam ratione nostra, propter imperfectionem contentam in informatione, & receptione; sed tanquam actus secundarij purissimi relatiui accedentes sine vlla dependentia tanquam exacti ab eius fecunditate, ad actum purissimum absolutum primarium.

Verum obijcies; vt volitio diuina accedit intellectui tanquam actus purissimus secundarius, quin ex hoc fiat intellectum esse actum primum comparatione volitionis. Ita poterit ipsa intellectio aduenire alicui rationi priori præsuppositæ, quæ licet non sit actus primus, sit tamē aptitudo, seu habitus quædam, ad hoc vt per intellectum sibi iddenticatam constituatur intelligens absq; illa informatione, aut receptione, sed omnimoda iddenticitate.

Hanc difficultatem disp. superiori cap. ultimo in hunc locum remissi explicandam. Ego censeo diuersam esse rationem de volitione comparatione intellectum, & de hac comparatione illius rationis prioris, seu habitus: nam cum intellectio sit actus purissimus, volitio non potest comparari ad eam tanquam ad subiectum ipsam recipiens, nec per rationem. Hoc ipso namq; quod intelligeremus in intellectum, vt recipientem volitionem, præter imperfectionem, quæ in ipsa receptione implicatur, negaremus esse ipsam intellectum actum purissimum, sed partim actum, partim potentiam, cum ex nostro conceptu iâ sit capax receptionis: accedit ergo volitio subsistens, intellectui subsistenti vtraque, vt actus purissimus. Intellectio autem, comparatione illius rationis præsuppositæ, quam appellas habitatem ad intelligendum, necessario comparanda foret, vt cum potentia passiva, quæ per intellectum fit actu intelligens, & ante illam erat apta, vt intelligeret actu vix, aut ne vix quidem percipi potest quod illa aptitudo reduca-

tur ad actum per intellectum, & quod hæc non comparetur, vt forma saltem per rationem ad illam. Nec obstat iddenticitas, quam cum ea haberet. Nam qui ponunt actum primum, & secundum per rationem, non negant realem iddenticitatem: atq; ea præsupposita ipsos urgemus probando in ipso actu primo, comparatione formæ iddenticatæ (si per illam intelligis esse debere per rationem aliquam informationem, atq; receptionem,) in qua tamen necessario implicatur imperfectio, pariter argumentum intruitur comparatione huius habitus, quæ si sibi apparet intellectum, qui cum ea iddenticatur, ita vt per illam reddatur intelligens, aliqua informatio per rationem intercedere debet, nec aliud mēs capit: informatio autem per rationem est imperfectio per rationem, quæ etiam per rationem vitanda est a Deo, vt sape dixi disputatione superiori, & attingo disp. 12. cap. 1.

Ad hæc, vel ea habitus est non repugnantia ad intelligendum fundata in prædicato propriopotentiæ vel in prædicato proprio actus, vel in prædicato communi actui, & potentiæ. Si primum; remouenda est a Deo, propter imperfectionem iam explicatam disputatione 2. cap. 3. Si secundum; non est habitus ad intelligendum, vt condistinguitur ab actu, sed ipse actus intelligendi, vt fundat negationem impedimenti, vt ipse percipiat. Vide que dixi cap. 3. num. 27. ex doctrina S. Thomæ. Si tertium ponitur prædicatum quoddam vniuersale logicæ, quod non est ad rem, vt ostendi ca. illo 3. n. 26, Denique ad quid ponitur hæc habitus ad intelligendum sine receptione, & informatione, & sine probabili fundamento in aliqua re ex creatis, quas nouimus? Ad hæc, vel naturam Dei constituit illa habitus ad æquate, aut in ad æquate. Non primum; quia ex genere suo intellectio essentialis perfectior est, illa habitus, vt dixi disp. 1. cap. 3. num. 13. at natura Dei constitui debet conceptu perfectiori. Nec secundum; quia, cum intellectio diuina ex essentiali conceptu sit substantia completa, nequit intrare ad constituendam naturam Dei, vt vltima differentia inadæquata, & incompleta; imo cum ratio substantiæ incompletæ ex proprio conceptu innouat imperfectionem, nec dici potest illam habitatem esse rationem incompletam. Quis demum neget perfectiorem fore naturam sola intellectuione tanquam ratione completa constitutam, quam habitatem, & intellectuione simul: reijcienda est ergo illa habitus, quia imperfecta, quia inutilis, quia chimerica.

Ad tertium argumentum ex ratione peti-

Ad tertium

tum fuisse respondeo disputatione quarta c. 1. quæ agit de obiecto in creato scientiæ Dei. Modo

Modo solum propositionibus formalibus in forma respondebo, vt contet quæ concedenda, quæ neganda, aut distinguenda sit. Concesso primo antecedenti, quod intellectio Dei habet pro obiecto primario diuinam essentiam, nego consequentiam. Ad probationem negandum est antecedens; scilicet, intellectuione Dei supponere diuinam intelligibilitatem obiectiuam ad æquatam. Ad probationem consequentiæ ex S. Iustino Martyre dico rationem illam non minus militare contra eos, qui opinarentur naturam diuinam constitui per volitionem diuinam, sicut nos opinamur constitui per intellectuione, eo quod in omni sententia fatendum sit Deum amare volitionem suam, qua bona est; & tunc procederet ratio Iustini inter volitionem, & anteriorem volitionis, siue distingerentur à natura Dei ratione, siue non: & tunc concluderet ratio processum in infinitum, quem vitandum esse constat & magis con-

tabit ex dicendis disp. 4. cap. 1. Iustinus vero pie intelligendus de creatis actionibus, non de diuina volitione, aut intellectuione.

Duæ probationes, quæ restant in eo argumento, desumptæ sunt ex S. Thoma. Sed eius mentem, & doctrinam in hac parte commodius explico proxime citato loco.

Ad quartum rationem concedo nos posse formare conceptum naturæ diuinæ vndequaq; infinitæ, vt est ens à se, & per se subsistens per ordinem ad proprietates personales. Concedo etiam hunc conceptum priorem esse conceptum expresso intellectuione; nam vt sic cognoscimus Deum per ordinem ad obiecta, quorum est imago vitalis expressa: nego vero priorem conceptum abstrahere ab actuali intellectuione; nam ab eo conceptu actu percipitur, & ei actu respondet, tamen per ipsum non ita exprimitur, sicut per secundum, & posteriorem, vt factis dixi disp. 2. cap. 3. & in huius cap. 2. prænotato 3. num. 8.

Ad 4.

DISPUTATIO QUARTA. DE OBIECTO INCREATO SCIENTIÆ DEI.

Distincta quatuor capitibus.

In 1. Deus se intelligit, per se in se ipso.

In 2. Deus se cognoscit in alio.

In 3. Deus non se cognoscit ex alio.

In 4. Deus se comprehendit. In quo de Dei incomprehensibilitate a creatura.

ARTICVLVS SECVNDVS. VTRVM DEVS INTELLIGAT SE.

Conclusio D. Thom. cum Deus sit actus purus summo immaterialis intelligit se per se ipsum

ARTICVLVS TERTIVS.

VTRVM DEVS COMPREHENDAS SE IPSUM.

D

Conclu-

Conclusio S. Thom. Deus se ipsum comprehendit, quia cognosci quantum cognoscibilis est.

Cap. 1. Deus se intelligit per se in se ipso.

n. I.
Quid obiectum materiale scientie quid formale.



In obiectis scientie create sunt obiecta formalia & materialia, ita etiam in obiecto scientie Dei. Obiectum formale appellari solet illud, quod est alteri ratio ut cognoscatur, ideoque quod dat speciem actui. Obiectum materiale, quod ratione alterius, scilicet per formam, quam in se habet, terminat scientiam, ideoque per se non dat speciem actui. Iste modus loquendi in obiectis translatus mihi videtur ex compositis physicis, in quibus pars formalis ea est, per quam materia recipit speciem, eiusque denominationes; pars vero materialis ea, quae ratione alterius, scilicet formae, quam in se habet, constituitur in determinata natura specifica. Qua ratione in obiectis proportionate passim Theologi, & philosophi assignare consueverunt partem formalem & materialem. In re nostra obiectum formale, & veluti specificatum scientiae Dei, dicunt esse Deum ipsum increatum; materiale vero, & secundarium, ceteras res creatas, ad quas secundario terminatur scientia Dei, per obiectum primum, ita ut ratione eius cognoscantur, unde creaturae nec sunt obiectum formale, nec primum scientiae Dei, nec illa ab ipsis aliquam sumit specificationem. Sed in his multa inuoluuntur magis disputatione sequenti a nobis discutienda. Pro huius exordio sufficit ea leui manutelligere modo, quo vulgariter traduntur.

Circa obiecta, quae Deus cognoscit, non solum enarranda ea sunt, nam omnibus numeratis negotiis scientiae Dei confectum erit, sed id accurate ab eximjis Theologis, praestandum quibus modis, & in quibus obiectis ea cognoscatur, nec enim obiectum vno solum modo, aut in vno solum obiecto cognoscitur, nam si vnum obiectum diuersis modis scibile est, atque in diuersis obiectis, his omnibus modis sub scientia Dei contineri debet, dum nulla imperfectio in eo modo sciendi inuoluatur, quod etiam sapientissime praestitit S. Thomas in hoc art. 2. qui est huius 4. disputationis praecipuum argumentum: nam cum in titulo articuli quaesiuisset, utrum Deus intelligat se, in conclusione non solum respondet se intelligere, sed etiam se per se ipsum intelligere, explicans non solum obiectum, quod cognoscit, nempe ipsum Deum, sed etiam modum, quo ipsum cognoscit.

Obserua hoc loco modum cognoscendi, quem S. Thomas explicat, non se tenere ex parte obiecti, nam ut statim explico Deus ipse ex parte sua minus proprie obiectum dici potest, etsi propriissime dicatur cognitus; quod ergo dicitur, Deum se per se ipsum intelligere, illud per se ipsum significat modum ex parte cognitionis, hoc est per suam intellectiōem, quae est ipsius naturae diuinae formalissimum constitutum, nulla specie intelligibili interueniente, nullaque potentia intelligendi, quae ea indigeat. Illud ergo per se excludit omne principium, omneque genus causae efficientis ad Deum se ipsum intelligendum, & solum constituit causam formalissimam, qua se intelligit, eamque ait, esse suam metipsum essentiam.

Fateor id deducere D. Thomam ex obscurissimis praemis, quas ut penetrarem legi quosdam ex Thomistis Dominicanae familiae, & quosdam ex nostris, non sine labore; at non speravi exitum felicem; qua propter cum res, quam ibi docet Sanctus Thomas sit fide certa, & lumine naturae euidentissima, fatius duxi praetermissa textuali difficultate ad rem pergere.

Sit ergo conclusio, Deus se intelligit. Conclusio haec mille locis sacrae scripturae expressa est. Duo solum produco, utrunque ex Paulo ex 1. epist. ad Corinth. cap. 2. Primum vers. 10 in quo dixit Deum reuelasse Apostolis, quae praeparauit Deus, ijs qui diligunt illum per spiritum suum; & addit *spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei*, hoc est, penetrat, & perspicit omnia vno mentis actu, & intuitu: per profunda Dei intelliguntur secretiora & intimiora Dei concilia, & ita profunda Dei scrutatur, ut nihil remaneat in Deo incognitum: sed eius cognitio, & visio obiectum suum adaequet, Deumque tantum cognoscat, quantum cognosci potest, quo loco optime etiam probatur, Deum se comprehendere, de quo infra cap. 4. Alterum vers. 11. quo probans spiritum Dei profunda eius scrutari, haec subiicit verba *quis enim hominum scit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita, & quae Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei*. Quae clarissima sunt, solum occurrit animaduertendum per illa verba *nisi spiritus*, etsi intelligas Spiritum sanctum tertiam personam, non excludi Patrem & Filium, quia in

Conclus.
Certa est de explanatione Pauli 2. ad Corinth. ca. 2. Pauli ad Corinth. cap. 2. duo testi-
monia.

Cap. 1. Deus se intelligit per se in se ipso.

communibus & essentialibus, qualis est cognitio, non excluduntur quae eandem habent naturam, sed quae aliam.

Euidens ratione naturali.

Probo conclusionem euidenti ratione, Deus in se est obiectum intelligibile, imo nobilissimum intelligibile, nam omnis res, qua res intelligibilis est, & qua perfectior, intelligibilior: sed Dei substantia perfectissima omnium est; ergo est nobilissimum intelligibile, atqui mens Dei, siue per modum actus primi, siue per modum actus secundi concipiatur, est maxime proportionata in virtute cognoscendi intelligibilitati naturae Dei: ergo Deus se cognoscit. Confirmatur, omnis creata vis intelligendi proportionatissima est naturae, cuius est, ideoque aptissima, ut eam cognoscat, ergo pariter in natura Dei; atque ita egregie Paulus, *Sicut quae sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui est in ipso, ita quae sunt Dei, &c.* Veritas haec supponenda magis, quam probanda erat.

Ex qua eadem proportione inferitur alia contenta in artic. 1. S. Thomae, videlicet *per se ipsum in se ipso cognoscere*. Iam explicui quid sibi velit *per se ipsum*, hoc est, per suammet essentiam, quae est formalissima sui cognitio; in se ipso vero solum significat, Deum directe, & immediate cognitione, quae erga ipsum Deum sine medio versatur, cognosci, cuius ratio haec est, nam Deus in se ipso directe, & immediate intelligibilis est infinite perfectius, quam omnes res creatae, ergo a se in se ipso immediate cognoscitur. Probo consequentiam: nam si in se ipso immediate cognoscibilis est, maxime erit respectu cognitionis propriae.

Haec cum clarissima sint, obscurissimum contra ea oppono argumentum, satis inter quosdam Theologos celebratum. Disputatione 3. cap. 3. docuimus actum intellectiōem Dei esse primum naturae ipsius metaphysicum constitutum; ergo Deus non potest se, per se, in se ipso cognoscere. Consequentia videbitur difficilis. Eius robur sic instruo, illa actualis cognitio, qua primo formaliter constituitur essentia Dei non terminatur ad se ipsam; ergo ad aliud distinctum a se ipsa. Tunc sic, non ad aliud increatum distinctum a diuina cognitione, aut re, aut ratione: ergo terminatur ad aliud extra Deum, quod non terminatur ad aliud in Deo, a diuina essentia in re distinctum patet, quia nihil est in re distinctum ab eius essentia. Quod non terminetur ad aliud ratione distinctum patet, quia cognitio diuina de se ipso intuitiua est, ergo non praescindit in cognitione in his, quae in re idem sunt. Consequentia prior euidens est, ex qua inferitur obiectum pri-

imum, & directum cognitionis Dei, non esse Deum in se ipso, sed aliquid creatum extra Deum, contra certam, & stabilitam iam conclusionem.

Dices; hoc argumento solum probari Deum non se cognoscere in se ipso prima cognitione directa, non vero non se cognoscere in se ipso alia cognitione reflexa, & quasi secundam.

Sed contra primo; si semel damus argumentum, Deum cognoscere se, in se ipso, cogimur etiam dare primo se cognoscere in se ipso, cognitione ad ipsum immediate terminata: etenim ut ipsius essentia in se est primum, nobilissimumque intelligibile; ita etiam esse debet primum cognitum a se, & in se.

Contra secundo; communis sententia, de qua disputatione 5. capit. 4. docet prius aliqua prioritate Deum cognoscere creaturas in se ipso, quam in se ipsis, si verum est illas in se ipsis cognoscere, de quo proxime citato loco: ergo non potest prima cognitio Dei terminari ad creaturas, & ex eis cognitis ad se ipsum cognoscendum procedere.

Contra tertio, quia Verbum procedit ex cognitione, qua Deus se in se ipso cognoscit, ut est indubitatum, sed cognitio, qua Verbum procedit, est prima, ut etiam constans est apud omnes Theologos: ergo cognitio, qua Deus se cognoscit in se ipso, est omnium prima.

Contra quarto, vel diuina essentia primo metaphysice constituitur actu illo directo priori terminato ad aliquid extra Deum, vel actu reflexo posteriori cognoscente illam primam cognitionem. Non primum, tum quia ille non est nobilissimus actus Dei, cum non sit cognitio obiecti nobilissimi, sed alterius extra Deum, unde nec in illo consistere potest beatitudo diuina essentialis, quae ut essentia ipsa, ita actu nobilissimo excogitabili constitui debet; haec enim est inter alias excellentia esse diuini, quod per ipsam naturam suam est beatus; ergo actus ille primus tendens ad aliquid extra Deum, nequit esse primum constitutum diuinae naturae Dei. Nec secundum nam actus ille reflexus posterior supponit iam Deum videntem vita intellectuuali, cum supponat cognoscentem, item amantem &c. Ac proinde constitutum in suo esse, ergo nequit consistere essentia Dei in actu illo reflexo, quo Deus se, in se ipso cognoscit.

Contra quinto, ex S. Thomae in hac quaestione art. 5. qui cum in corpore articuli dixisset Deum videre alia in se ipso, in respon-

Responsio.

Impugnatio.

sione ad tertium adiecit *intellektionem Dei non specificari, per id quod in alio intelligit, sed per principale intellectum, in quo alia, intelliguntur.* Et primo contra gentes cap. 48. ratione tertia in illis verbis *restat igitur nihil à Deo esse cognitum, quasi primo, & per se intellectum, nisi suam essentiam,* quod si Deus aliud extra se primo inrelligeret, nec essentia eius esset primo, & per se cognitum, nec à sua essentia, sed à creaturis sumeret specificacionem Dei cognitio, vtrumque vero est contra S. Thomam, ergo, &c.

Hanc difficultatem terigi supra disput. 3. cap. 1. & cap. 5. in hunc locum explicandam remissi. Fateor nullum legi, qui huic argumento neruos præciderit. Illud inter recentiores magistros solum agitur, prætermisissis, quæ ab ijs dicuntur, sic accedo ad respondendum ad singulas propositiones obiectas. Concesso antecedenti, nego primam illam consequentiam, *ergo Deus non se cognoscit in se ipso.* In probatione eius, propositio illa, *intellectio actualis, qua constituitur essentia Dei, non terminatur ad se ipsam, & quiuoca est, & omnis & quiuoca est, seu vocum confusio à nobis accuratè excutienda, & rigor sermonis seruandus.* Pro quo animaduerto in essentia Dei integrè sumpta, & esse prædicata quædam diuina communia, & esse ipsam intellektionem actualem, per quam illa redigitur ad naturam, quasi specificam, vnde intellectio, qua Deus se, in se cognoscit comparari potest, aut ad prædicata illa communia transcendentia, quæ etiam cognoscit, aut ad ipsam cognitionem, quam etiam cognoscit. Difficultas tota procedit in hac secunda comparatione, quidque in prima dicendum sit, etiam mox aperio. In secunda ergo comparatione, concedo propositionem illam; *intellectio actualis, qua constituitur essentia Dei, non terminatur ad se ipsam,* nam in rigore sermonis vera est, quia scientia Dei, vt est de se ipsa præcisse non terminatur ad obiectum reale, nec habet obiectum reale terminans, nec enim est de ratione scientiæ, vt sic, quod terminetur realiter ad obiectum, neque quod habeat ordinem transcendentalem realem ad illud, imo neque quod sit imago intentionalis obiecti; nam hæc conditiones imperfectionem inuoluentès sunt, aut scientiæ distinctè realiter ab obiecto, aut scientiæ create procedentis ab ipso mediâ determinatione per speciem intentionalem: de ratione vero scientiæ in suo purissimo conceptu sumptæ, solum est quod sit cognitio vera, certa, & euidentis rei, siue hæc res, cuius est scientia, sit distincta ab ipsa, siue non; siue sit reale obiectum, & terminus, siue non; siue sit representatio intentionalis eius, siue non; de-

niqûe siue sit ordo transcendentalis ad eam, siue non. Ratio horum generalis est, quia obiectum reale, terminus realis, res intentionaliter representata, & terminans ordinem realem transcendentalem distinguere realiter debet, à representatione intentionalis sui, & ab ordine reali transcendentali ad ipsam; nam omne esse intentionale, quod est siue in specie impressa, siue in expressa debilius, & imperfectius est ex genere suo, quàm esse reale, cuius est imago, hoc enim semper est solidius, atque perfectius, vt inductione facili demonstrari posset, & Deo dante, id præstabo in tractatu de Angelis, At cognitio illa, qua Deus se in se cognoscit, præcipue vt ad se ipsam comparatur non distinguitur realiter ab essentia Dei, imo eam metaphysice constituit: ergo essentia Dei, vt sic, non est obiectum reale, neq; terminus realis suæ cognitionis, licet sit per ipsam cognita. Maior propositio huius rationationis manifesta est, nam obiectum, seu terminus operationum immanentium, est id, quod eis obijcitur, easque terminant; sed nihil potest realiter obijci sibi ipsi, nec se realiter terminare, nec esse imago intentionalis sui ipsius, vt constat inductione in omnibus realibus tendentijs, si eas attenta mente perlustras; ergo obiectum reale, & terminus realis, ob prædictam oppositionem, esse debet distinctum realiter ab eo, cuius dicitur obiectum reale; at vero esse idem cognitio, & idem cognitum non habet hæc, oppositionem, & licet nos ægrè hæc concipiamus, qui altas egimus radices in concipiendis creatis cognitionibus realiter distinctis ab obiectis, in cognitione vero diuina puriore nulla ratione, procedente ab obiecto, eleuatis hæc concipienda sunt, dicendumque, ex vna parte cognitionem illam se ipsam cognoscere perfectissime, atq; comprehendere, & ex alia non esse obiectum reale, seu terminum sui. Quod si obijcias, in fraisi communi Theologorum, creaturas esse obiectum secundarium, & terminus secundarius scientiæ Dei; ergo ipse est primarius terminus, primariumque obiectum. Respondeo Theologos, ita communiter loquentes, pro eodem vsurpare terminum, & obiectum; ac cognitum, non omni rigore excutientes propriam vocum significationem.

Sed neque his omnino hoc inuolucrum explicatum, qua propter, addo neque est terminus ratione nostra neque esse ratione nostra obiectum sui. Sic explico, quia nullus est conceptus communis huic cognitioni, vt ad se ipsam terminari dicitur, & ceteris terminis, nam de ratione communi termini, vt sic, est aliquis ordo ad ipsum, seu quod id est terminatio

minatio actualis ad ipsum, proindeque distinctio aliqua intercedere debet inter terminum ex vna parte, inter ordinem, & terminationem ex alia: atqui inter cognitionem, & se ipsam, vt est per se ipsam cognita, nulla est distinctio rationis cum aliquo fundamento; ergo seruando rigorem sermonis, non potest dici terminus ratione nostra.

Minor eget probatione, ante quam subiiciam probationem eius, oportet explicare, an etiam negandum sit in rigore sermonis illam cognitionem, vt se cognoscit, esse obiectum sui, respondeo negandum esse: nam licet inter cognitionem illam, vt cognita est, & alia obiecta cognita sit prædicatum quoddam commune, in quo conueniunt, scilicet prædicatum cognitum, cum & ipsa diuina cognitio, & obiecta cuiuscumque alterius cognitionis sunt reuera cognita, vno solo, quoad rem nostram attinet intercedente discrimine, quod prædicatum cognitum ceteris obiectis realiter à cognitione distinctis est non solum accidentale, verum etiam extrinsecum; in diuina vero cognitione esse cognitam est ipsi prædicatum intrinsecum, & essenziale; vnde omnia obiecta cognitionum conueniunt in prædicato vniuersali cognitum, differunt in eo quod obiectis realiter distinctis hoc prædicatum extrinsecum est, non distinctis intrinsecum, ac proinde licet non dicatur terminus ratione nostra, nec obiectum propter necessariam distinctionem, quæ inuoluitur in ratione obiecti, vt addit aliquid speciale ad rationem cognitum poterit vero dici cognitum.

Cognitio vt est cognitio, & vt est cognitio non distinguitur ratione præcendente.

Addo vero hanc rationem cognitum, & rationem cognitionis, quæ simul sunt in diuina cognitione, non distingui inter se ratione nostra præcendente, quid vero sit ratio nostra præcendens, & non præcendens explicui disput. 2. cap. 3. numer. 18. Id probo hac generali ratione, quæ etiam est probatio minoris supra subsumptæ. Quando inter formalitates, quæ in re ita sunt idem, vt non intercedat distinctio virtualis intrinseca, quæ est fundamentum oppositionis, non potest ratio nostra præcendere in obiecto vnâ rationem formalem ab alia, licet de illis formare possimus diuersos conceptus, & loquamur veluti de distinctis & præcisis, sed inter cognitionem, vt cognitio est, & ipsam vt à se cognita est, non est hac virtualis distinctio, ergo non est præcisio rationis in ipso obiecto. Maior a libi probanda, in qua solum affirmo negatiuâ propositionem non esse præcisionem, vbi non est ea virtualis distinctio: nõ vero affirmo affirmatiuam partem nepe esse præcisionem, vbi est virtualis distinctio, nec modo definitio. Minorem sic probo; distinctio hæc virtualis in-

trinseca tunc est in diuinis quando in ordine ad munera distinctionis eodem modo se gerit Deus, ac si in ipso esset realis, & formalis, ideo que de prædicatis sic distinctis, veræ sunt propositiones contradictoriæ, vt Patrem diuinum communicare filio aeterno essentiam, non communicare paternitatem, Patrem diuinum generare Filium suum intellektione, non voluntate; an vero propositiones hæ in rigore contradictoriæ sint, non decerno, decreturus Deo dante in Tractat. de Trinitate; atqui inter cognitionem illam vt est cognitio, & eandem vt est cognita à se, non est fundamentum ad similes propositiones contradictorias: nam hoc ipso quod à Patre Filio communicate tur cognitio necessario communicatur, cognitionem illam esse ab ipsa cognitam; pariter Spiritui Sancto; etenim omnes tres personæ sunt cognoscentes, & cognitæ per se, & in se vna, & indiuisibili cognitione formalitate; ergo licet diuinâ illâ cognitione modo cognoscamus inæquate, vt est cognitio per species creatarum cognitionum, modo vt est cognitio per species creatorum obiectorum; eadè tamè formalitas omnino respondet ex parte obiecti. Quod si indiuisibili formalitas semper respondet etiam respectu rationis præcendentis, nec ratione nostra datur in eo obiecto ex vna parte terminatio, & ordo, & ex alia terminus. Hinc minor illa probata. Dices, communiter Theologi affirmant Deum habere obiectum primarium, & secundarium, ergo negandum non est Deum vt se cognoscit esse obiectum sui. Respondeo primo loqui largiori significatione, & extra hanc controuersiam, pro eodem vsurpantes cognitum, & obiectum. Responderetur 2. in omni rigore veram esse eam locationem comparatione aliarum diuinarum perfectionum, quæ ratione distinguuntur à cognitione.

Hæc doctrina quia vniuersalis, est obseruatu digna. Ad eâ confirmadam habeo, ex S. Thom. elegantissimum testimonium ex hac 1. parte quæ 87. art. 3. vbi agens, an intellectus cognoscit proprium actum, & in corpore articuli distinguens intellectum diuinum ab Angelico sic ait, *est enim aliquis intellectus, scilicet diuinus, qui est ipsum suum intelligere, & sic in Deo id est quod intelligat se intelligere, & quod intelligat suam essentiam, quia sua essentia est suum intelligere.* In quibus verbis expressissime affirmat in Deo intellektionem suæ essentia, & illam esse intellectam idem esse prædicatum formalissime ratione nostra. Ne vero quis existimet non locutum D. Thomam de identitate rationis; sed reali, legat ipsum sic scribentem in eodem loco, *est etiam alius intellectus, scilicet Angelicus, qui non est suum intelligere sicut supra dictum est, sed tamen primum obiectum*

7
D. Thom.
Eleganti
testimonio
D. Tho. id
probatur.

obiectum sui intelligere, est eius essentia, unde et si aliud sit in Angelo secundum rationem, quod intelligat se intelligere, & quod intelligat suam essentiam, tamen simul, & vno actu vtrumque intelligit. Ecce affirmat D. Thomas Angelum intelligere actum, quo intelligit suam essentiam se ipso absq; reali distinctione, cum distinctione tamen rationis inter ipsum, vt est intellectio sui, & vt est intellectio sue essentia, quam negavit in diuina intellectu, quando in hoc constituit discrimen inter intellectu An gelicam, & diuinam.

8 Comparatio diuinae cognitionis ad praedicata diuina communia, ad attributa, ad proprietates personales.

Huc vsq; comparauimus diuinam intellectu, qua naturam diuinam quasi specificiter constitui diximus disp. 3. cap. 3. ad se ipsam vt est intellectu sui: at pro infra dicendis animaduertendum est, comparari item posse ad praedicata communia, atq; transcendentia diuina, ad attributa, ad proprietates deniq; personales; nam vt in Deo haec omnia sunt; ita in cognitione Dei est cognitio horum omnium, nam per ipsam cognoscit Deus se esse ens a se per essentiam independens ab omni causa, aeternum, immensum, infinitum &c. Cognoscit etiam se esse iustum, misericordem, se esse Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum &c. Itaq; cognitio illa considerari a nobis potest, non solum vt est cognitio sui, sed etiam vt est cognitio praedicatorum communium, & transcendentium, & vt est cognitio attributorum, & vt est cognitio proprietatum personalium. Hinc addo licet, vt se cognoscit praecise, non habeat terminum, nec ratione nostra, vt dixi, & vt cognoscit volitionem Dei, & vt cognoscit proprietates personales dicere possumus eam terminum habere ratione nostra. Id ita demonstro, nam volitio propter distinctionem virtuales, item attributa diuina propter eandem plus distinguuntur ratione nostra a cognitione, quam ipsa a se ipsa distinguatur: ergo licet ipsi, vt se cognoscit praecise, nullum demus terminum ratione nostra: at dare debemus ei, vt cognoscit volitionem, & proprietates personales.

An vero habeat etiam terminum aliquem ratione nostra, vt cognoscit praedicata communia, omnipotentiam suam, & alia, quae sunt in Deo indistincta virtualiter intrinsece ab illa, ex dicendis in solutione quarundam obiectio num, quae modo proponenda sunt, colligendum erit.

Obijcies ergo primo, quia omne obiectum praecedit actum saltem ratione: sed ipsa cognitio, vt ad se terminata, est obiectum sui: ergo vt sic est prius ratione se ipsa, vt est cognitio.

Obijcies secundo ea cognitio reflexa est, vt est sui cognitio, vt vero cognoscit praedicata communia, attributa, atq; proprietates diui-

nas personales est directa: sed omnis cognitio directa praecedit reflexam, & ab ea distinguitur ratione, ergo concedi debet in ipsa cognitione, vt se cognoscit, & vt alia cognoscit rationis distinctio, imo prioritas & posterioritas rationis.

Ad primam obiectio nem nego propositio nem illam antecedentis vniuersaliter prolatam; eius falsitas constat primo a posteriori in generatione aeterna Filij, quae in vera sententia, & magis communi, procedit ex cognitione trium personarum, duae tamen personae Filius & Spiritus Sanctus non sunt ratione posteriores Patre, licet sint posteriores originis, nam bene fiat simultas rationis, quatenus ratio non potest vnum sine alio concipere, vt in correlatiuis, quae sunt simul in cognosci, cum prioritate, & posteritate originis, vt in Tract. de Trinitate fusius. Itaq; licet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sint obiectum cognitionis, per quam procedit Filius, non sunt tamen priores ratione processione Filij. Constat a priori, quia obiectum erga cognitionem duo potest munera habere primum determinantis, & causa per speciem intentionalem, secundum puri termini, seu obiecti cogniti: ad primum munus necessaria est prioritas naturae, & rationis, quatenus ex verissima doctrina omnis causa prior est suo effectui; non ad secundum, nam vel obiectum est distinctum a scientia, vel non. Si distinctum est, tale vero vt a quo scientia non pendeat, nulla praecedentia rationis necessaria est, vt constat in creaturis possibilibus, & existentibus, quae sine prioritate rationis sunt obiectum scientiae Dei, imo cum posterioritate reali, & rationis, vt explico in progressu, cum ad haec obiecta deuentum fuerit. Si vero non distinguitur obiectum a cognitione, nec ratione, vt in nostro casu, euidentius est nullam esse posse prioritatem rationis ex parte obiecti.

Cum hoc tamen duo vera sunt, primum in ea comparatione cognitionis ad praedicata communia diuina, atq; transcendentia, obiectum aliquo modo ratione praecedere ipsam cognitionem, quatenus praedicatum vniuersalius, v.g. animal, habet aliquam prioritatem rationis saltem logicam respectu praedicati particularis, vt rationalis. Hanc appellauit Aristoteles eam, a qua non valet subsistendi consequentia; unde haec consequentia est animal: ergo est rationale, non tenet, cum e conuerso tenear: pari ratione in diuinis, est ens a se per essentiam infinitum &c. Ergo est actualis intellectio, non tenet, quia potest esse paternitas, filiatio, & spiratio, liaq; secundaria attributa: at e conuerso tenet, est intellectio diuina: ergo est ens a se per essentiam infinitum, &c. Vnde licet cognitio Dei vt terminatur ad illa praedicata

9 ResPond. ad primum Non omne obiectum ratione praecedit sui cognitionem.

IO Prædicata diuina transcendentia intellectu ratione priore

cata terminetur ad aliquam rationem secum iddenticatam, terminatur simul ad obiectum se prius ratione saltem prioritate logica vniuersali. Quod ideo addiderim, vt abstrineam an haec sit praecisiua, nec ne: ego puto non esse praecisiuam, propter indistinctionem virtuales inter haec praedicata, & intellectu nem: at hoc non obstat, quin sit distinctio & prioritas rationis iam explicata, cum nulla sit in intellectu Dei, vt ad se ipsam comparatur. Hanc etiam rationem prioritatis agnosco inter communissimam rationem obiecti, & rationem cognitionis, quatenus illa vniuersalior est, quam haec, & illa in sui cognitione magis in dependens est a cognitione cognitionum, per quas cognoscitur, quam sit cognitio cuiuscunq; obiecti, quae independenter ab eo exacte cognoscitur nequit.

Secundum cognitionem Dei, vt terminatur ad attributa, & relationes, non esse illis ratione posteriorem, etsi obiecta sint cognitionis; immo eam esse ratione priorem in quantum ipsam cum fundamento in re sepe explicato concipimus, vt primum naturae diuinae constitutum; attributa vero, vt secundarium, & relationes, vt quid extra essentiam.

Secunda obiectio male exagitauit quorundam recentiorum ingenia; nam propter illam admittere non dubitarunt processiones in infinitum in diuinis cognitionibus ratione nostra, supra se reflectentes sine termino, aliqua semper earum, etsi indeterminata, & insignabilirelicta incognita arbitrantur enim cognitionem cognitionis, etiam in diuinis, distinctam esse ratione, a cognitione cognita. Caterum moderni hi, aut non legerunt, aut non animaduertunt D. Thom. hunc processum in infinitum intulisse, vt magnum absurdum contra gentes capit. 26. in ratione 3. verba formalia retuli disput. 3. cap. 1. & reuera absurdum esse, constat ex eo, quod cum cognitio Dei, qua se per se ipsum, & in se ipso, cognoscit, sit intuitiua, atq; comprehensiuua, rem cognoscens, vt est in se, ita vt nihil esse latere possit; repugnat cognitionem suam, qua alia Dei cognoscuntur, non esse cognitionem sui absq; vlla rationis distinctione, ea enim reflexa cognitio est formalitas in Deo existens formaliter non distincta in re ab alijs formalitatibus: ergo si non cognoscitur se ipsa, aliqua formalitas non distincta manet incognita: atque adeo erit praecisiua, non intuitiua, neque comprehensiuua.

ResPond. Ad 2. obiectio nem. Quidam admittunt processum infinitum rationis inter cognitiones diuinas reflexas.

Cōfutator.

II Vera resp.

Qua propter ego sic duco rem declarandam cognitio Dei, vt terminatur ad praedicata communia, atque transcendentia, item ad attributa, atque proprietates personales, dinique ad quascumque creaturas, quas in Deo cog-

noscit est aliqua ratione directa. saltem ratione nostra. Dico saltem ratione nostra, quia etsi vt cognoscit creaturas, habeat obiectum distinctum realiter, & extra se, quod est de ratione cognitionis directa: at vt cognoscit cetera quae sunt in Deo, & modo numerabam, solum habet obiectum distinctum ratione, & ideo solum est ratione nostra directa cognitio. Porro Deus cognoscit, tum se cognoscere ipsam cognitionem, tum se cognoscere praedicata communia diuina, & attributa, & proprietates personales, denique creaturas. Vt ergo Deus cognoscit se cognoscere praedicata communia, atque attributa, & proprietates personales, dici potest illa cognitio aliquo modo reflexa, quia est cognitio cognitionis directa terminata ad obiectum ratione distinctum ab ipsa cognitione: dico aliquo modo, quia in eo differt a cognitionibus proprijs reflexis; quod haec habent pro obiecto directo, & immediato, cognitionem priorem, a posteriori distinctam tantum, aut re aut ratione, quantum sufficiens est ad hoc, vt prior cognitio dicatur obiectum, aut terminus posterioris; at cognitio diuina, quae, vt posterior a nobis apprehenditur, quatenus cognoscit cognitionem attributorum, aut praedicatorum communium, cum tamen in se non sit posterior, non habet tantam distinctionem rationis; vt enim dixi num. 6. non potest in rigore sermonis dici terminus, aut obiectum re, aut ratione, cum tamen praedicata communia Dei propter distinctionem rationis a qua non valet subsistendi consequentia, & attributa, atque proprietates personales, propter distinctionem virtuales intrinsecam dici possint terminus, & obiectum ratione nostra: vt vero est cognitio suae cognitionis praecise; non est cognitio reflexa, quia non est cognitio cognitionis directa ad aliud obiectum aliquo modo terminata: Vnde, vt sic, nec est reflexa; vt probaui, quia reuera nulla est in ea reflexio, nec rationis, sed absque reflexione, altiori, & eminentiori modo se ipsam cognoscit: nec est directa, quia, vt sic non tendit ad obiectum a se re aut ratione distinctum. Ad horum confirmationem recognosce dicta Sanctorum Patrum, quae retuli disput. 3. cap. 3. num. 11. & lege Aristotelem lib. 12. Meta. cap. 9. vbi loquitur de intellectu diuina, se ipsam (ait) ergo intelligit, si est quidem quod optimum est, & est quidem intellectio, intellectio intellectio. Itaque haec diuina intellectio vnica, atque simplicissima cum sit, potest ratione nostra per conceptus inadaequatos concipi, vt reflexa, & vt directa sine imperfectionibus tamen, quae sunt in cognitionibus reflexis, & directis. Id est perfectionis, in cognitione directa, quod perfectissime representet, & percipiat suum obiectum

Arist.



obiectum, id etiam imperfectionis est, quod illud sit re ipsa distinctum a cognitione, ut possit directe in illud tendere absque reflexione, illud primum inuenies in diuina cognitione, ut cognoscit ea, quae ipsi Deo intrinseca sunt, non vero hoc secundum. In reflexa cognitione, id est, perfectionis, quod sit representatio sui, illud est imperfectionis, quod supponat necessarium cognitionem directam habentem obiectum a se ipsa distinctum, & quod tendat in illud non per se primo, sed in obliquo, prout est obiectum directae cognitionis; illud primum inuenies in intellectione diuina; non hoc secundum.

12 S.Thom. Ex hac doctrina solutae manent duae illae probationes, quas in hunc locum remissimus disput. 3. cap. 1. Prima erat ex S. Thoma art. 4. at ibi solum (ait) in Deo non esse aliam formam, & speciem, praeter essentiam Dei, quod pro nobis facit, nec ex eo inferitur intellectionem esse attributum Dei, sed ipsam per se habere

quidquid aliae cognitiones habent ex specie intentionali.

S.Thom.

Alia probatio erat ex tertio contra gentes cap. 26. ubi contendit S. Thomas nec volitionem esse primum volibile, nec intellectionem primum intelligibile, quod in Deo verum est respectu obiecti in adaequatum. Nam tu volitio, tu intellectione habet obiecta in adaequatum a se ipsis ratione distincta, ut saepe dixi, non tamen verum est respectu obiecti adaequatum; nam cum Deus velit suam volitionem, & intelligat suam intellectionem, & in hoc per D. Thomam non possit esse processus in infinitum, etiam ratione nostra, necessarium est, quod ipsa volitio, & intellectione contineantur intra obiectum adaequatum earum. Exemplum adferri potest in visione beatorum, quae (si vera est communior sententia) est visio Dei, & sui, contineturque intra obiectum suum adaequatum. Hoc ipsum affirmavit S. Thomas in cognitione, qua Angelus suam essentiam cognoscit, ut supra retuli in hoc cap. num. 7.

S.Thom.

Cap. 2. Deus se cognoscit in alio.

13 Quid sit in alio cognosci.



LLVD in se cognoscitur, quod cognitionem immediate, & directe terminat, non antecedente cognitione alterius determinantis, ut ultra progrediatur cognitio in alia quadam secundo cognita, propter connexionem, quam cum obiecto in se cognito habent, hoc pacto Deum se in se cognoscere, vidimus cap. 1. Beati etiam vident ipsum, & nos prima principia penetrare solemus. Cognosci in alio est simul cognosci cum altero indiuisibiliter etiam respectu rationis nostrae praescedentis, ita tamen ut maior penetratio, seu expressio alterius in se cogniti sit causa, quare alia in illo cognoscantur; causa, inquam, non efficiens, sed formalis extrinseca determinans; hoc modo, & a Deo ipso, & a Beatis cognosci dicuntur creaturae possibiles in omnipotentia Dei, de qua re disput. sequenti cap. 1. & effectus in causa, & causa in effectum. Denique res quae sunt termini aliquorum ordinum transcendentium, aut praedicamentium.

Cognitio in alio attingit vltimas differentias eorum quae in alio cognoscuntur. Aduerte hoc loco, cognitionem rei in alio, etsi dicatur immediata alterius, & negetur esse cognitionem in se cognitorum in alio; nihilominus tamen immediate, & distincte, cognosci ab ea proprias, & vltimas differentias rei in alio cognita, v.g. Deus in sua omnipotentia distinctissime, atque expressissime percipit differentias vltimas, rationes particularissimas, & formalitates minutissimas omnium

& singularium creaturarum. Itaque cognitio rei in alio, non negat distinctionem, & claritatem rei in alio cognita, nec immediatam, & particularissimam expressionem propriarum rationum eius, solum negat directam, & primariam terminationem cognitionis: negat directam, quia non per se, sed per aliud, in quo continetur, vel cum quo connexionem habet necessariam, obijciuntur intellectioni; negat primariam, quia habet cognitio illa obiectum aliud principalius, a cuius cognitione determinatur, ut eadem cognitio non sistens in obiecto principali procedat usque ad cognitionem aliorum minus principalium in ipso.

Hoc etiam loco obserua; cognitionem hanc non terminari prius natura, aut ratione ad obiectum principale, deinde posterius natura, aut ratione ad obiectum minus principale: etenim vna formalitas cognitionis indiuisibilis, etiam respectu rationis nostrae praescedentis, simul est cognitio principalis, & minus principalis obiecti, simul est ordo transcendentis vtriusque, etsi cum subordinatione, quam explicui in obiectis. Itaque secundum quod est ipsa directa penetratio obiecti principalis, est etiam indirecta penetratio obiecti minus principalis, & obliqui; hoc namque ex propria natura sibi vendicat cognitio hanc, esse indiuisibilem ordinem transcendentem diuersorum obiectorum in ratione obiecti respectu huius cognitionis inter se subordinatorum, non tamen

14

Ad quid terminetur cognitio in alio

men negamus, diuersos nos posse formare conceptus in adaequate eam concipientes, in quantum illa refertur ad haec diuersa obiecta, & affirmare denominationem cogniti, quam tribuit principali obiecto superare in dignitate denominationem cogniti, quam tribuit minus principali, haec tamen maioritas dignitatis non fundatur in ipso ordine, aut cognitione, quae ut dixi, prorsus indiuisibilis est, sed fundatur in toto complexo coalescente ex cognitione, & obiecto principali, & ex cognitione eadem, & obiecto minus principali. Haec pro perspicuitate tituli praefixi, & eligenda veriori sententia. Quid vero sit aliquid cognosci ex alio? declaro in principio c. tertij.

15 Argumeta partis affirmantis.

Videndum modo, quibus argumentis certantes se vtrunque impetebant. Qui propendent in partem affirmantem, supponunt prius Deum cognoscere creaturas possibiles, non solum in sua omnipotentia, sed etiam in se ipsis independentem a cognitione omnipotentiae adeo, ut si per impossibile, Deo creaturas non cognosceret in omnipotentia, adhuc in ipso relinqueretur scientia creaturarum in se ipsis. Hoc supponunt, quia id necessarium purant ad tutandam partem affirmantem; suppositum vero, in quantum ponit per impossibile nullam creaturam a Deo videri ex vi visionis ipsius, defacto ita contingere fuisse defendit P. Vazquez 1. parte tom. 1. disp. 50. in cuius articulo 6. pro ea allegat Bonaventuram, Scotum, Gabrielem, Almainum, Maiorem, Marsilium, Okamum, Petrum Aliacensem, Palludanum, imo D. Thom. ad suam etiam sententiam reducere contendit. Suppositum ergo illud, non ut impossibile, sed ut a nobilibus Theologis probabile reputatum, dandum est huic parti.

1. Argum.

Eo supposito, sic probant primo, cognitio Dei, qua creaturas in se independentem ab omnipotentia cognoscit, est comprehensiuarum; ergo per ipsam comprehendit Deum ordinem transcendentem dependentiae essentialis, quem illa, hoc ipso, quod creaturae Dei sint, habent ad ipsum. Consequentia haec euidens est, quia ordo is transcendentis est de essentia creaturarum, & cognitionem comprehensiuam nihil rei comprehensa latere potest, nedum essentiali lateat. Ex hac consequentia, sic infero secundam; ergo Deus in comprehensione talis ordinis necessario cognoscitur, ut terminus eius saltim indirecte, & in obliquo, ergo Deus se cognoscit, non solum in se ipso, sed in alio, scilicet in creaturis.

2. Argum.

Secundo probatur ab exemplo; Angelus hoc ipso, quod creaturas comprehendit naturales, necessario Deum cognoscit, ut terminum essentialis dependentiae, quatenus in natura creaturae comprehensa videt eam dependere

a Deo, ergo pari ratione de Deo dicendum est, maxime cum Deus infinite perfectus, quae Angelus supercomprehendat creaturas.

Tertio, Deus cognoscit effectum in causa; Argum. propter continentiam causa; ergo est conuerso causam in effectu propter dependentiam, & transcendentem ordinem effectus ad causam; ergo ut cognoscit creaturas in se, ut in causa continente, ita, & se in creaturis, ut in dependentia, & ordine ad ipsum.

4. Argum.

Denique a priori, quia modus iste cognoscendi se in creaturis nullam inuoluit imperfectionem, & ex se perfectionem affert; ergo non est Deo negandus. Antecedens probatur primo, quia Deum creaturas in se ipsis cognoscere, est maxima perfectio, ut supponunt, sed cum hac cognitione necessario coniuncta est cognitio sui, ut termini, ut ostensum est in praefatis argumentis; ergo in hac cognitione nulla potest subesse imperfectio; secundo quia ex nullo capite oriri imperfectio potest, non ex eo quod, ut sic, non sit intuitiva Dei, nec explicita Trinitatis; quia ea ipsa cognitio Deum inuenitur, & Trinitate exprimit, nec ex eo, quod sit in alio, quia Deus creaturas in se cognoscit, ergo ex nullo capite. Haec a parte affirmante.

Ex aduersa sententia sectatores, obijciunt primo euerentes potissimum fundamentum, nempe Deum cognoscere creaturas in se ipsis, ut in proprio genere, ut contrarium doctrinae S. Thomae.

16

Secundo obijciunt, cognitio Dei in creaturis, in suo conceptu essentiali includit imperfectionem; ergo neganda est Deo. Antecedens probant primo, quia cognitio talis, ut ad Deum terminatur solum est, quoad an est, non quoad quid est, hoc est, ex vi eius cognitionis solum cognoscit Deus se esse, & esse terminum ordinis transcendentis, non vero cognoscit suam ipsius naturam, & quid sit; omnis autem cognitio non quidditativa ad solam existentiam rei terminata, & non ad essentiam, est imperfecta; ergo haec imperfectionem inuoluit in suo conceptu essentiali. Secundo quia cognitio haec, ut ad Deum terminatur, solum est praecisiua; ergo est imperfecta. Probo antecedens; quia cognoscit existentiam, & non essentiam, & cognoscit unitatem in Deo, quatenus creatura ad Deum, ut unum, solum dicunt ordinem transcendentem; non Trinitatem; ergo est praecisiua. Probo consequentiam, quia cognitio praecisiua non cognoscit rem, ut est in se, sed ex formalitatibus, quae in re idem sunt unam cognoscit, non aliam, atque adeo imperfecte, & in adaequate rem cognoscit; ergo est imperfecta. Tertio, ideo communis sententia remouet a scientia Dei formalem actum simpli-

simplicis apprehensionis, quia ex se est prima intellectus operatio, & inchoatio quædam cognitionis perfectæ Dei; ergo pari ratione cognitio rei, quoad an est, non penetrans quidditatem rei, remouenda est. Probo paritatem rationis, quia cognitio rei, quoad an est, est solum inchoatio cognitionis perfectæ rei, nam ea præsupposita, procedit intellectus ad rei naturam indagandam.

17
1. Concl.
Auctoris
iudicium.

Inter hæc sic arbitror, & diiudico; primo cenfeo immerito primis opinantibus negari suppositum, tum propter rei probabilitatem, tum quia illud sibi admitti volunt tanquam quid impossibile, non destruens præsentis cõtrouersia directam, atque formalem decisionem; tum denique quia etsi verum sit, vt communior fert sententia, Deum cognoscere creaturas in se nõ posse, adhuc negari cenfeo ab ipso Deo creaturas immediate, & directe in se ipsis in proprio genere, vt dicunt, cognosci, de quo disputatione sequenti cap. 4.

2. Concl.

Secundo cenfeo, immerito affirmantis sententiæ sectatores ad hoc suppositum punctum huius difficultatis renocasse. Probo sic, Deum comprehendere creaturas posibles indubitatum est, atque de fide certum, quo quomodo id fiat, siue in omnipotentia Dei, siue in ipsis creaturis, itaque modus comprehensionis sub opinione est, non ipsa comprehensio; ergo nec sub opinione est Deum comprehendere ordinem transcendentalem essentialis dependentiæ, quem creaturæ in quocumque statu, siue possibili, siue existentia habent ad Deum; nam, vt notabam supra, is ordo transcendentis latere non potest notitiam comprehensiuam, quippe quæ exhaurit totam rei cognoscibilitatem; atqui ex comprehensione huius ordinis hi opinantes deducere conantur, Deum in eo cognoscendum esse aliquo modo vt terminum eius ordinis; ergo non erat cur redigerent sententiam, quam tuebantur, ad illud suppositum, quod adhuc sub iudice est, cum omnia eorum argumenta eundem prorsus locum habeant, data illis sola comprehensione talis ordinis, quam fides diuina dat omnibus catholicis.

3. Concl.

Cenfeo tertio, & pro parte affirmante sententiam meam pronutio, ea intellecta, vt mox subiugio. Ad eam confirmandam summo doctrinam, quam docui 3. parte quæst. 11. differens de scientia indita animæ Christi, vbi præter scientiam beatam, qua Christus Deum intuitiue in se ipso inuebat, ex communi Theologorum sententia, docui habere scientiam inditam per quam comprehendebat res creatas naturales & supernaturales, & in ipsis Deum, quoad an est, per comprehensionem ordinis transcendentis essentialis dependentiæ crea-

turarum ad Deum. Itaque idem Christi intellectus per vnã scientiam actualem cognoscit Deum intuitiue vt in se est per aliam in alio, indirecte, vt terminum ordinis transcendentis, nec Theologi grauisimi, quos ibi pro me allegavi, & nobiscum senserunt ei modo cognoscendi aliquam imperfectionem necessario annexam arbitrati sunt, præter communes imperfectiones cuiusuis scientiæ creatæ, vt quod sit accidens dependens ab obiecto indigeat specie intentionali, habeat principium recipiens, & efficiens &c. Ergo seclusis ijs communibus imperfectionibus, non video quare vna simplicissima scientia Dei simul esse non possit, & cognitio comprehensiuæ sui in se ipso, & cognitio indirecta sui in alio, vt terminus ordinis transcendentis ad ipsum; ita vt ex vi cognitionis, quam haurit sui in hoc ordine Deus habeat de se hoc iudicium, *ad me ipsum secundum propriam rationem meam, non ad alium, nec secundum rationem communem mihi, & alijs terminatur ordo transcendentis creaturarum, quatenus ipsa ex propriissima ratione creaturæ, vt sint, quo quomodo sint, me exigunt auctorem, & omnipotentem.* Rationes partis affirmantis hoc efficaciter probant, nullam autem subesse imperfectionem in hac scientia, vt à nobis ponenda, ex obiectiõibus differte explicatis manifestius fiet.

Ad primam obiectiõnem constat ex prima nostra censure, quam immerito negetur suppositum parti affirmanti. Constat etiam ex secunda nec ab eo pendere veritatem, quam nitimur continere partem; quæ affirmat.

Ad secundam obiectiõnem, quæ contendit imperfectionem subesse in hac scientia, negandum est antecedens, quod triplici probatione confirmabatur. Ad primam probationem nego antecedens; quia cognitio illa ex parte sua semper est comprehensiuæ respectu sui obiecti directi; ita quod nec ratione nostra præscindere possimus in ea formalitatem, per quam terminatur ad Deum, à formalitate, per quam terminatur ad creaturas, vnde propositio illa probationis *scientia illa præcisit, vt terminatur ad Deum est abstractiua*, falsa, est, & de subiecto nõ supponente. Falsa quia subsumit scientiam præcisit, vt terminatur ad Deum, cum hæc præcisio fieri non possit, vt dixi, & licet nos vti possimus terminis significantibus præcisionem, non possumus vero eos illi scientiæ applicare; quia in se impræscindibilis est; & ideo etiam est de subiecto non supponente, quia supponit pro scientia præscidente, & solum ad Deum terminata, cum nulla talis sit. Est ergo illa scientia simul comprehensiuæ creaturarum, quæ sunt obiectum directum eius, & eminentem solum, seu mensius æquiualem abstractiuam respectu

18

Ref. ad argumta sententia negantis.
Cognitiõnem Dei in alio nõ esse formaliter abstractiuam sed solum æquiualem.

pectu obiecti indirecti, & obliqui. Itaque ego remouendam cenfeo a diuina scientia omnem cognitionem formaliter abstractiuam, eo quod existimem imperfectionem includere propter hæc ratione. Nam vel obiectum quod cognoscit abstractiue in se cognoscit; vel in alio? si in se? ergo imperfecte cognoscit, nam cum omne obiectum in se quidditatiue, & comprehensiuæ cognoscibile sit, cognitio sistens in abstractione, non cognoscit illud, quantum cognoscibile est, atq; adeo defectus perfectioris scientiæ ex intelligente procedit: si in alio? tunc peto, aut illud aliud comprehendit, vel non? si nõ comprehendit, reddit argumentum factum, si comprehendit: ergo cognitio illa, qua obiectum indirectum abstractiue attingitur ex suo conceptu essentiali, est cognitio comprehensiuæ respectu obiecti directi, in quo casu veramur modo, & tunc propter maximam eius comprehensionis perfectionem habet penetrare quidquid cum obiecto directe comprehenso connexionem habet in ratione cognoscibilis, eo modo quo in obiecto directe comprehenso cognoscibile est, tantum abest ab imperfectione in cognitione hæc penetratio usque ad obiectum indirectum, vt impossibile sit à comprehensione perfecta nõ attingi illud v. g. in nostro casu, Deus comprehendens ordinem transcendentalem essentialis dependentiæ creaturarum ad ipsum, si in eo non cognosceret Deum ipsum, & non alium esse proprium terminum, quem exigunt creaturæ per dependentiam essentialem, non penetraret illas, quantum penetrabiles sunt, vt clare constat.

Quando vero dico, eam cognitionem solum esse eminentem, seu æquiualem abstractiuam, id volo, non posse in Deo distingui, & constitui ratione nostra duo iudicia, alterum quo affirmat, creaturas omnes habere ordinem essentialis dependentiæ ad Deum, alterum quasi ex hoc illatum, quo affirmet Deum esse. Id enim spectat ad cognitionem vnus, ex alio, de qua cap. 3. solum ergo constituimus primum illud iudicium, quo indirecte, & in obliquo attingitur Deus in alio, quod appellamus eminentem, seu æquiualem abstractiuum, quia in eo formale abstractiuum continetur, & ex eo legitima eius illatio fieri posset, nisi ei subesset imperfectio, ex eo autem quod iudicio formali abstractiuo in fit imperfectio, non fit in esse illa eminentem solū abstractiuo, vt constat. Ex quo patet, ad secundam probationem, negandum esse cognitionem illam formaliter esse præcisiuam, & affirmare formaliter Deum existere, Deum esse vnum, cum solum affirmet creaturas habere ordinem essentialis dependentiæ ad Deum existentem, ad Deum omnipotentem, quod iudicium formaliter non est illud, sed solum eminentem, seu

æquiualem. Vide in tractatu 2. disput. 15. cap. 2.

Ad tertiam probationem respondeo, solum probare ita repugnare Deo cognitionem abstractiuam obiecti directi, sicut repugnat simplex apprehensio formalis, primaque operatio intellectus, non vero probat cognitionem abstractiuam virtualiter repugnare, sicut nec repugnat simplex apprehensio virtualis. Solida vero ratio quare formalis simplex apprehensio in Deo nõ sit, ea mihi est, quia omne obiectum, quod simpliciter apprehenditur, hoc ipso est seibile per iudicium, etenim necessarium est, quod omnis res cõstet quibusdam prædicatis, quæ de ea affirmari possint, & quibusdam non constet, quæ de ea negari possint. Vnde cognitio sistens in simplici apprehensione in quocumque obiecto, non penetrat illud, quantum penetrabile est, cum amplius penetrabile sit, per iudicium, at terminus ordinis transcendentis in comprehensione eius, non est amplius cognoscibilis, quæ à Deo cognoscitur.

Obijcies, hoc discursu probari posse in Deo inueniri iudicium probabile obscurum & fallibile, quod absurdum esse nemo est, qui nesciat. Vt probem sequellâ summo tria certa iudicia, & primū affirmat Deum esse trinū, & vnum probabiliter, secundum, fide diuina, tertium, fide humana. Hæc iudicia comprehendantur à Deo, ergo per nos eam comprehensionem terminatur ad ipsum indirecte, & in obliquo. Tunc sic instruo argumentum. Ordines transcendentales primi, secundi, & tertij iudicij inrer se distinguuntur specie; ergo in comprehensione ordinis proprii iudicij probabilis, solū Deus cognoscit se esse probabiliter, & in comprehensione ordinis iudicij diuini, solum obscure, & in comprehensione ordinis iudicij humani, solum fallibiliter. Probo hanc consequentiam, hoc ipso quod Deus comprehendat ordinem ad ipsum necessario se cognoscit, vt terminum ordinis, quantum cognoscibilis est, sed in his ordinibus solum cognoscibilis est probabiliter, obscure, & fallibiliter; ergo sic se cognoscit.

Respondeo tria illa iudicia dupliciter à nobis considerari posse. Primo secundum conceptum communem creaturarum, per quem essentialiter pendet à Deo. Secundo, vt sunt tales creaturæ, sic de Deo iudicantes; secundum priorem considerationem, iam dixi, solum Deum sic iudicare: *ordo transcendentis essentialis dependentiæ harum creaturarum me exigat, vt terminum proprium, meamque omnipotentiam, vt principium effectiuum; quod iudicium non esse formaliter abstractiuum constat ex dictis.* Secundum posteriorem consi-

Simplex
apprehensio
formalis
non est in
Deo.

19
Obiectio
difficilis.

Responso.

Doctrina
notandâ.

derationem solum sunt in Deo hæc iudicia. *Hi actus iudicant me esse unum, & trinum, primus probabiliter, secundus obscure, tertius fallibiliter.* Hos vero tres actus, ita de Deo iudicare, Deus cognoscit evidentissime, & comprehensue. Ex his iudicijs bene inferuntur alia, scilicet, ex primo iudicio inferitur probabiliter, Deum esse; ex secundo inferitur certo, & obscure, Deum esse; ex tertio inferitur incerto, & obscure Deum esse trinum, & unum: hæc quidem iudicia in se evidentissima sunt, non probabilia, non fidei diuinæ, aut humanæ; nihilominus non sunt formaliter prima illa iudicia, sed eminenter in illis continentur, quatenus ex eis deduci possunt, ut dixi. Quod vero evidentiam in se contineant patet, quia iudicium probabile supponit rei probabilitatem obiectiuam, & iudicium fidei diuinæ supponit primam veritatem reuelatam, & iudicium humanum supponit hominem fide dignum dicentem Deum esse trinum, & unum; ex hoc vero; & præcipue post facta iudicia circa hæc obiecta per comprehensionem eorum euidenter inferitur, ex vi primi iudicij, probabile esse, Deum esse trinum, & unum; ex vi secundi, de fide diuina esse; ex vi tertij, de fide humana.

In quo aduerte ex illis præmissis duas inferri posse conclusiones, aliam absolutam, & directe affirmantem *Deus est trinus, & unus,* & hæc illata, ex primo, & tertio iudicio, solum habebit veritatem probabilem, & fallibilem; cui falsum subesse posset; ex secundo obscuram, & certam. Alia quæ solum affirmet reflexe, ex vi illorum trium iudiciorum *Deum esse trinum, & unum probabile esse,* de fide diuinæ, & humana esse, quæ omnino euidens est. Nos vero neutram harum conclusionum damus intellectui diuino, sed solum iudicium illud comprehensiuum ordinis transcendentis, actum in quibus se cognoscit, ut terminum iudicij probabiliter, obscure, & fallibiliter affirmantis se esse trinum, & unum. In quo nullam esse imperfectionem obscuritatis, aut fallibilitatis constat, quia comprehensiuum est obiecti directi. Exhucusque dictis satis liquet, conclusionem, quæ affirmat Deum se in alio cognoscere, immerito nouitatis insimulari posse: cum ea immediate adhareat, iniciturque; veritati sanctæ si diuina, nempe Deum comprehensiuè cognoscere omnem ordinem transcendentem essentialis dependentiæ creaturarum ad se ipsum.

Cap. 3. Deus non se cognoscit ex alio.

20 Cognosci a liquid ex alio, quid.



COGNOSCI aliquid ex alio est cognosci illud aliud immediate, & directe in se, per cognitionem tamen determinatam ex alterius cognitione, hoc pacto conclusionem cognoscimus ex præcognitis præmissis; in nobis vero, qui distinctis utimur cognitionibus regulariter, quando hoc ex illo cognoscimus, duplex est determinatio, alia obiectiua, tenens se ex parte rerum cognitarum, alia quasi formalis, tenens se ex parte actuum cognoscentium. Hæc secunda determinatio in actibus nascitur ex prima determinatione obiectiua; ea quæ est in actibus, in eo consistit, quod cognitio terminata ad priorem rationem in obiecto, quæ apta est, ut ex ea conficiatur demonstratio propter quid, determinat virtutem cognoscendi ad alium actum terminatum ad posteriorem rationem in obiecto, ad eum fere modum quo cognitio appetibilis præcedens allicit principium appetendi ad appetitum, hoc interueniente discrimine, quod cognitio non sepe determinat ad appetitum: prior vero cognitio determinat ad posteriorem. Determinatio vero obiectiua solum consistit in connexionem, obiectorum inter se, ratione cuius unum ex alio scibile est, sine à priori, siue à posteriori, unde

in scientia Dei, si per eam Deus posset unum ex alio cognoscere, cum in ipsa non sit discursus, nec formalis actuum distinctio ex natura rei, solum esse potest obiectiua determinatio, & quædam actuum distinctio rationis, propter quam dicamus unum actum priorem esse ratione alio, & posteriorè esse deductum ex alio ratione nostra propter virtutem determinandi, quæ habet quæcunq; vero ex illis, suum directum atq; immediatum, obiectum habere; primum, rationem primariam obiectiuam, secundum, secundariam. Hoc præsupposito, statim puto questionem resoluendam, quia affinis est nostræ resolutioni capituli præcedentis, hæc conclusione, *Deus non se cognoscit ex creaturis.* Conclusio hæc videtur expressa S. Thomæ in hac quæst. art. 6. ad secundum, ubi in hæc verba, *Ad secundum dicendum quod essentia creaturæ comparatur ad essentiam Dei, ut actus imperfectus ad perfectum, & ideo essentia creaturæ non sufficienter ducit in cognitionem essentia diuinæ, sed è conuerso.* In quibus verbis expresse affirmat Angelicus Doctor cognitionem deductam ex essentia creaturæ, & procedentem ad essentiam Dei necessario fore imperfectam, è conuerso vero conclusionem deductam ex cognitione essentia Dei, & procedentem ad cognitionem creatu-

In scientia Dei solum obiectiua determinatio.

21 Concl.

D. Thom.

Idem

ra non esse imperfectam. Et artic. 7. in corpore ubi distinguens in nostra scientia duplicem discursum, alium secundum successiorem, alium secundum causalitatem, & utrumque negans Deo sic concludit, *unde manifestum est, quod quando cognoscitur primum, adhuc ignoratur secundum, & sic secundum non cognoscitur in primo, sed ex primo, terminus vero discursus est, quando secundum videtur in primo, resolutis effectibus in causas, & tunc cessat discursus, &c.* In his verbis profunde, distinguit cognitionem rei in alio, à cognitione rei ex alio, primam expresse concedit Deo, & negat in ea esse discursum. ibi, *unde cum Deus effectus suos in se ipso videat sicut in causas, eius cognitio non est discursiva, secundam negat, & affirmat in ea esse discursum cum aliqua imperfectione, quam iam explico.* Testimonium hoc mirifice confirmat doctrinam nostram utriusque capituli.

Ratione probatur.

Ratione sic probo conclusionem, cognitio Dei ex creaturis continet in se duas formales cognitiones ratione nostra cum fundamento in nostris conceptibus, prima terminatur ad creaturas directe, atq; immediate, & hæc perfecta est, & comprehensiuæ, secunda ad Deum ipsum immediate, & directe in se, ex priori cognitione creaturarum quodammodo procedens, quæ necessario imperfecta est: ergo cognitio Dei ex creaturis neganda est Deo. Hanc partem antecedentis possemus probare: quia cognitio hæc videtur dependens à prima; omnis autem dependentia dicit imperfectionem; ergo, &c. Hac ratione supra vsi sumus disput. 2. cap. 3. ad negandum Deo potentiam intellectiuam etiam ratione nostra, quia scilicet omnis actus secundus vitalis obfolui non potest etiam per rationem ab actu primo, & potètia vitali. Sed abstinere ab hac probatione; propterea quod patitur instantiam illam de voluntione Dei, quæ cum supponat cognitionem, à qua nostræ voluntiones pendent, nihilominus tamen damus Deo tum voluntionem, tum intellectionem formaliter absq; dependentia, cum quadam præsuppositione rationis, quæ ego per hanc conditionalem explicare soleo, *si distingueretur in Deo realiter intellectu, & voluntio; hæc illam præsupponeret realiter; non è contra; & si in Deo esset vera dependentia, voluntio penderet ab intellectu; non è contra, itaq; ut ponimus voluntionem, & intellectionem formaliter absq; omni dependentia, & imperfectione, ita constitutere quis posset cognitionem sui in Deo ex creaturis formaliter absq; vlla dependentia cognitionis Dei ex creaturis à cognitione creaturarum in se, & ad hoc ita constituendum ei suppeteret optima ratio à priori nostris principijs valde consentanea, videlicet, quod ut voluntio non è pa-*

Volitio in Deo ponenda, sine dependentia ab intellectu.

ratur ad intellectionem, tanquam ad actum primum elicituum, & receptiuum eius, ita cognitio Dei ex creaturis non esset comparanda ad cognitionem creaturarum in se tanquam ad actum primum elicituum, & receptiuum eius.

Qua propter hæc est eius antecedentis solidior mihi probatio, hoc secundum iudicium Dei ratione nostra illatum ex primo non cognoscit naturam Dei, sed solum affirmat ipsum existere, non cognoscit ipsum esse trinum in personis, quando deducitur ex ordine creaturarum perse respiciente Deum, ut unum, non ut trinum; ergo hoc iudicium, Deum cognoscit abstractè, & inadæquatè, ergo in se inuoluit imperfectionem. Probo consequentiã hanc quia omnis cognitio præcisissima, & adæquata est confusa, quippe quæ non cognoscit rem, ut est in se, sed omnis cognitio confusa imperfecta est, ut constat, ergo, &c.

22 Probatio solida.

Dices; Deum non esse amplius cognoscibilem ex creaturis, ideoq; imperfectionem habere non in cognoscentem, sed in obiectum referendam esse. Respondeo verum esse antecedens obiectum, ex eo tamen non fieri, tale iudicium Deo adscribendum esse, non quod Deus, non cognosceret se ex creaturis, quantum ex ipsis cognoscibilis est, sed quod ex earum cognoscibilitate, licet illam expleat Deus, haurire sibi non possit cognitionem sui non imperfectam, qua ratione negamus Deo iudicium probabile ex principio probabili illatum, licet ex tali principio solum conclusio probabiliter cognoscibilis sit, quia in ipso assensu probabili est imbibita imperfectio fallibilitatis; pariter quia in nostro iudicio ex creaturis est imbibita imperfectio præcisionis, & confusionsis, neganda est Deo, etsi alio modo ex creaturis cognoscibilis non sit.

Replea

Solutio.

Alia obiectio.

Obijcies primo ex doctrina nostra, c. 2. statuta, non repugnat Deo cognitio præcisiva, & inadæquata ipsius, ut termini indirecte, & in obliquo cogniti; ergo non repugnabit cognitio præcisiva, & inadæquata Deo, ut obiecti directi & immediati. Urge obiectionem; ideo nos concedimus in nostris principijs cognitionem Dei in alio, etsi præcisivam, & inadæquatam, quia cognitio Dei, & alterius, ad eum in se indiuisibilis est, ut nec ratione nostra præscindi possit cognitio Dei à cognitione illius alterius, sed etsi concedam cognitionem directam Dei ex creaturis, tum ad creaturas in se, tum ad Deum ex creaturis terminatum immediate, non poterimus præscindere unam cognitionem ab alia, ergo vel utraq; concedenda est, vel neutra. Probo hanc minorem, quia fundamentum cognitionis præcisivæ, si quod datur, est distinctio virtualis intrinseca in diuinis, ut docui disput. 2. cap. 3. numer. 18. & disput. 4. capit. 1. nu. 6.

Confirmatur.

ad finem ; sed inter cognitionem Dei ex creaturis , & cognitionem creaturarum in se, non est hec virtualis distinctio; ergo non potest prascindi vna cognitio ab alia.

Alia Obiectio.

Obijcies secundo Angelus per comprehensionem creaturarum per alium actum ex illa illarum cognoscit Deum esse; ergo pariter Deus

23 Resp. ad 1.

Ad primam obiectionem, nego consequentiam, quia cognitio praevisiva formaliter, & inadaequata, est imperfecta, non vero cognitio eminenter, seu aequivalenter praevisiva obiecti indirecti. Vtrumque iam declaravi supra, istud capite secundo, illud vero cap. 3.

Ad confirmationem obiectionis damus in neutro casu nos admittere praecisionem; negamus, propter solam impraevisionem, nos admittisse cognitionem Dei in alio, sed quia in cognitione Dei in alio maxima est perfectio sine ulla imperfectione; at cognitio Dei ex aliis duabus formalitatibus, & actus ratione nostra secum affert, nepe duo illa iudicia explicata; sicut iustitia, & misericordia in divinis duas afferunt formalitates virtutum moralium, siue vna sit praecindibilis ab alia, siue non. Fundamentum ad concipiendam hanc per modum duarum formalitatum habemus in nostris actibus, tum in intellectu, tum in voluntate; in intellectu, quatenus diversis assensibus, principiis, & conclusionibus effertimus, in voluntate quatenus in nobis distincta virtus est iustitia a misericordia, quod si in actu formali iustitiae specialis, communitativae, aut distributivae, esset essentialiter in-

Doctrina notanda.

clusa imperfectio, ut plures hodie opinantur, nihilominus non esset Deo concedendus, etsi non posset praecindi a misericordia, si semel concederetur. Ita si in iudicio isto Dei ex creaturis est inclusa imperfectio, quam iam explicui, non est Deo concedendum, etsi, eo semel concessio, praecindi non posset a comprehensione creaturarum in se. Duplex itaque involuitur diversa quaestio in obiectione, in qua committitur aequivocatio, ex diversis principiis definienda. Prima an aliqua formalitas sit in Deo constituenda, nec ne? Quae definienda est ex eo quod illa in suo conceptu formali involvat imperfectionem, aut non involvat. Secunda an posita illa formalitate in Deo, ab alia, quae in ipso est, praecindi ratione possit vel non? Ad quam definiendam multum iuvat distinctio illa virtualis intrinseca. In eo peccat obiectio, quod nititur constituere formalitatem in Deo propter impraevisionem, cum constituere deberet illam propter perfectionem sine imperfectione.

Ad secundam obiectionem nego, sequellam. Negationis sequellae ratio clara est, quia Angelo non repugnat cognitio imperfecta, sicut Deo. An vero propter dicta etiam repugnet Deo cognitio creaturarum ex sua omnipotentia definitio disput. 5. cap. 5. & an, ad abstergendam formalitatem quae de se imperfecta est sufficiat identitas cum Deo, definitio tractatu de voluntate Dei, disput. 15. cap. 2. quo modo aliqui recentiores accurrunt huic difficultati.

Resp. ad 1.

Cap. 4. Deus se comprehendit.

24 S. Thom. art. 3.



VM Theologi Scholastici in materiam de Dei incomprehensibilitate incidunt, solemne illis est, varias comprehensionis usurpationes referre. Id solum nostro instituto sufficiens, si ita tueamur Deum se comprehendere, ut simul viam sternamus, qua divina incomprehensibilitas respectu cuiuscumque creaturae, etiam de potentia absoluta facile defendi possit, nec est animus aliorum placita referendi, aut refellendi, sed doctrinam nostram confirmandi, & ab obiectionibus propugnandi.

Quid comprehensionis ex Aug.

Naturam comprehensionis diserte explicui in hac 1. p. ad quaest. 56. S. Thom. in materia de Angelis. ibique; Scholastico more alijs comprehensionis usurpationibus relictis eam docui comprehensionem esse, quam definiuit Augustinus perspicuo ingenio epist. 112. cap. 8. his verbis, Aliud est videre, aliud est totum videndo comprehendere, quando quidem id videtur quod praesens vrcumq; sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil eius lateat videntem; aut cuius fines circumscribi possunt. In quibus verbis duas con-

August.

ditiones videtur postulare Augustinus ad exactam, perfectamque, comprehensionem. Prima, ut res ita cognoscatur, ut nihil eius lateat, hoc est, nihil in ea formaliter existens, deinde nihil alterius, hoc est, nihil quod in illa, aut ex illa cognosci potest, lateat comprehendentem. Secunda, quod ea cognitione perfecta res comprehensa cognoscatur, qualem petit nobilitas cognoscibilitatis obiecti. Primam harum conditionum explicuit Augustinus in illis verbis ut nihil eius lateat videntem, secundam in illis, cuius fines circumscribi possunt: nam duplici perfectione constare debere omnem perfectam comprehensionem, alia extensiva, per quam nihil lateat, alia intensiva substantiali intensione, non graduali, perquam prorsus fines rei circumscribiantur, hoc est, tam alte res penetretur, quam ipsa penetrari petit, statim demonstro. Vtrumque; hanc perfectionem brebibus verbis complexus est Idem Augustinus lib. 12. de Civit. c. 18. ibi, quia quidquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur, hoc est, quasi continetur in capacitate, & representatione cognitionis, ita ut ea exaequetur, & concludatur

Comprehensionis perfecta duplex conditio.

August.

datur tota rei cognoscibilitas; atqui certum est rei cognoscibilitatem non exaequari, aut concludi ex omnium rerum, quae in obiecto sunt, cognitione, aut earum, quae in illo, aut ex illo possunt cognosci, sed praeterea necessarium est, quod ipsa cognitionis substantia in sua intrinseca perfectione talis sit, quae congruat intrinsece etiam cognoscibilitati obiecti in sua intrinseca perfectione; nam ut obiecta ipsa diversam participant hanc intrinsecam cognoscibilitatem, quaedam nobilitatem, quaedam ignobiliorem pro cuiuscumque rei natura, ita non omnis cognitio congruit cuiuscumque obiecti cognoscibilitati, etsi ex alia parte ad omnia obiecti sese extendat.

25 Offeditur ex S. Tho.

Et certe hic est legitimus discursus S. Thomae in hac quaestione, artic. 3. vbi describens comprehensionem, ait tunc contingere quando res cognoscitur, ita, perfecte, sicut cognoscibilis est, exemplum ponit suae doctrinae his verbis sicut propositio demonstrabilis comprehenditur, quando scitur per demonstrationem, non autem quando cognoscitur per aliquam rationem probabilem. Ecce duas affirmat esse partes perfectae demonstrationis, aliam, qua cognoscitur, totum cognoscibile, & haec sola insufficientis est, quia si cognoscatur probabiliter solum, aut non tam perfecte, quam res petit cognosci, etsi evidenter cognosceretur, comprehensio non esset. Idem docuit quaest. 12. art. 7. ibi, Illud comprehenditur quod perfecte cognoscitur; perfecte autem cognoscitur, quod ita tum cognoscitur, quantum cognoscibile est, nullus autem intellectus creatus pertingere potest ad illum perfectum modum cognoscendi divina essentia, quo cognoscibilis est, quod sic patet, vnumquodque enim sic cognoscibile est secundum quod est ens actu, Deus igitur cuius esse est infinitum, ut supra ostensum est infinite cognoscibilis est. In his verbis solum videtur S. Thomas meminisse alterius conditionis ex duabus explicatis, nempe perfectionis intensivae: etenim ex perfectione Dei, qua est ens a se in actu, & in finitum nulla facta mentione multitudinis, in Deo, & ex Deo cognoscibilis, deducit, comprehensionem Dei praeditam esse debere infinitate in cognitione. A nobis sunt cum D. Thoma omnes discipuli, qui hac vtuntur ratione. Quidam vero ex illis eam non comprehenderunt, ut mox constabit. Praeterea eam videtur secutus Bonaventura in 3. distin. 14. art. 1. quaest. 2. Richardus, art. 1. quaest. 4. Scotus, quaest. 1. §. ad primum argumentum in solutione secundae, probationis argumenti primi. Durandus quaest. 1. n. 10. Maior, in 4. quaest. 1. §. 5.

Bonavent. Richardus. Scotus. Durandus. Maior. 26 Secundum conditio confirmatur ratione.

ratione a priori confirmare prius; postea Patrum testimonijs opere pretium erit, in conditione vero perfectionis extensivae, nihil est negotij, cum ea apud omnes in confesso sit, & perse se perspicua. Alteram ergo conditionem perfectionis intensivae hac ratione probabo. Theologi omnes negant rem spiritualem potentia corporea, de potentia absoluta, videri posse item Deum in se viribus naturae; cuius nulla alia ratio est, nisi quod res spiritualis propter naturae nobilitatem, in se petunt in cognitione, altera spiritualitatem intrinsecam, pariter Deus supernaturalitatem; ergo obiecti nobilitas in cognoscibilitate, quae sequitur naturam eius, veluti propria passio taxat in cognitione perfectionem intensivam substantialem quae vt dixi, non consistit in graduali intensivae accidentaria, quam etiam habere potest corporea visio, & intellectio naturae viribus elicitae, sed in substantiali naturae specificae perfectione.

Confirmo discursum, quod res est in sua substantia perfectior, eo amabilior, petitque amorem in sua substantia perfectiorem, quae ratione Theologi omnes dicunt Dei bonitatem, a nulla creatura pro dignitate amari posse de potentia absoluta; ergo similiter quod res in natura perfectior est, eo sibi vendicat veritatem obiectivam perfectiorem; nam verum, & bonum hac ratione dicuntur passionem entis; ergo vt nulla creatura bonitatem Dei pro dignitate amare potest, ita etiam cognoscere, nam vt amor ille Dei ita congruit divinae bonitati, vt ille solus ipsam exhauriat, & exaequet, similiter cognitio illa Dei, ita congruit divinae veritati obiectivae, vt illa sola eam exhauriat, & exaequet.

Ex hac quidem ratione totum huius rei negotium mihi per actum esse videtur, nam ex ea, primo constat Deum se comprehendere, quam veritatem esse fide certam dixi & probavi cap. 1. num. 3. ex Paulo 1. epist. ad Corinth. cap. 2. Deinde a nulla creatura Deum comprehendere posse ex eadem conclusum est, nam sola cognitio Dei secundum perfectionem intrinsecam, quam habet in ratione cognitionis exaequat perfectionem cognoscibilitatis Dei, in ratione cognoscibilis, non enim superat illam, cum Dei cognoscibilitas essentialiter insuperabilis sit a cognitione; ergo quam certum est nullam cognitionem creatam, tam perfectam esse posse in ratione cognitionis, quam est intellectio illa Dei, qua natura divina constituitur, vt docui, disp. 3. tam certum est, Deum incomprehensibile esse a creatura, etiam per potentiam Dei absolutam.

Greg. Mag. Nec desunt Sancti Patres, qui hanc eam confirmantur Patrum reddi- testimonijs

Paulus.

27



Greg. Mag. reddiderunt. Gregorius Magnus 127 Moral; capit. 28. in fine loquens de Beatis ait, nec tamen videbimus sicut videt ipse se ipsum, longe quippe dispariter videt creator se, quam videt creatura creatorem. Nam quantum ad immensitatem Dei quidem nobis modus figuratur contemplationis, quia eo ipso pondere circumscribimur, quo creatura sumus. Quibus verbis, ideo docet immensam perfectionis pelagum a nobis ideo comprehendendi non posse, quia quo creatura sumus fines nostrae contemplationis positos ita habemus, ut eum visionis modum pertingere non possimus, quem immensitas petit, & quo ipse se videt.

Augost. Augustinus lib. 4. de Genesi ad litteram cap. 6. *quantquam (ait) etsi corda mundissima, & mentes simplicissimas gereremus sanctis que Angelis iam essemus aequales, non vti que nobis ita esset nota diuina substantia, sicut ipsa sibi.* Atqui, donec ita sit nota nobis diuina substantia, sicut ipsa sibi, non comprehendimus illam, quia omnem cognitionem, quam Deus de se habet, proprio iure exigit sibi diuina cognoscibilitas, ergo ut nequit esse nobis, ita nota diuina substantia, sicut ipsa sibi, ita nequit a nobis comprehendi. Fulgentius in doctrina Augustinianus in libro responsionum ad Ferrandum Diaconum ad quaest. tertiam hunc locum exponens, nostram sententiam expresse tradidisse videtur, nam reddens rationem dicti Augustini sic ait, *Quia ipsa diuinitas sic se nouit, ut inueniat se esse, quod nouit, anima vero ita nouit deitatem, ut Deitas non sit.* Ac si diceret, ideo ipsa diuinitas se comprehendit, quia se cognoscit ipsa diuinitate, & cognoscendo se ipsa diuinitate, cognoscit, ipsam diuinitatem esse cognitam, tantam ergo exigit exequationem & correspondentiam inter ipsam diuinitatem, & cognitionem eius comprehensiuam ut necessarium ad hoc esse censet, ipsam cognitionem nihil aliud esse, quam ipsam diuinitatem, & ideo concludit, *quia anima non nouit deitatem, ita ut ipsa deitas se, deitatem non comprehendit: nihil dicere poterat, aut pulchrius pro nostro instituto, aut ad nostram doctrinam accommodari.*

Cyrillus Denique Cirillus Ierosolimitanus; Charesolimi thechessi sexta haec ait *Ad monet igitur nostranus dis-infirmis nostrae Dominus dicens, Deum ne iunguit eo mo vidit unquam, quid igitur (dicat aliquis) gnitionem non scriptum est, quod Angeli paruulorum intuitiuam, semper vident faciem Patris, qui in Caelis a somno est? vident sane Angeli, sed non ita ut est, bensina. sed secundum quod est, & ipsi capiunt. Ip-*

se enim alias dicit quod Patrem nemo vidit, nisi qui est de Caelo, hic vidit Patrem, vident Angeli ut aiunt capiunt, & Archangeli ita ut possunt, Trhoni vero, & Dominaciones plus quidem quam illi, sed minus, quam pro Dei benignitate, solus autem Spiritus sanctus, ut oportet videt. Ecce distinxit euidenter, cognitionem beatorum intuitiuam, a cognitione Dei ipsius comprehensiuam, hancque constituit in eo, quod videat ipsum pro benignitate, & ut oportet, hoc est, pro dignitate, & ut exigit videri, non captu limitato, vti est creatus, sed illimitato, vti est diuinus.

Scio P. Vazquez 1. parte disput. 52. haec, & alia testimonia alio detorquere aggressum, ut defendat, non esse de fide Deum esse incomprehensibilem contra quosdam recentiores ex nostris, inter quos est P. Suarez 3. parte disp. 126. & 1. part. lib. 2 cap. 29. & P. Salas 1. 2. disp. 4. sec. 6. de qua re modo non curio, quia negabit nemo, veritatem hanc esse ita calculo omnium Theologorum confirmatam, ut sine ausu temerario, aut erroneo hodie negari non possit, idque praecipue testimonijs Patrum confirmandum esse; ea vero praesupposita veritate, testimonia praefata aptissima esse ad nostram doctrinam confirmandam, & verba ipsorum subiecta, & glossulae nostrae aperte demonstrant.

Testimonium in contrarium D. Thomae firmitudinem huius nostrae doctrinae solum eleuare potest, duo sunt loca, quae ex diametro cum ea pugnare videntur, alterum est 1. parte q. 12. artic. 8. in haec verba *Ille igitur intellectus potest in causa cognoscere omnes causas effectus, & omnes rationes effectuum, qui causam totaliter comprehendit. Nullus autem intellectus creatus totaliter Deum comprehendere potest, ut ostensum est. Nullus igitur intellectus creatus videndo Deum potest cognoscere omnia, quae Deus facit, vel potest facere, hoc enim esset comprehendere eius virtutem.* Ergo D. Thomas ad comprehensionem virtutis Dei, solum petit alteram comprehensionis conditionem, scilicet extensiuam. Secundus locus est 3. part. quaest. 10. ar. 2. vbi cum dixisset animam Christi non cognoscere in verbo omnia possible, subdit rationem in haec verba, *hoc enim esset comprehendere omnia: quia Deus potest facere, quod esset comprehendere aui nam virtutem, & per consequens diuinam essentiam; virtus enim qualibet cognoscitur per cognitionem omnium, in qua potest.*

Si testimonia haec nostrae aduersantur doctrinae, prius ipsi D. Thomae aduersentur necesse est: nam ea ex visceribus S. Thomae in testimonijs supra allatis de prompta est. Nullum certe praeter hunc neuum habet.

Retorquetur contra ipsum: Quomodo alij expli- Quidam cent.

28

Obiectio ex D. Tho contra nostram doctrinam.

Consutatur. 1.

Cognitio infinita non esset sufficiens ad comprehendendum Deum.

29 Duplex auctoris expositio S. Tho.

quidam moderni ita intelligenda putant, quod D. Thomas ex visione omnium possible in virtute Dei, quod ea infinita sunt, immediate deducatur infinitatem in visione, & mediate comprehensionem, & propter haec absurda, neget omnium possible visionem in virtute Dei. Sed obstat primo quod illae duae conclusiones D. Thomae non essent legitima, si ea esset eius mens, ut hi putant; nam ut veridica essentia infinita Dei potest in se ipsa absque infinitate in visione, ita infinitudo possible in visione. Porro data hac infinitate, non fieret ex ea altissima ea comprehensio, quam continet doctrina nostra, nec enim ad eam sufficiens est quaecumque infinitudo in genere cognitionis, sed ea quae est infinita simpliciter in omni genere cognitionis, qualis est diuina cognitio: vnde ut cognitione creata infinita concessa, ea tamen in ratione cognitionis adhuc superaretur in infinitum a diuina cognitione, ita comprehensio Dei non esset.

Obstat secundo, quod argumentum D. Thomae esset imbelles, nam conatur deducere ad absurdum minoris momenti, quam res, de qua disserit, etenim cognitionem infinitam a Deo creari posse, vel non posse, continetur intra cancellos opinionis philosophicae; at Deum incomprehensibilem esse, ut minimum dogma Theologicum est, ut maximum dogma fidei, non bene ergo affirmaretur argumentatio ad absurdum tam parui momenti.

Negotium facescunt loca obiecta, accipe duas expositiones. Prima docet D. Thomam loqui in utroque testimonio de comprehensione extensiuam tantum, eamque negare, tum animae Christi, tum cuiusque Beato. Hanc colligo ex scopo, quem D. Thomas sibi insinuat in eis articulis, nam articulus 8. prima partis hunc habet praefixum titulum. *Vtrum videntes Deum per essentiam, omnia in Deo videant, vbi non agit, an comprehendant, vel non: nam articulo 7. superiori, id tractauerat, & definitum reliquerat non comprehendere; quia non cognoscunt Deum quantum cognoscibilis est: vnde cum in articulo 8. quaerit, an omnia videant in Deo, agit iam de alia cognitione inferiori, quam sit perfectissima comprehensio constans utraque conditione, ideoque argumenta in oppositum obiecta in eo articulo non contendunt probare Deum a Beatis comprehendi, sed omnia ab ipsis in Deo videri. Pariter in articulo 2. quaest. 10. tertiae partis, solum petit, vtrum anima Christi in Verbo cognouerit omnia cum articulo 1. superiori petierit. Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum, siue diuinam naturam! & definito non comprehendere, quia*

infinitum non comprehenditur a finito, ulterius quaesuit articulo 2. an saltem habuerit aliam cognitionem inferiorem, qua omnia in Verbo cognouerit? Ex quibus fit, cum in utroque articulo negat tum Christum, tum Beatum omnia videre in Verbo, non solum negare comprehensionem, quam negauerat iam articulis superioribus, sed aliam inferiorem cognitionem, quae non immerito comprehensio etiam appellari potest saltem extensiuam: nam nomen hoc, a comprehensione corporali per analogiam translatum est ad comprehensionem intentionalem. Vnde ut inter corpora, tunc unum alio comprehenditur, quando latera superficiei conuexae vnus intra latera concavae alterius continentur, etsi profunda rei contentae non attingantur, ita cognitio, quae omnia videret in Verbo comprehensio iure diceretur, quatenus sinu suo, complecteretur omnia, etiam si non attingeret cognoscibilitatem obiecti, ea perfectione intensiuam cognitionis, quam ipsa petit. Hanc etiam comprehensionem minus perfectam, utriusque negat D. Thomas, & Beato, 1. parte in hac quaest. artic. 8. & animae Christi, 3. parte, quaest. 10. artic. 2.

Secunda expositio primam iuuat, affirmat mentem D. Thomae solum esse de comprehensione omnipotentia Dei, ut est virtus productiuam creaturarum, non vero, ut in se est ipse Deus. Hanc verba D. Thomae, si attente discutiantur, indicant, nam artic. 8. sic ait *hoc enim esset comprehendere eius virtutem, in quibus verbis, si formaliter loquitur, agit de omnipotentia Dei, ut virtus est creaturarum: totus etiam discursus D. Thomae in corpore eius articuli hoc nobis significat, nam vtitur exemplis causa, & principiorum demonstrationis in ordine ad effectus, & conclusiones in eis penetrandas, loquitur ergo de causa, ut causa, & ut solum ad effectum refertur, & non secundum perfectionem, quam in se habet, & de principio demonstratio, ut principium conclusionis est, non secundum perfectionem suam entitatis. Item artic. illo 2. postquam illud omnia distinxisset, & concessisset animam Christi cognoscere omnia, si distribuatur pro omnibus, quae quocumque modo sunt, vel erunt, vel fuerunt, vel facta, vel dicta, vel cogitata a quocumque secundum quodcumque tempus negans omnia cognoscere; si illud omnia extendatur ad omnia quaecumque sunt in potentia Dei, sic ait *hoc enim esset comprehendere omnia, quae Deus potest facere.* Ecce loquitur non iam de comprehensione ipsius Dei, sed de comprehensione eorum, quae sunt termini omnipotentiae Dei, & negat cognitionem finitam ad ea*

30 2. Expositio.

E 3

ad ea

ad ea omnia se se simul extendere posse, & vno complexu intra se comprehendere. Nec obstant verba quæ subdit, scilicet, *quod esset comprehendere diuinam virtutem*, & per consequens diuinam essentiam. Nam priora intelligit de diuina virtute formaliter, relatè ad creaturas solum secundum perfectionem, quæ ex eorum continentia intelligimus habere, nõ vero secundum perfectionem, quam in se, & à se habet omnipotentia Dei, posteriora vero manifeste commonstrant ipsum non fuisse locutum de comprehensione directa essentia Dei. Vnde cum ait, *per consequens diuinam essentiam*: solum vult, eam fore quandam comprehensionem, quasi secundariam diuinæ essentia, quatenus foret comprehensio diuinæ omnipotentia, quæ spectat ad secundariam Dei constitutionem, & non ipsius, vt in se est, sed relate ad creaturas, quas continet, vt iam adnotauit. Itaque mens D. Thomæ in his locis, solum est negare hoc genus comprehensionis, quod an in nostris principijs negandum sit, nõ diiudico, solum assero ex huc vsq; iactis non fieri illud negandum esse de potentia absoluta, sed nec D. Thomas loquitur de potentia absoluta, sed de facto. Ad hanc ergo questionem definiendam in hoc sensu, ad alia principia recurrendum.

bet intelligibilitatem, taxatque sibi in sui ipsius cognitione, non solum gradualementionem, quæ communis est omnibus cognitionibus, sed etiam specificam evidentia perfectionem determinatam; vnde et si à pluribus specie cognitionibus clarè, & distinctè cognoscatur, ab ea solû comprehenderetur, quæ nobilitatem suæ intelligibilitatis exæquauerit perfectione substantiali cognitionis; an vero hæc exæquatio desummi debeat à perfectione entitatiua, inter rem cognitam, & cognitionem, an à perfectione intentionali in esse cognoscibili, proxime explico.

Exemplum, a comprehensione corporea desumptum leuis momenti est, vt conlat ex dictis; præter quam quod sphaera illa ferrea imediata, solum cõprehendit superficiem concavaam sphaeræ aureæ: vt vero perfectè, & immediatè comprehenderet superficies omnes profundas sphaeræ aureæ, eas omnes penetrare, & ambire deberet, ita comprehensio spiritalis, quæ omnes intimos sinus rei cognita penetrat, non solum quidquid in ea est, & ex ea, aut in ea cognosci potest intra se continere debet, verum etiam altam rei cognoscibilitatem ita pertingere, vt eam exæquet, vti dictum est. Vnde nobis etiam fauet corporea comprehensio.

Comprehensio corporea pro nobis est.

Sed recentiores quidam magistri præstanti ingenio, quibus arrisit nostra hæc doctrina, post eam à nobis publice traditam, quædam alia nobis obiecerunt. Primum fieri ex ea, nullam creaturam ab alia posse comprehendi, probant sequellam; quia nulla creatura potest aliam cognoscere tã perfectò modo, ac Deus; ergo sicut ideo Deum non potest comprehendere, quia non potest cognoscere Deum sicut ipse se cognoscit, ita nec creaturam.

2. Argum.

Respondedo ad comprehensionem necessariam non esse quod res cognoscatur meliori modo quo potest, sed quod res cognoscatur meliori modo quo petit illa cognosci: vnde et si creata cognitio non sit tam perfecta, ac diuina in rebus creatis cognoscendis, potest tamen esse comprehensio earum; quia cum res creatæ finitam habeant cognoscibilitatem non possunt petere cognitionem infinitam diuinam, sed ad sui comprehensionem cognitione finita contentæ sunt. Vnde et si cognitio diuina etiam, vt quamlibet cognoscit creaturam infinite perfecta sit, eam tamen infinitatem habet identicè, & quasi materialiter ex subiecto, non formaliter & ex obiecto; nam si Deus esset finitus eam comprehendere posset.

Solutio. Non fit ex doctrina nostra nullam creaturam ab alia posse cõprehendi.

Obijciunt secundo, est aliqua creatura, quæ à Deo petit cognosci, ergo quæ non potest cõprehendi ab alia. Probant antecedens, quia est crea-

3. Argum.

est creatura, quæ a solo Deo petit produci vt Angelus, ergo quæ à Deo petit cognosci. Probant consequentiam, quia hoc ipso quod petunt Deum productorem, petunt Deum agentem per intellectum, ergo cognoscentem.

ait S. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 2. *Respicit principalius id in quo principalius inuenitur, illud bonum super cuius communicatione fundatur, sicut amicitia politica, principalius respicit principem ciuitatis, a quo totum bonum ciuitatis dependet, amicitia autem charitatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter, sicut in primo principio, a quo derivatur in omnes, qui sunt beatitudinis capaces.* Verba sunt S. Thom. ex qua doctrina, art. 3. etiam concludit Deum plus esse diligentem, quam se ipsum, quia Deus est veluti bonum commune, & beatitudo est in eo tamquàm in communi, & fontali principio omnium qui beatitudinem participare possunt: quo fit gratiam, & charitatem in Deum, vt in amicū ferri, non tamen, vt in amicū particularem, & simpliciter æqualem; sed vt in principem, & caput, parentemque totius amicitia charitatis; nõ tamen inde fit, quod intendit obiecto, nempe exigere à Deo redamationem infinitam, sed eam solum, quæ expleat bonitatem gratia; quæ sane finita cum sit ad amorem infinitum trahere nullius voluntatem per se potest: sed per accidens seu concomitanter, quatenus per se respicit Deum, vt caput eius amicitia, & Deum amore finito amare non potest, hinc est dari ipsi infinitum supra suam exigentiam: at si Deus simul, & Deus, esse possit, & agere finito amore, expleret sanè eo totam charitatis nobilitatem, & redamationem: qua etiam ratione, omnes quas Deum diligit creaturas diligit amore infinito, cum tamen non quæcumq; creatura digna sit, quæ amore infinito ametur, vt obijciunt.

32

Solutio. Nulla creatura petit cognitionem Dei, secundum omnem suam perfectionem.

Respondedo eodem fere modo; concedendo antecedens, immo, vt omnes creaturæ petunt à Deo fieri, ita à Deo cognosci, & comprehendendi, non vero petunt à Deo solo comprehendendi, quia non petunt cognitionem diuinam, secundum eum gradum perfectionis, quem habet in Deo, & vt Dei est, sed petunt cognitionem Dei, vt sufficiens est ad eas producendas, & cõprehendendas, quæ quidem, vt dixi sufficiens esset, et si finita esset, aut esse posset, vnde si Angelus superior gauderet potentia creatiua Angeli inferioris per scientiam comprehensiuam quam eius habet, creationem eius dirigere optime posset.

Obijciunt tertio vrgentius. Est creatura quæ petit amari à Deo: ergo, & cognosci: ergo saltem hæc non poterit comprehendì ab alia creatura. Antecedens probant in gratia iustificante, quæ vt est participatio diuina natura, & iustus constituit consortem in ea, & vere amicū Dei; ita petit Deum ipsum redamantem. Consequentiam probant, quia ad amorem præsupponitur cognitio per se, ergo creatura, quæ petit amorem Dei, vt Dei, ita etiam cognitionem Dei, vt Dei, nam amor Dei à sola diuina cognitione dirigitur.

Solutio. Quo pacto gratia iustificans petat amorem Dei.

Respondedo, quidquid sit, an gratia comprehendendi possit, vel non, a creatura; hoc argumentum nec contra nos quidquam fieri, nec probari comprehendendi non posse. Ad antecedens, nego grauiam petere amorem Dei secundum omnem perfectionem amoris diuini, nec enim petit amorem illum, vt est amor sui, ratio a priori est, quia gratia iustificans et si hominem constituat charum Deo, constituit tamen per bonitatem limitatam, vnde in ea solum fundari potest amabilitas, limitata, ac proinde ipse solû digna est; quæ ametur, amore limitato, nã vt in se non est natura diuina, sed participatio eius, & imago quædam vna eius, ita non petit amorem diuinum, vt Dei est secundum illum gradum perfectionis, quo se amat. Petis quem ergo amorem petit? Respondedo charitatis infusa: nam vt voluntas cuiuscumq; creaturæ intellectualis est principium amoris magis proportionati relate ad suam naturam, ita charitas infusa, quæ est veluti voluntas iustificantis gratia est principium amoris, magis proportionati relate ad ipsam.

Solutio. Non fit ex doctrina nostra nullam creaturam ab alia posse cõprehendi.

Gratia petit amari charitate infusa.

Respondedo id ita verum esse, sed à nobis Regulae tunc non agebatur hoc negotium, sicut nec ueralis ad nunc agit: sed declaramus qua nam ratione discernen- gravis difficultas inter Theologos, de diuina dum qua incomprehensibilitate commode possit ex-creatura pediri, quod speramus præstari doctrina nostra. Sed neque difficile est, deducere ex ea regulam certam ad id definiendum. Nam primo omni creatura intellectualis, quæ secundum suam vim cognoscendi connaturalem capax fuerit speciei in pressæ plenæ, & ad æquatæ cognoscibilitati obiecti; quæque propriissime deseruit comprehensiuæ cognitioni; tale obiectum naturaliter poterit comprehendere, quæ vero per potentiam obedientialem solum supernaturaliter, quæ verò capax nullo modo

33

Replica. Respondio. D. Thom.

Ais, ergo non petit Deum redamantem, & amicū, sed alium iustum. Respondedo negando consequentiam. Nam charitas & gratia, vt

Obijciunt 4. nos non statuisse certam regulam; qua dirigamur in definiendo, quænam creatura ex intellectualibus aliam possit comprehendere, nec enim explicauimus, an ea proportio inter obiectum, & cognitionem merienda sit perfectione entitatiua obiecti, & cognitionis. an alia mensura? & quæ nam hæc sit?

Respondedo id ita verum esse, sed à nobis Regulae tunc non agebatur hoc negotium, sicut nec ueralis ad nunc agit: sed declaramus qua nam ratione discernen- gravis difficultas inter Theologos, de diuina dum qua incomprehensibilitate commode possit ex-creatura pediri, quod speramus præstari doctrina nostra. Sed neque difficile est, deducere ex ea regulam certam ad id definiendum. Nam primo omni creatura intellectualis, quæ secundum suam vim cognoscendi connaturalem capax fuerit speciei in pressæ plenæ, & ad æquatæ cognoscibilitati obiecti; quæque propriissime de-

seruit comprehensiuæ cognitioni; tale obiectum naturaliter poterit comprehendere, quæ vero per potentiam obedientialem solum supernaturaliter, quæ verò capax nullo modo

fuerit, nullo modo poterit. Secundo etsi non patiatur præfens difficultas tam minutam rerum, tamque particularem expeditionem, cenfeo dicendum quamcumque creaturam intellectualem, & sui; & omnium inferiorum naturarum compotem esse, tum speciei impressæ, tum cognitionis comprehensivæ, naturaliter; supernaturaliter vero cuiuscuique obiecti creati comprehensionem habere posse. At superiores creaturas naturaliter comprehendere non posse. Moneor, quia rei cognoscibilitas reuera non distinguitur ab obiecti natura, perfectio etiam virtutis cognoscendi desumenda est ex radicali principio cognitionis, nã quonatura intellectualis perfectior est, eo est vis cognoscendi perfectior, ergo reuera ea proportio desumenda, atque metienda est ex perfectione rerum entitativa. Obijcies ergo vt Deus taxat sibi suam cognitionem cum omni perfectione, quam habet, tũ in genere cognitionis: tum in genere entis, ita quodcumque obiectum creatum similem taxabit sibi perfectionem in sui comprehensione, ac ideo a forma accidentali nequirit comprehendere.

Cum hoc argumentum à me proponeretur; quidam Magistri, qui hunc nostrum modum dicendi sunt secuti, negarunt antecedens se quele dicebant; per se tantum necessarium esse ad diuinã comprehensionem, quod cognitio diuina sit perfectissima in omni genere cognitionis, non autem in genere entis; ita quod si vnum genus ab alio posset separari, primum sufficeret, secundum superflueret ad munus comprehensionis, vnde licet per se coeant ea duo genera in diuina comprehensione ratione identitatis, interea quæ per se est, non tamen ratione comprehensionis, ei enim vt sic, per accidens accedit infinitas in genere entis.

Verum qui rem introspexerit intuebitur primam sequela propositionem veram, atque solidam doctrinam continere. Primo, quia dici non potest, Deum, vt est obiectum, non sibi taxare in sui cognitione determinatum gradum perfectionis, Nam vt alia obiecta eum taxant, imo in hoc principio inicitur, totus discursus & fundamentum huius modi dicendi, cur Deus nõ taxet gradum determinatum. Secundo, quia si Deus tantum per se sibi taxaret cognitionem in omni genere cognitionis perfectam præscindentem à perfectione in genere entis, taxaret per se cognitionem implicatoriam, atque chi-

mericam, quia ea cognitio cum sola illa perfectione existere nequit: quis autem non videat hoc esse absurdum? tum quia de ratione cognitionis est esse ens reale, & talis cognitio nise esse ens reale tale, & talis entis realis, talẽ habere determinatam perfectionem in ratione entis: tum quia omnis cognitio comprehensiuua est intuitiuua, licet non e contra, omnis autẽ intuitio essentialiter est existens, & de obiecto existenti; ergo Deus non potest taxare cognitionẽ, vt se comprehendat, cui repugnet existere. Tertio, quia diuina comprehensio cum omni perfectione, quam habet, vt distinguitur ratione ab obiecto, est ei æqualis, & proportionata; nam quis dicat in æqualem esse, aut per excessum, aut per defectum? sicut amor diuinus æqualis est diuinæ bonitati, eamque pro meritis amat, ergo verum non est, Deum, vt est obiectum, non per se petere omnẽ perfectionem, quæ est in diuina comprehensione in omni genere, tum cognitionis, tum entis: neganda est ergo consequentia, & discrimen petendum ex dictis, quod etiam continet doctrinam valde consentaneam nostræ in disp. 3. vbi de constitutione naturæ diuinæ per sui comprehensionem: ex quo efficitur Dei naturam eam esse, quæ petit actuali cognitione constitui, & cum à se ipso solam comprehendere possit, quia sola cognitio ipsius exhaurit sui cognoscibilitatem, petit sane constitui sui ipsius comprehensione: vnde determinat sibi (vt comprehendatur) rationem se ipsum constituentem, nulla autem creatura petit constitui actuali sui cognitione, sed tantum radicali, ad constituendã ergo æqualem mensuram perfectionis in cognitione ad radicalem perfectionem reuertendum est, nõ ad eã quæ est in actuali cognitione; vnde, etsi hæc sit accidens, optime poterit obiectum creatum comprehendere, dum non superet radicem eius cognitionis.

Difficultas rei plus iusto distrahit sermonem, in quo semper locutus sum de comprehensione obiecti naturalis, seclusa eius potentia obedienciali, nam hæc forte, Deo incomprehensio, comprehendere non poterit de quo alias. Nec etiam vnio hypostatica, tum quia necessarium esset extrema eius vnionis comprehendere, tum quia impossibilis est creatura, quæ exigat vnionem hypostaticam, ita etiam quæ comprehensionem eius possit elicere.

DISPV.

DISPV TATIO QVINTA.

DE

OBIECTO CREATO POSSIBILI SCIEN-

tia Dei.

Distincta sex capitibus.

In 1. Deus distincte scit possibilia.

In 2. Quid sit non repugnantia Creaturarum.

In 3. Deus cognoscit possibilia in se ipso.

In 4. Deus cognoscit possibilia in se ipsis.

In 5. Deus cognoscit possibilia ex se ipso.

In 6. De numero possibilium, quæ Deus cognoscit.

ARTICVLVS QVINTVS.

VTRVM DEVS COGNOS-
CAT ALIA A SE.

C Onclusio S. Thom. per suam essentiam perfecte cognitam, Deus cognoscit alia à se.

ARTICVLVS SEXTVS.

VTRVM DEVS COGNOS-
CAT ALIA A SE PROPRIA COGNI-
tione.

C Onclusio S. Thom. Deus per suam essentiam omnia continentem alia à se distincta, propria que cognitione cognoscit.

ARTICVLVS XI.

VTRVM DEVS COGNOS-
CAT SINGVLARIA.

C Onclusio S. Thom. est affirmatiua.

ARTI.

ARTICVLVS XII.

VTRVM DEVS POSSIT COGNOSCERE INFINITA.

Conclusio S. Thom. omnia quæ sunt actu, & potentia, quæ infinita sunt, Deus cognoscit.

Caput. 1. Deus distincte scit possibilis.

nũ. I.

Gregor. Arist. Auerr.

Aliqui Arist. tribuunt errorem Deum nihil extra se cognoscere.

Aureolus. Thomist.

P. Valentia

P. Molina. Aluindican. Arist. ab errore imposto. Mari. Ferrar.

P. Suarez.

Explicatur Arist. Verum est lib. 12. Meta. cap. illo 9. primo af...

Gregorius Ariminensis in prim. distinct. 35. arbitratuf Aristotelem, & Commentatorem in ea fuisse sententia, vt negarunt Deo omnem scientiam extra se, idque prolixè deducit ex Aristotele 12. Meta. textu 51. statuens tres Philosophi conclusiones. Ita etiam sensit Aureolus ea distinct. 35. 2. p. art. 1. addens contra Thomistum, qui putauit omnia immediate, hoc est, non media essentia diuina, obijci intuitui, & prospectui diuino egisse Aueroistam, dum opinatur nihil Deum extra se cognoscere; immo ipse Aureolus in eandem videtur prolapsus, loco citato in §. Quod nihil aliud, sic ait, Quod nihil aliud a Deo terminat eius intuitum, contra vtramque opinionem, & sic remanet opinio Aristotelis vera. Pater Valentia hic pun. 3. refert Clemenrem Alex. Theodoretum, Ambrosium opinionem hanc Aristoteli adscribentes.

At Pater Molina disputatione vnica ad articulum quintum & sextum, cum censere non multum curandum esse, quid censuerit Aueroes, nec mirandum sibi inconstans extiterit, quia in quibusdam locis, quos notauit Marfilius in 1. dist. 38. art. 3. & Ferrariensis primo contra gentes cap. 50. oppositam huic doctrine videtur affirmare. At Philosophum vindicandum putat ab hac impostura, quod etiam docet P. Suarez 2. tom. Meta. disput. 30. scđ. 11. num. 41. congerens plura loca, in quibus Aristoteles palam docuit Deum alia se cognoscere. Præcipua sunt lib. 1. de Anima textu 80. tertio Meta. textu 15. vbi infert tanquã absurdum Deum non cognouisse elementa 19. Ethic. cap. 8. & alijs in locis, an autem Arist. negauerit Deo vniuersalem rerum omnium prouidentiam tract. 3. disput. 21. caput. 2. de...

pectu declinasse in prædictum errorem: at solum fuit mentis eius non esse in Deo scientia, quæ pendeat a rebus extra se emendicatam ab ipsis, quæ ve interceptat substantiæ suæ nobilissimæ perennem contemplationem. Quo vno verbo Ariminensi, & alijs impingentibus Aristoteli hunc errorem satis fecimus. Nec res pluribus indiget.

Cuiusvis error sit, habet pro se non contemnenda fundamenta. Primum ex Augustino lib. 83. quæstionum quæst. 46. ita aiente, non enim extra se quidquam posiuum intuebatur; nam hoc opinari sacrilegum est; ergo negat Deo scientiam creaturarum.

Secundum, ex difficili atque vulgari testimonio Hieronymi in caput primum Habacuc in illa verba. Mundi sunt oculi tui. Sub finem, vbi videtur hallucinatus circa diuinam prouidentiam, dicens absurdum est ad hoc deducere Dei Maiestatem, vt sciat per momenta singula, quot nascantur ciliçes, quot de moriantur, quæ cimum & pulicum, & muscarum sit in terra multitudo. Quanti pisces in aqua natent, & qui de minoribus maiorum præcedere debeant. Non sumus tam fatui adultores Dei &c. Verba adferuntur ad longum a Molina hic art. 5. a Vazquez in Commentario art. Valentia pun. 4. a quibus etiam agitur testimonium.

Tertium fundamentum constat ex rationibus Aureoli, quas ipse fuisse prosequitur, quod existimauerit quæstionem hanc omnium nobilissimam. Nos eas breuius, atque ordinatius digeremus. Præcipua sic procedit, si intuitus Dei prospicit creaturas in particulari, distincte exprimens earum vltimas differentias siue ipsæ sint obiectum primarium, siue secundarium, non potest non diuina intellectio aliqua ratione pendere a creaturis, quod absurdum esse constat, ex eo quod diuina intellectio est ipse Deus, si ergo ipsa penderet a creaturis, Deus

2 August. fundamentum primæ Fundamēta pro errore. Abac.c.1. Hieron.

P. Molin. P. Vazq. P. Valentia

Deus ipse penderet, & penderet a non Deo, quorum vtrumque absurdissimum esse constat. Quod vero intellectio diuina penderet a creaturis in nostro casu constat, quia si creaturæ posibles non essent, non esset in Deo formalis representatio earum, ergo aliquid, quod est in Deo, & est ipse Deus penderet a possibilitate creaturarum.

Resp.

Communis solutio negare solet cognitionem semper pendere ab obiecto tanquam a causa, vel tanquam mensuratum a mensura, quam de pendentiam explicuit Philosophus 5. Meta. textu 20. & hoc proprium esse solum nostrarum cognitionum, diuinam vero solum pendere vt a puro termino.

Id contra.

Contra eam vrgenter sic obijcit, cognitio Dei, vt creaturarum possibilem est in ipso maxima perfectio, & ad hoc vt ea deficiat in Deo sufficiens est, si creaturæ sunt puri termini cognitionis eius; nam si ipsæ posibles non essent, non esset in Deo scientia possibilitatis earum, ergo deficeret Deo aliqua ipsi intrinseca perfectio. Qua ratione Anselmus in Monologio cap. 15. probat nullam relationem Dei ad creaturas perfectionem importare, & hoc etiam sibi voluit Aristoteles supra relatus, cū dicit, si primum principium intelligeret aliquid extra se velle sceret, quia indigeret in sua nobili operatione aliquo inferiori se.

Anselm. Arist.

Propter hæc, quidam Doctores, de quibus infra cap. 4. dicunt cognitionem harum creaturarum, vt sic, non esse perfectionem in Deo. Verum cum hæc scientia, vt sic, necessaria sit, non potest non afferre perfectionem Deo necessariam, vt prosequor loco proxime citato. Nec etiam valet quod alij dicunt, scilicet Dei intellectionem specificari a solo obiecto primario scilicet a Deo, non a secundo, scilicet a creaturis. Nam vel cognitio Dei sistit in ipsa diuina essentia præcise, vel procedit vsque ad creaturas distinctissime percipiens vltimas earum differentias, ita vt verè sint multa cognita. Si primum, habet Aureolus intentum, opinio enim eius fuit, quod ita intelligit creaturas Deus, vt solum terminet suum intuitum ad diuinam essentiam ibi sistendo, nec ulterius procedendo, ita tamen vt eminenter, & plusquam æquipollenter Deus cognoscat omne aliud extra se. Verba sunt Aureoli supra cap. 2. Si secundum, ergo ultra representationem obiecti primarij est in Deo vitalis imago expressa, & necessaria creaturarum possibilem, quæ Deus omnino priuaretur, circumscripta a creaturis ipsarum possibilitate, ergo pendet ab ea perfectio intrinseca Dei. Alia fundamenta leuioris momenti non refero.

3. Nihilominus de fide diuina certum est, & conclusio. naturali ratione euidentissimum Deum ex...

tra se cognoscere omnes creaturas posibles expressissima cognitione. Ad probandum veritatem hanc esse de fide certam imprimis vti possumus communibus sacræ paginæ testimonijs, quibus in vniuersum docemur, nihil esse inuisibile in conspectu Dei. Omnia esse nuda, & aperta oculis ipsius. Vocare ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt. Nominis autem apta impositio procedit ex vera eius cognitione. Legite Paulum ad Hebr. & ad Rom. cap. 4. Gen. cap. 1. Ecclesiasticum cap. 16. Proverbia 18. Iob. 28. & alia passim. In quibus et si directe de existentibus affirmet a Deo cognosci; at cum etiam vniuersaliter dicat, nihil cognoscibile Deum latere, comprehendit etiam possibilem, quæ cognoscibilia sunt. Huius generis testimonia plura habeo disput. 6. cap. 1.

De fide est & natura li ratione quidam deñ alia extra se cognoscere. Paulus ad Rom. 4. & ad Hebr. 4. Genes. c. 1. Eccles. c. 16. Prob. 18. Iob. 28.

Secundo vti possumus testimonijs, in quibus affirmatur Deum esse vniuersalem conditorem creaturarum omnium, quæ passim etiã obuia sunt; & cum certum etiam sit Deum per intellectum, & voluntatem agere prius naturam rei producendæ, & modum, quo suapte natura produci petit, cognoscens, & per cognitionem dirigens actualem productionem, ex ijs testimonijs sit manifeste præesse in Deo scientiam creaturarum ad earum effectorem & decretum efficiendij; ergo possibilem. Porro vt producit creaturas in singulari, productioneq; attingit omnes eius rationes formales vsque ad differentias propriissimas, ita cognitione; ergo &c.

Conclusionem, hæc probo demonstratione, scientia Dei est simpliciter infinita in omni genere scientiæ, ergo actu cognoscit quidquid actu scibile est. Consequentia hæc euidentior est, quam probari possit, atque creaturæ posibles sunt actu scibiles secundum suum statum possibilitatis: ergo actu cognoscuntur a Deo. Probo minorem, quia in eo statu habent aliqualem essentiam; seu non repugnantiam ad esse, aut compositionem prædicatorum inter se, per quam distinguuntur a chimera, vt magis explicco cap. 2. ergo sunt actu cognoscibiles. Patet consequentia hæc, quia eo modo quo aliquid habet esse, est cognoscibile.

Probatur ratione.

Hoc loco antequam ad diluenda venio fundamēta, obserua sententiam Aureoli a Capreolo, & a modernis notatam erroris, & ab alijs parum tutam; ab alijs in fide suspectam appellari. Sed hi mentem Aureoli non introsperant, nec enim ille negat veritatem fide sanctam, nempe Deum propriissimam, verissimam q; notitiam creaturarum habere extra se; nam vt modo ex eo referebam, concedit eas a Deo cognosci eminentissime, & plusquam æquipollenter, hoc est, maiori cum distinctione, quam si intuitus Dei extra diuinam essentiam ferretur

4 Aureolo error impingitur, immerito.

tur ad creaturas in particulari, et si refugiat cōcedere formaliter ad eas terminari, eo quod patat fieri ex ea terminatione intellectiōnem Dei aliqua ratione dependere à creaturis. Itaque non negavit cognitionem, sed dependentiam. Verum est tamen, ipsum tutari sententiam falsam, & in terminis ipsis implicentem; Nam ex vna parte dicere, esse in Deo notitiam propriam creaturarum, & ex alia negare esse in diuina cognitione formalitatem, per quam distinctissima cognitione vitaliter exprimentur specificæ, atque indiuiduales differentie creaturarum omnino secum pugnant. Nec valet in instantia, quam ipse ex essentia diuina, vna cum sit, sit formaliter Deus, & eminenter creaturæ omnes, at hæc eminentia creaturaru in Deo, est in ipso aliqua formalitas formaliter in ipso existens, scilicet omnipotentia, quæ in ipso formaliter est. Itaque & in Deo est formalitas, qua ipse Deus est, & est formalitas, qua continet eminenter creaturas. ita etiã in diuina scientia, & est formalitas, qua Deus ipse se cognoscit, & est formalitas, quæ creaturas possibiles cognoscit, quoquomodo distinguantur formalitates hæc inter se, siue ratione præscindente, siue non præscindente. Licet ergo Aureolus veritatem fidei non negauerit, eam suscepit defendendam modo in intelligibili.

Ref ad 7. Aug. explicatus.

Ad primum fundamentum ex Augustino respondeo in eo loco disputare de diuinis idæis, mentemq; eius esse Deum eas intueri non exemplar extrinsecum extra se positum producere res omnes; nam ibi his verbis ratio nem reddit, *quoniam sacrilegium est opinari Deum ad exemplar aliquod extra se positum respicere instar plicoris, per quod res cognosceret, & modum illas fabricandi, ad cuius imitationem illas produceret.* Non ergo ait possibilia non cognosci à Deo, sed non eguisse exemplari extra se posito ad ea fabricanda.

Ad secundam Molina Hieronymi difficultis locus accurate explicat.

Paulus 1 ad Corint. c. 9.

Ad secundam, ex Hieronymo, pie dixit Battered Molina verba illa Hieronymi pie accipientes, quæ duplex habent explicatum. Primum Deum non cognoscere successiue nouis cognitionibus, quot de nouo nascantur culices, nate pisces, volitent mulsæ: hoc indicant verba illa, *ut sciat per momenta singula quot nascantur culices &c.* Secundum quod non fuerit mentis eius negare scientiam, & prouidentiam generalem, sed eam specialem, quam habet de rebus humanis, quomodo dixit Paulus 1. ad Corint. cap. 9. *Num quid Deo cura est de bobus?* Quibus verbis significare voluit non esse de animalibus bruto eam prouidentiam, quæ est de homine, nam esse prouidentiam simpliciter de bobus, ceterisque animalibus de fide

est, ut constat ex Deuteronomio 25. ibi *Non al ligabis os bobus triturantibus.* In quibus veruit Deuteronomio 25. claudi capistro ora bouum triturantium, ne comedant ex sua tritura, alludit ad morem Palæstinum, & modo etiam (vt lego apud quosdam) Canarinum, qui bouum claudunt ora, quia circum actis unguibus pedum segetum grana excutere solebant, horum ergo bouum verat claudi ora, quia par est animalia laborantia comedere de suo labore, & is est eius loci literalis sensus, qui typice ad Ecclesiæ ministros altari ministrantes, & de altari viuentes transfertur: ita etiam Deum prospicere de victu passerum, & depullis cornuorum habetur, Mart. 10. & Psa. 146. Hanc secundam explicationem libentius amplector, quippe eam expressam video in ipso Hieronymo in eodem capite. *Non sumus aut tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius ad ima de trahimus, in nosmet ipsos iniurioussimus, eandem rationabilem, quam irrationabilem prouidentiam esse dicentes, ea etiam est calculo D. Thomæ confirmata 1. p. q. 22. art. 2. ad 5. & Magistri in 1. d. 36. art. 4. Patris Suar. 1. p. lib. 3. cap. 3. Hugonis de Sancto Victore in summa tractatu 1. cap. 1. Valentia hic puncto, 4. addit hunc forte esse vnum ex locis, quos ipse Hieronymus in Apologia contra Rufinum, se multa in Commentarijs super prophetas ex aliena sententia scripsisse.*

D. Thomæ Magister Valentia Hieron.

P. Vazq. pinatur Hieronymum fuisse in errore. Mart. 10.

Eo erat P. Vazq. ingenio acro, vt cum D. Hieronymus tam solide ueritatem non dubitauerit affirmare ipsum, Aristotelemque in eodem errorem versatum, quo Deo negarent peculiarem rerum prouidentiam, sed solum generalem quandam, & communem, Hieronymum que tacite se correxisse ad cap. 10. Mart. dicens *parua animalia absque auctore Deo non decidere, explicans illa verba Non ne duo passeris as se uaneunt.*

Sed hæc P. Vazq. acrimonia, & seneritas in vindicando Hieronymo ingrata esse debet quicumque Theologo Hieronymum obseruanti pietate debita, nec quia eius verba sonant errorem primo auditu, ideo statim grauissimus Ecclesiæ Pater erroris insinulandus. Non alia ratione ipsum Prophetam Abacuc posset erroris redarguere, quod hæc locutus fuerit in eodem capite. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris, quare non respicis super iniqua agentes &c.* Et affirmare ipsum Deo negasse iniquitatis, & iniquorum scientiam, quia verba id sonant primo sonitu, vt ergo mens propheta ne utique est intelligenda de scientia Dei speculatiua, sed de practica, & approbante vias iniquorum, quasi diceret, scio quoniam malum, iniustum que non libenter aspicias, vt ibidem vertit Hieronymus. Ita quãdo ille dixit. *Ceterum obseruandum*

Abac. c. 1.

Hieron.

dum est ad hoc deducere Dei maiestatem. Hæc sunt duriora verba, non negat scientiam speculatiuam rerum particularium, nec is erat scopus Hieronymi, nec ad rem eius erat: sed solum esse apud Deum eam scientiam, prouidentiamq; quæ est circa res humanas, ac maxime iniustorum, & prædestinatorum, quia dum in hac degunt mortali vita opprimuntur ab iniustis diuitibus huius sæculi, & instar piscium cadunt prædæ potentum. Hunc esse germanum Hieronymi sensum constabit legenti cap. illud.

Ad 3. ex ratione. Scientia Dei respicit possibilium, ut puros terminos.

Ad tertium fundamentum, quod erat ex rationibus Aureoli de promptum respondeo, me admittere communem illam solutionem, in qua affirmatur creaturas possibiles esse puros terminos scientiæ Dei, concedo etiam, nullam ab ijs scientiam Dei sumere specificationem, in eo sensu quod cum scientia Dei nulla indigeat specie impressa, nec per rationem ei dari possit in ordine ad quodcumq; obiectum cognoscendum, vt dixi disput. 2. cap. 3. §. 3. nõ potest ab ijs creaturis sumere speciem, quo autem sensu verum sit sumere specificationem ab obiecto primario, vt cum D. Thoma docent communiter Theologi, explico infra ca. 4. Item an cognitio hæc creaturarum, vt terminatur ad possibiles, afferat Deo intrinsicam a-

liquam perfectionem? nam hac tempestate celebris est sententia, quæ negat nullam perfectionem hanc scientiam, vt sic importare, nec ratione distinctam à perfectione, quam ponit in Deo cognitio sui ipsius, nihilq; fore Deum minus perfectum; etsi non cognosceret aliquam creaturam, casu quo earum possibilitas de medio tolleretur. Doctrina hæc accipit suum robur ab ea, quam docui disp. 2. cap. 2. de scientia Dei circa creaturas, quæ pro aliqua differentia tẽporis esse habent, in qua docui eam docui, vt est actualis visio earum nullam addere Deo intrinsicam perfectionem in ratione scientiæ. Recognoscenda sunt ibi a nobis dicta, & ad scientiam possibilium applicanda.

Verum doctrina illa utitur in scientia libera, quasi fide diuina coacti, & Theologi fatentur vix in hac vita assurgere mentem nostram posse ad eam ita penetrandam; vt mens quiescat, ac proinde nisi simili pressura adstricti nõ debemus Theologiam nostram in eas redigere angustias, maxime si suppetit alia faciliores expeditio circa scientiam possibilium, de qua re ex professio capitibus sequentibus: est enim hæc difficultas inter maiores maxima, de ea in secundo tract. longam habeo, disputationem 16.



ER obscure difficultates nos expectant in capitibus, quæ restant ex hac disputatione. Caterum nec primum in eis gradum facere possumus ante diserte explicatam, &

à radice enucleatam propositam in titulo dubitationem; quæ non solum ad dicenda, verum ad alias plures res Theologicas apprimè necessaria, quia tamen intra metaphisicos limites continetur, à Theologo velociter excurrenda.

Comparatio non repugnantie creaturarum cum omnipotentia & scientia Dei.

Non repugnancia creaturarum, & comparari potest ad omnipotentiam Dei, & ad omniscientiam, & in vtraq; locum habet, an ea non repugnancia sit ratione prior, aut posterior omnipotentia, aut omni scientia. In hoc capite particulatim de comparatione ad omnipotentiam, ex cuius resolutione in sequentibus manifestum erit, quidde comparatione ad omniscientiam sentiendum sit.

Opinio Metaphisici iunioris. Prob.

Iuniores quidam metaphisici nuper opinantur nec essentiam, nec existentiam alicuius rei antecedere ratione omnipotentiam, imo subsequi. Probant primo quia omnis conceptus quidditatiuus creaturæ, est esse ens per participationem ab alio; ergo conceptus omnis

creaturæ supponit omnipotentiam, tanquam illud a quo est.

Secundo, non repugnancia harum creaturarum est conceptus posititiuus, in quo, vt sic, distinguitur a Deo; ergo est illo posterior. Probat antecedens, quia non repugnancia nihil aliud est, quam cõpossibilitas prædicatorum, quibus constat natura rei create. Deinde repugnancia ad esse est conceptus negatiuus, quia est in cõpossibilitate prædicatorum, ergo non repugnancia est conceptus posititiuus.

2. Probatur

Ceterum his superficie tenuis, res tacta, vt eius penetres profundum; nota primo hanc non repugnantiam rei cuicumque create in omni statu competere. Etenim rei existentia competit non repugnancia ad existendum, imo ipsi Deo a se existente sua quoque non repugnancia ad existendum competit, vt notauimus, & explicui disput. 2. cap. 3. Item rei non existenti, contenta in potentia agentis, etiam competit sua non repugnancia, suumque esse diminutum, seu obiectiuum, de quo bene P. Suarez 2. tom. Meta. disput. 31. sec. 2. & 3. Modo etiam nos versamur in hac harum rerum non repugnancia in hoc statu

7 Explicatur res Cõsuetatio Non repugnantie cuicumque rei in quocumq; statu.

explicanda. In quo creatura in se sunt simpliciter in quodam puro non esse, sunt vero in alio, hoc est in potentia agentis, in qua continentur in eo esse, in quo est potentia, at ultra per non repugnantiam, quam in se ipsis habent adhuc in hoc statu esse possunt, & sunt obiectum scientia, & potentia.

Hoc purum non esse, quod in se habent nec est proprie negatiuum, nec priuatiuum: non negatiuum, quia ad actum reduci potest; non priuatiuum, quia non presupponit subiectum priuatum. Est ergo a nobis concipienda haec non repugnantia, tanquam quid medium participans aliquid de extremis, tum de negatiuo, tum de priuatiuo: de negatiuo participant in quantum non supponunt subiectum priuatum; de priuatiuo in quantum non repugnantia apta est, vt ad actum existendi reducatur, v. g. vacuum, est etiam veluti quoddam medium inter negatiuum, & priuatiuum, de extremis aliquid participans; id habet cum negatiuo commune, quod in vacuo nullum est subiectum priuatum existentia in loco: id cum priuatiuo, in quantum vacuum capax est, quod repletur entitate reali.

Non repugnantia medium quid inter priuatiuum, & negatiuum.

Obiectio.

Secundum obijcies, hoc non esse medium inter priuatiuum, & positiuum incapacitatem habere, vt sit actu, nam hoc non esse, est negatio existentia, Deus autem efficere non potest, etiam de potentia sua absoluta, quod negatio existentia existat. Respondeo distinguendam esse negationem annexam rei non repugnantem in hoc statu possibilitatis, ab ipsa re, quam dicimus non repugnare. Verum est a Deo fieri non posse, quod negatio illa, quae est annexa rei, existat positue, imo dum res est in eo statu, hoc est quando illa non existit, negatio actu est secundum esse negatiuum, & quando res actu est, negatio est in potentia secundum esse negatiuum: fieri vero potest quod subiectum huius negationis existat, quod solum a nobis affirmatum. Vt explicem, quid nam sit hoc subiectum negationis, & rem totam penitus euoluam, considero tres conceptus a nobis efformari posse circa non repugnantiam ad existendum. Primus est communissimus entis, quatenus res recedit immediate a non ente, & is conceptus praescindit a non repugnantia ad existendum a se, vel ab alio: nam cum Deus, & creatura conueniant in conceptu non repugnantis ad existendum, in quantum per entitates suas posituas fundant negationem repugnantia ad existendum, quae competit chimerae, non potest

Responsio

Tres diuersi conceptus circa non repugnantiam.

Primus Deus, & creaturis communis

non conceptus is abstrahere a non repugnantia ad existendum a se, vel ab alio, quippe qui est communis Deo, & creaturis. Hunc ergo conceptum puto esse generalissimum entis, in quo Deus, & creatura, analogice saltem communicant.

Secundus conceptus est non repugnantis existere ab alio, iam is aliquid descendit, & proprius est creaturarum: sed quia quaedam pendunt ab alio per generationem, quaedam per creationem, quaedam dependentia essentiali, quaedam non, ideo etsi conceptus is sit essentialis omnibus creaturis, in eo vero abstrahunt a dependentia ab aliquo creato, vel increato. Probatur, quia omnis dependentia agentis increati essentialis est; sed haec dependentia ab alio communis est essentiali, & non essentiali; ergo in ea praescinditur a dependentia ab agente increato in quantum conceptus vniuersalior semper saltem ex parte modi concipiendi praescindit a conceptu minus vniuersali.

Secundus proprius creaturarum.

Obijcies dependentia ab alio non essentiali essentialiter presupponit dependentiam ab alio essentialem, quia omnis productio creaturae ab alia creatura supponit productionem eius priorem a creatore, ergo conceptus dependentia ab alio per essentialem emanationem, prior est conceptu dependentia ab alio per non essentialem, ergo non potest dari conceptus communis dependentia essentiali, & non essentiali. Probo hanc consequentiam, quia si esset communis, vt sic, non posset non esse prior ratione, & ex alia parte probatum est omnem dependentiam ab alio non essentialem esse posteriorem dependentia ab alio essentiali; ergo simul esset prior, & posterior, quod repugnat.

Obiectio.

Respondeo, non fieri aptam comparationem ab obijciente, nam prioritas illa, quam omnis essentialis dependentia habet ad non essentialem, est prioritas realis, saepe temporis, & naturae, & saepe solius naturae, vt cum sol eodem instanti reali, quo a Deo accepit esse per dependentiam essentialem, effudit lumen dependentia non essentiali; at prioritas illa conceptus communis est solum prioritas rationis, a qua non valet subsistendi consequentia. Est manifestum exemplum in conceptu entis communi Deo, & creaturis, ac proinde ratione priori vtriusque; cum tamen creaturae omnes sint posteriores Deo tempore, & natura; ita conceptus non repugnantis existere ab alio communis est, non repugnantem existere per essentialem dependentiam, & non repugnantem existere per non essentialem, ac proinde ratione prior, cum tamen prima essentialis dependentia sit natura, aut tempore prior omni non essentiali.

Ter-

Tertius conceptus est essentialis dependentia, vel formalis, vel radicalis ab alio, is est creaturarum proprius, per quem Deum solum respiciunt creaturae omnes, tum quae creatione, tum quae generatione ab ipso fluunt. Dixi radicalis, vel formalis propter actus vitales, qui forte a potentijs vitalibus essentialiter proxime pendunt, radicaliter vero solum a Deo a quo potentia vitalis per essentialem dependentiam suam esse accipere.

Tres similes conceptus pariter considero in omnipotentia Dei, ijs respondentibus (alia diuina pronunc praetermitto) Primus est, quo intelligimus omnipotentiam Dei habere non repugnantiam ad esse, per quem immediate recedit a non ente, & fundat negationem repugnantia ad esse: In hoc conceptu conuenit cum omni reali entitate. Per secundum conceptum illam intelligimus, vt potentem alia producere, & vt habentem virtutem, per quam ab ipsa alia extra se egrediantur: In hoc conceptu omnipotentia Dei conuenit cum omnibus causis efficientibus. Per tertium denique conceptum eam intelligimus, vt habentem virtutem a se, non per participationem ab alio: huic conceptui proxime adiungitur alius per quem intelligimus eam esse primum fontem omnis essentialis dependentia, ita vt quid quid est distinctum ab ipsa, quo quomodo sit, essentialiter ab ea pendere necessario debet; is est proprius conceptus omnipotentiae Dei, per quem, & ea constituitur in ratione omnipotentia, & distinguitur ab omni causa creata.

8 Tres diuersi conceptus in Dei omnipotentia respondentes.

Proprius ipsius conceptus.

9 In statu non repugnantia non est dependentia omnipotentia ad creaturas, nec habet ab omnipotentia.

Non repugnantia non est realiter prior omnipotentia.

nulla res potest habere in omnipotentiam, aut in scientiam physicam causalitatem, & ea efficere, vt omnipotentia aliquid contineat, aut scientia sciat, nedum id efficiat pura non repugnantia.

De prioritate vero logica, seu rationis ex illis tribus conceptibus, quos tum in rebus, tum in omnipotentia considerauimus res definienda est, & affirmo secundo conceptus ille primus, per quem res non repugnat ad esse, & in quo cum Deo conueniunt, est prior ratione quam conceptus secundus & tertius omnipotentiae. Hoc assertum patet, quia conceptus ille primus dicit non repugnantiam ad esse, & praescindit a non repugnantia ad esse a se, vel ab alio, sed conceptus secundus, & tertius omnipotentiae est in quantum ipsa virtutem habet dandi esse rebus, quae non repugnant accipere esse ab alio, ergo ille primus conceptus non repugnantia ad esse prior est conceptu secundo, & tertio omnipotentiae. Probo hanc consequentiam, quia conceptus vniuersalior est ratione prior, vt saepe dixi. Sed ille conceptus est vniuersalior, vt probaui, ergo &c. Quo fit aliquem conceptum essentialem creaturis secundum praedicatum commune, per quod non repugnant ad esse, esse priorem conceptu secundo, & tertio omnipotentiae.

IO Aliquis conceptus non repugnantia est prior ratione omnipotentiae logice.

Afirmo tertio conceptum secundum creaturarum per quem illae non repugnant existere ab alio, esse priorem ratione conceptu omnipotentiae, vt est potentia a se, nec eam respicere, vt existentem, sed vt abstrahit ab existentia, & non existentia. Hoc assertum probo hac ratione, quia secundum hunc conceptum creaturae praescindunt a dependentia ab agente creato, aut increato, a essentiali, vel non essentiali, sed conceptus omnipotentiae non potest praescindere ab essentiali dependentia eorum, quae ab ea dependent, ergo ille vniuersalior est, is minus vniuersalis, ergo ille prior ratione, is posterior. Totum probatum iam est.

II Alter etiam conceptus essentialis prior omnipotentia, vt est potentia a se.

Obijcies, creaturae per hunc conceptum dicunt ordinem dependentia ab omnipotentia Dei, sed non possunt dicere ordinem ad omnipotentiam abstrahentem ab actuali, & possibili existentia, ergo dicunt ordinem ad eam vt existentem a se, & necessario. Probo maiorem, quia si dicunt ordinem dependentia ab alio in esse, maxime dependentia a Deo, Deus enim est, a quo omnes creaturae dependent. Probo minorem, quia conceptus omnipotentiae abstrahens ab existentia actuali est chimericus, quippe qui, hoc ipso quod abstrahat non est omnipotentia.

Obiectio.

Respondeo, distinguo maiorem, dicunt ordinem dependentia ab omnipotentia Dei secundum pro-

Responsio.

propriam rationem omnipotentia nego ; secundum conceptum communem, in quo comunicat omnipotentia cum alijs agentibus creatis concedo. Ad probationem, pariter respondeo, distinguendo ipsam omnipotentiam diuersis conceptibus, vno in quantum conuenit cum potentis creatis, alio in quantum ab illis fecernitur, & fareor ordinem illum creaturarum terminari etiam ad omnipotentiam specificatiue, hoc est, secundum conceptum commune, nego terminari ad eam reduplicatiue, hoc est, secundum quod omnipotentia est. Ad minorem pariter distinguo, si ordo esset ad omnipotentiam, vt omnipotentia est, concedo non posse abstrahere ab existentia actuali, sed quia ordo est ad omnipotentiam, secundum conceptum communem illi, & alijs potentijs potest abstrahere. Quae res instantiam habet manifestam in conceptu entis, qui etsi sit Deo essentialis, quia communis est creatoris abstrahimus ab ente actuali, & potenciali, nam etsi Deus necessario ens actu sit, non tamen id habet ex conceptu entis praecise, aut quia ens est, sed ex conceptu talis entis, quia est ens a se, similiter in omnipotentia. Quo etiam minoris probatio enervata est.

Instantia manifesta

12 4. Concl. Aliquis conceptus non repugnat a creatura posterior ratione omnipotentia. Affirmo quarto, tertius conceptus creaturarum, quo eas concipimus, vt non repugnantes ad esse, per dependentiam essentialem, est posterior ratione conceptu tertio omnipotentia, haec vero rationis posterioritas non est minoris vniuersalitatis, sed dependentia, quasi logica; item conceptus tertius omnipotentia est prior ratione prioritate a quo rationis conceptu tertio creaturarum. Vt hoc quartum assertum explicem, & probem, noto in cognitione vera, & perfecta, sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci, nec enim nos pro libito possumus ponere hanc esse, vel aliam cognitionem a priori, sed ea est a priori, quae ex aliquo priori objecto, & independenti descendit ad aliquid posterius, & dependens. Hoc assertum probat rationes in principio formatae, nam conceptus essentialis dependentiae ab alio praesupponit aliud, a quo emanauit illud esse; sed etiam creatura in statu non repugnantia, secundum illud esse medium a nobis explicatum, habent hanc essentialem dependentiam ab alio; ergo sunt posteriores omnipotentia Dei existente. Probo minorem, quia etiam secundum illum statum non repugnantia sunt creaturae, sunt limitatae, non sunt ens a se, imo ipse status id manifeste demonstrat; ergo sunt ab alio per essentialis dependentiam, sed non ab alio, quam ab omnipotentia Dei, vt constat, ergo &c. Vnde secundum hanc tertiam comparationem, haec est causalis a priori, *omnipotentia Dei existit,*

ergo creatura habent non repugnantiam ad esse per essentialis dependentiam, quia etsi physice non manent ab ea, secundum hoc esse non repugnantia; at logice intelliguntur manare. At secundum alios duos conceptus creaturarum, vt non repugnant ad esse collatos cum proprio conceptu omnipotentia Dei illa consequentia, *omnipotentia Dei existit, ergo creatura non repugnant ad esse*, etsi legitima sit, & teneat, non tamen est causalis, nec a priori, sed veluti ex inferiori ad superius affirmatiue, vt haec, est homo, ergo est animal; vnde sicut non tenet, e conuerso: est animal, ergo est homo, ita non tenet, est non repugnantia creaturarum ad esse, tam prima, quam secunda, ergo existit omnipotentia Dei, immo ex prima non repugnantia, quae abstrahit ab esse a se, vel alio, nulla inferatur potentia; ex secunda inferatur a posteriori aliqua potentia, siue existens, siue non existens, ex tertia etiam a posteriori omnipotentia existens.

Omnipotencia Dei existit ergo creatura non repugnant ad esse. Causalis a priori in quo sensu.

13 Ref. ad argumenta. Non repugnantia ad esse est vltima rei differentia. Videamus quid probent argumenta Iunioris illius metaphysici. Primi argumenti antecedens, solum verum habet in tertio conceptu non repugnantia a nobis explicato, non vero in alijs duobus conceptibus. Item consequens secundi argumenti, antecedens verum est, nam omnis conceptus entis non repugnantis positius est, nempe sua vnus cuiusque rei essentia, quae in hoc statu optime declaratur per conditionalem propositionem, nempe, si Deus vult producere id, quod nos intelligimus per hominem debet facere, vt existant haec praedicata, animal, & rationale in vna, eademque substantia, alias quidquid efficiat, non efficiet hominem. Prima probatio antecedentis bona est. Secunda supponit falsum, scilicet repugnantiam ad esse, esse conceptum negatiuum, etenim vt sunt possibilis duo genera entium, aliud reale, aliud rationis, vtrumque quidem positium, nam chimara, secundum esse rationis, quod habet, quid positium est, imo vt ens reale per non repugnantiam aptum est, quod producat a Deo, ita ens rationis per partes reales, quas habet, etsi realiter in composibiles, habet non repugnantiam, vt per rationem in suo esse constituitur; vnde vtrumque horum entium positium est, & suam negationem fundat, ens reale negationem repugnantiam; ens rationis negationem non repugnantiam realis ad essendum, ac proinde licet repugnantia, seu impossibilitas praedicatorum, quae est in ente rationis nominibus negatiuis significari soleat in se ipsa, tum ex parte objecti, tum ex parte rationis, positium quid est, vt explicio latius, cum de ente rationis in quantum esse potest obiectum scientia Dei.

Ref. ad argumenta. Non repugnantia ad esse est vltima rei differentia.

Repugnantia ad esse conceptus est positius.

Non repugnantia ad esse conceptus positius est.

Cap.

14 De omnipotentia, de scientia Dei de simplicitate, motu, ueri potest dubitari.



RIA in Deo sunt, in quibus creatura possibilis ab ipso cognosci posse videntur. Primum eius omnipotentia, quatenus est ad aequata carum causa. Secundum eius scientia, quatenus est earum representatio expressa secundum vltimas earum differentias. Tertium actus quidam complacentiae voluntatis diuinae, quem dicunt Theologi habere Deum erga omnes naturas possibilium, & singulas earum, siue actus ille necessarius sit, vt frequentius ferunt Theologi, siue liber; de qua re, disput. 18. cap. 1. Animus non est in hoc capite materiam praesentem hinc, inde agitandi, quia in hac parte, quast. 12. artic. 8. vbi an Beati in Verbo possibilis creaturas necessario videantur an videre possint, propriam sedem habet; solum ergo contendo propriam sententiam hac in re explicare, munire, & ab obiectis liberare, vt fecimus, disp. 4. cap. 4. in Dei incomprehensibilitatem incidentes. Nihilominus, quia sententia nostra circa tria illa in principio proposita pronuntianda est, perspicuitatis gratia caput hoc duco subdividendum in quosdam paragraphos.

§. 1. Deus cognoscit possibilis in omnipotentia sua.

15 S. Thom. Deus cognoscit creaturas in omnipotentia. Quid sit aliquid in alio cognosci diserte explicui, disput. 4. cap. 2. in principio. Conclusio in §. proposita est expressa S. Thomae in praesenti, tum art. 5. tum 6. cum ait: Dei essentiam habere in se, quidquid perfectionis habet essentia cuiuscumque rei, & adhuc amplius Deus (ait) in se ipso potest omnia propria cognitione cognoscere, idem affirmat ad primum & secundum, item quast. 12. art. 8. ibi, omnia sunt in Deo, sicut effectus virtutis in sua causa, sic igitur videtur omnia in Deo, sicut effectus in sua causa, & infra illum intellectum, ait, posse in sua causa cognoscere omnes causas effectus, qui causam totaliter comprehendit, & infra quast. 55. art. 1. ad tertium, in essentia Dei sunt omnia perfecte, sicut in prima, & vniuersali virtute, & ideo Deus per essentiam habet propria cognitionem de rebus omnibus. Idem docuit primo contra Gentes, cap. 49. & lect. 3. in cap. 7. S. Dionisij de diuinis nominibus in ipso (inquit) diuino esse existit omne esse, aliter enim per suam essentiam non posset omnia cognoscere, S. Th. inducunt in concordantiam sententiam.

S. Thom. Deus cognoscit creaturas in omnipotentia.

Idem.

Idem.

Moderni immerito per suam essentiam non posset omnia cognoscere, S. Th. inducunt in concordantiam sententiam.

sententiam detorquere S. Thomam, qui sane, si haec tam expressa testimonia attentè considerasset omnem animi conatum, & ardorem depouisset. D. Thomam sequuntur his in locis moderni Thomista, vt Bañez, & Zumel, Ferrar. Bañez. Zumel. P. Suarez prima parte lib. 2. cap. 25. à nutum. Ferrar. P. Sua. Molina in art. 8. quast. 12. disput. 2. ante medium. Valentia 1. par. disp. 1. quast. 12. pun. 6. Molina. Valentia. P. Enricus Henriquez, tom. 2. de vltimo fine hominibus cap. 10. §. 2. & 3. B. Ioannes à Salas, 1. 2. Henriquez. Salas. disput. 4. sect. 4. num. 38. à quibus referuntur ferè omnes antiqui plena fide, quibusdam exceptis nominalibus, quos pro se adducit P. Vazquez supra. Cum ergo conclusio à peritiori sit Theologia recepta, opus non est aucthores nominatim referre.

Sanctum Dionysium, lib. de diuinis nominibus, cap. 7. primum habet patronum hae sententiae. Primo in illis verbis ex versione Perionij, diuina mens omnia continet scientia, quae ferretur a se ab omnibus, quod per causam rerum omnium in se omnium rerum scientiam anticipatam habet, secundo, ibi, nec enim ea quae sunt, ex his quae sunt discens nouit diuina mens, sed ex se, & in se per causam rerum omnium earum cognitionem, & scientiam habet anticipatam, non quod per speciem singula consideret, sed quod vno causa complexu omnia sciat, & contineat, & infra elegantè id explicat similitudine, quemadmodum lux per causam in se tenebrarum notitiam anticipatam habet, quod non aliunde quam ex luce tenebras nouit se ipsam, ergo cognoscens diuina sapientia nouit omnia, ac si diceret: sicut lux si esset intellectualis se ipsam intelligendo, & non alio modo intelligeret tenebras, ita existimandum (ait) Dionysius de luce integrata, quae est diuina sapientia, quae se ipsum Deus, vt lucem infinitam cognoscit, & creaturas, quae sunt in hae lucis in ipso. Rursus paulo inferius loquens de diuina scientia, sic ait: Ipsa enim se ipsam omnium causam noscens, nullo proorsus modo ea, quae a se profecta sunt, & quorum causa est, ignorauit. Superfluum est alia ex Dionysio referre, cum haec ita perspicua sint. Possem etiam adducere in patrocinium Augustinum pluribus in locis, in quibus cognitionem matutinam distinguens à vespertina hanc esse dicit, quae videtur creaturae in se, illam qua in verbo, ac praecipue, lib. 11. de Ciuit. cap. 7. & cap. 29. & lib. 4. de genesi ad litteram cap. 22. & cap. 26. & lib. 83. quastionum, cap. 26. Quod si ex Augustino Beatus in Verbo videt creaturas possibilis, nedum sentiat Deum videre. Sed libens pratermitto exactam horum.

Bañez. Zumel. Ferrar. P. Sua. Molina. Valentia. Henriquez. Salas.

D. Dionis. Probat ex Dionis. Perionias.

Probat ex August.



rum locorum enucleationem, quia spectat ad quaestionem 12. art. 8.

16
Solidara
tio pro
conclusionem.

Ex verbis relatis Dionisij, & D. Thomae, dici eam esse solidam rationem pro conclusione, quae sumitur ex ratione causa. Antequam eam formem, aduerto totam difficultatem ad hoc punctum de uolendam esse, an creaturae in omnipotentia Dei, quae eas continet, cognoscibiles sint, non solum communi quadam, & generali cognitione, sed distincta, & propria penetrante usque ad ultimas, & intimas differentias; nam si solum cognoscibiles essent cognitione illa generali non distinguente, neque diiudicante proprias rerum differentias, negandum esset, Deum cognoscere in se ipso creaturas posibles, quippe cum ea cognitio imperfecta sit, atque confusa; si vero creaturae posibles cognoscibiles sunt, in omnipotentia Dei cognitione distincta, atque perfecta, danda erit Deo talis cognitio; nam nulla rei cognoscibilitas latere potest scientiam in omni genere scientia infinitam simpliciter.

17
Possibilia
cognoscibi-
lia sunt in
omnipoten-
tia.

Hoc posito sic formo argumentum, omnes creaturas posibles secundum proprias, & vltimas perfectiones continentur in omnipotentia Dei; ergo in ea sunt cognoscibiles distincta cognitione. Probo consequentiam, sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci; sed res posibles habent suum esse in omnipotentia Dei, non solum commune, & generale, verum etiam speciale, & vltimum, ergo cognoscibiles sunt, non solum secundum esse vniuersale creaturae possibile, verum etiam secundum esse proprium.

Urgeo argumentum, nemo negabit, quin, omnipotentia comprehensa, cognoscantur creaturae posibles saltem in communi, & generali quadam ratione, nec enim omnipotentia quiddam cognosci potest, si dum comprehenditur, quin cognoscens sciat de illa, esse potentem producere, quidquid non implicat contradictionem, sed nulla est ratio quare cognoscantur in ea creatura in communi, & generali ratione, & non in particulari; ergo etiam cognoscuntur in particulari. Probo minorem quia creatura secundum esse particulare, & vltimum continentur in omnipotentia Dei, imo in rigore non continentur secundum esse commune, & generale, quatenus Deus esse commune per se producere nequit; sed ratione particularis differentiae; & licet nos concipiamus omnipotentiam Dei; ut continentem quidquid non implicat contradictionem; at ideo continet, quidquid non implicat contradictionem, quia continet in se hanc, illam, & illam creaturam in particulari, ita vt reuera continentia sit per se huius; & illius creaturae in particulari, non rationis communis, etsi illa

consisteret in ordine transcendentali secundum esse, vt aliqui arbitrantur, talis ordo respicere non posset communem rationem non repugnantem, sed hanc, & illam creaturam in particulari, in quantum particularem. Etenim ordo ille esset ordo realis a parte rei existens, & non mente conceptus solum, sed nullus ordo realis, qui non sit actus intentionalis mentis nostrae, respicere potest rationes communes, & vniuersales, vt constat; ergo si omnipotentia Dei diceret ordinem transcendentalem secundum esse ad creaturas posibles, ille ordo necessario respiceret omnem collectionem earum; tamquam ad aequatum terminum, & singulas in collectione contentas, tamquam in aequatum, quo fundamento mens nostra posset concipere, tum ordinem, tum terminum ordinis sub ratione communi, sicut concipit diuersas rerum species sub ratione communi generica ex simili fundamento.

Sed obijciens primo creaturas non contineri formaliter in omnipotentia Dei, sed solum eminenter; ergo omnipotentia Dei non est sufficiens medium, in quo creaturae cognoscantur formaliter, sed solum eminenter. Probo consequentiam ex eodem principio, sicut res habet ad esse, ita ad cognosci imperfecta cognitione, at non sunt formaliter, sed solum eminenter in omnipotentia Dei; ergo in ea solum eminenter cognosci possunt. Quo argumento, vt minimum probari videtur perfectiorem, magisque formalem futuram cognitionem creaturarum in se ipsis, quam in omnipotentia; etenim vt in se ipsis habent esse magis formale, quam in omnipotentia, ita magis formaliter in se ipsis cognoscuntur: quo fit neganda Deo cognitionem creaturarum in omnipotentia, & concedendam solum cognitionem earum in se ipsis, etenim formalior, & perfectior cognitio Deo attribui debet.

18
Respondeo si cognitio diuina in sola sisteret omnipotentia ipsius, vt putabat Aureolus, quae refutauimus cap. 1. ea solum esset creaturarum, veluti eminens cognitio non formalis, in quo bene ualeat proloquimur illud, quod sicut se res habet ad esse, ita ad cognosci; nam vt omnipotentia ipsa secundum esse, est eminenter res omnes, ita cognitio omnipotentiae est in cognosci, veluti eminens cognitio rerum omnium, at non sistit in omnipotentia, sed ea penetrando in ea formalissime, & distinctissime vitaliter repraesentat omnes vltimas differentias creaturarum, ad hoc autem vt in ea repraesentari formaliter possint, necessarium non est, vt ea omnipotentia formaliter sit omnis creaturarum formalitas, sed quod sit eminenter, nam vt cognitio ipsa est formalis cognitio formalitatum creaturarum, usque ad vltimas earum

Alia obijctio.

19
Vt non sit
in Deo ordo
transcendentis
secundum esse,
ad creaturas.

earum differentias, quin in se sit formaliter ipsa formalitates creaturarum, sed solum intentionaliter, ita omnipotentia Dei, quia est in se eminenter omnis creaturarum formalitas, etsi non sit formaliter, in ea sunt formaliter intelligibiles, quia hac ratione habet esse obiectuum intentionale formaliter: unde Deus in omnipotentia tam formalem, ac expressam cognitionem habet creaturarum, vt minimum, quam in se ipsis; unde, siue ultra cognitionem hanc sit danda ipsi altera cognitio creaturarum in se ipsis, siue non, de quo cap. 4. at neganda non est cognitio creaturarum in omnipotentia.

Obijciens secundo, omnipotentia non est ordo transcendentalis secundum esse ad creaturas; ergo non possunt ipsae in omnipotentia cognosci.

Hac obiectio quibusdam grauis visum est, non bis leuis, aduerto semel, quando nos negamus ordinem transcendentalem secundum esse ad creaturas, non negare continentiam creaturarum esse in Deo aliquam perfectionem, de qua hucusque nihil a nobis assertum, sed solum quidquid est in omnipotentia perfectionis absolute esse ab omni dependentia a creaturis; imo quidquid est in Deo ab omni dependentia debet absolui, & per ordinem transcendentalem secundum esse, ordinem dependentiae intelligimus cum Anselmo relato cap. 1. Hoc animaduerso in eo sensu concedimus antecedens, negamus consequentiam, reddimus rationem ex causis creatis, in quibus duo inueniuntur in ordine ad suos effectus. Primum eorum realis continentiam secundum ordo transcendentis dependentiae, talis vt si effectus essent in aliquo casu impossibiles, hoc ipso in causis desideraretur aliqua perfectio ad futuram perfectionis effectuum, quos impossibiles esse supponimus: illud primum nihil continet imperfectionis, ideoque absque controuersia Deo conceditur ab omnibus: hoc secundum, sub litere est, an inuoluat imperfectionem, an non? Nos vero non affirmamus hoc secundum, ratione ordinis transcendentis dependentiae necessarium esse ad hoc, vt Deus in omnipotentia sua creaturas cognoscat, neque id probare poterit argumentum, imo certum putamus ordinem transcendentalem ad terminum; si prescindat a continentia eius aliquali, sufficientem non esse ad cognitionem quiddamquam termini, vt constat in cognitione ordinis transcendentis creaturarum ad Deum, quia sufficiens non est, quantumuis penetraretur ad Deum quiddam ratione cognoscendum, vt satis constat ex dictis in disput. 4. cap. 2. & 3. Solum ergo dicimus continentiam eminentem creaturarum, quae a nullo negari potest sufficientem

medium esse Deo, vt omnes illas formaliter cognoscat.

3. obiectio.
Obijciens tertio, omnipotentia Dei est posterior ratione scientia Dei; ergo non cognoscit in ipsa creaturas. Probo, antecedens, quia omnipotentia pertinet ad secundariam constitutionem Dei, vt constat ex disp. 3. cap. 2. scientia vero pertinet ad primariam constitutionem, vt constat ex loco citato cap. 3. ergo haec est prior ratione, illa. Consequentiam probo, quia obiectum in quo, vel ratione praecedat scientiam, vel saltem non est posterius illa.

Confirmo obijctionem, si Deus cognosceret creaturas in sua omnipotentia vera esset haec causalis, quia Deus est omnipotens creaturas cognoscit, consequens falsum est, ergo. Falsum esse sic probo, quia contraria causalis vera est, scilicet, quia Deus est omniscius, est omnipotens, nam prius ratione constituit Deum scientia, quam omnipotentia.

Hanc obijctionem tractat Pater Suarez 1. parte lib. 3. cap. 3. a num. 9. Sed praetermissis eius solutionibus, quas examinare non vacat, ex principijs traditis disput. 4. cap. 1. facile respondeo, & nego consequentiam. Ad probationem, nego, obiectum, quod solum est pure terminus, esse debere in suo esse prius, aut simul ratione, quam scientia. Instantia est manifesta in diuinis relationibus, quae cum ratione posteriores sint scientia, in constitutione diuinarum personarum sunt obiecta scientiae. Est etiam manifesta instantia in his creaturis possibili-bus in omni sententia, nam in omni sententia verum esse debet, esse possibile earum secundum essentialiam dependentiam, quam habent a Deo, esse ratione posterius ipso Deo, vt constat ex dictis cap. 2. Ratio a priori est, quia cognitio unde quaque perfecta in ratione perfectionis non solum pertingit obiectum, quod vna secum est duratione reali, & rationis; sed quod post ipsum est duratione reali, & rationis; eo quod esse postea futurum sufficiens est, vt duratione antecedenti ad illud terminetur scientia, vt dicemus disputatione sexta, & septima ex professo.

Ad confirmationem, respondeo causalitatem illam aequiuocam continere sensum, ideoque distinguendam sic esse; quia Deus est omnipotens, hoc est, quia Deus prius ratione constituitur omnipotentia, quam scientia; ideo in omnipotentia cognoscit creaturas; & in hoc falsa est causalitas, quin potius vt probatur in obijctione, causalis illi contraria verum habet sensum, scilicet, quia Deus est omniscius, est omnipotens; Nam si omnipotentia in Deo est attributum ratione

20
Quomodo
se habeant
omnipotentia,
& scientia
Obiectum
non habet
esse reale
prius ratione
quam cognoscatur.

Omnipotētia ex propria ratione supponit in Deo intellectu & voluntatem.

distinctum à volitione, & intellectione, ut ferre recepta magis modo sententia, est illis ratione posterior, eo quod omnipotentia Dei ex propria ratione omnipotentia non est operativa, nisi ut directa per intellectum, & determinata per voluntatem, vnde sicut in actuali operatione omnipotentia præcedit ad ipsam directio artis diuinæ, & imperium voluntatis eius, ita ad eius constitutionem præcedere debet constitutio scientia directricis, & voluntatis imperatricis; si vero sensus sit, quia *Deus in sua omnipotentia continet creaturas, etsi posterius ratione eas contineat, ideo eas in ipsa cognoscit, tanquam in causa*, verus est; nec enim omnipotentia esse posset obiectum in quo, ut in causa, cognoscerentur creaturæ, nisi eas contineret.

21 Obiectio.

Dices, ergo omnipotentia, in quantum continet creaturas, habet aliquam prioritatem ad scientiam. Probo consequentiam per illam causalem, quæ in eo sensu, in quo vera est, probat rationis prioritatem. Respondeo habet aliquam prioritatem rationis, in ordine ad Deum constituendum nego, in ratione obiecti concedo; Nam omnis res, quæ est distincta, vel re, vel ratione à scientia, etiam si in suo esse sit posterius illa, habet aliquam prioritatem rationis ad scientiam, quatenus obiectum in cognosci minus dependens est à cognitione scientia, quam ipsa scientia à cognitione obiecti; ideo vero hæc prioritas obiectiva nihil obstat alteri, quia hæc intentionalis est, illa realis; hæc sumitur per ordinem ad nostras cognitiones magis, aut minus dependentes inter se, dum versatur in cognoscenda scientia, & obiecto, in quantum scientia, & in quantum obiectum, illa vero sumitur per ordinem, quem habet res in sui reali constitutione. Vnde cum nostra etiam cognitio descendit ad dignoscendam hanc constitutionem, prius Deum constitui affirmat scientia, quam, omnipotentia; hoc expresse declaro dis. 6. dico, limitate solum de re, quæ est distincta re, vel ratione à scientia, propter cognitionem Dei, quæ se ipsam cognoscit sine rationis reflexione, distinctione, prioritate aut posterioritate; nam hæc ut explicui dis. 4. cap. 1. nulla ratione est prior.

4. obiectio.

Obiicies quarto, si Deus per impossibile non contineret creaturas in sua omnipotentia nihilominus illas cognosceret, ergo defacto non cognoscit illas in omnipotentia.

Resp.

Respondeo, distinguo antecedens, eas cognosceret in omnipotentia, ut in causa nego, in se ipsis concedo.

Replia.

Dices, ergo de facto non cognoscit omnes creaturas in omnipotentia. Probo consequentiam, quia peccati malitiam non continet in

sua omnipotentia. Respondeo breuiter malitiam peccati cognosci à Deo per cognitionem bonitatis oppositæ in sua omnipotentia. De hoc infra redibit sermo disput. 8. cap. 2, ubi quomodo Deus cognoscat mala.

§. 2. De cognitione creaturarum in scientia.

22 **Sensus dubitationis**
Non agimus in hoc §, de scientia Dei; ut est idem cum omnipotentia, & ut in ea creaturæ cognoscuntur a scientia Dei, quæ cum se ipsam, atque omnipotentiam intueatur, & comprehendat, nequit scientiam ab omnipotentia præscindere, ideo quæ respectu cognitionis diuinæ secundum se spectata, locum non habet difficultas proposita, sed præsupposita rationis distinctione inter scientiam, & omnipotentiam, facta per intellectum viatoris, dubitamus in presenti, an scientia Dei non in quantum cognoscit, omnipotentiam, sed in quantum cognoscit cognitionem directam creaturarum, quam diximus supra disput. 4. cap. 1. alio modo esse reflexam, an inquam Deus in ea cognitione creaturas omnes cognoscat? Ut difficultati liberior concedatur locus, aut pone omnipotentiam realiter esse distinctam à scientia, aut creaturas non cognosci in omnipotentia, tunc disquirimus, an in sola scientia creaturarum reflexe comprehensa cognoscantur a Deo creaturæ, tanquam in obiecto primario cognito?

23 **Pro parte affirmate. D. Thomas**

A parte, quæ affirmat, afferri potest S. Thomas hic art. 5. in fine corporis in hæc verba: *alia autem à se videt non in ipsis, sed in se ipsa, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipsa.* Ergo affirmat D. Thomas non solum a Deo videri creaturas in omnipotentia, tanquam in causa, sed etiam in essentia, tanquam in continente similitudinem illarum, hæc autem similitudo non potest esse species intentionalis impressa, quæ nec est in Deo respectu suæ cognitionis, nec secundum rationem nostram, ut docui disput. 2. cap. 3. §. 3. nec etiã alio modo est in Deo, nisi ut in causa, ergo loquitur de similitudine expressa, quæ est in scientia.

Secundo, fauet etiã doctrina nostra paragraphi superioris, nam ibi dicebamus creaturas formaliter cognosci in omnipotentia, etsi solum in ea eminenter sint, ergo multo melius poterunt cognosci in scientia, in qua in esse intentionali formaliter, & expresse sunt. Nec obstat in scientia, ut sic, non esse creaturas secundum esse reale, quia ut non obstat ad hoc, ut in omnipotentia cognoscantur, non esse in ea secundum esse reale formale, & sufficit esse secundum esse reale eminentiale solum virtualiter, ita

Resp. Deus cognoscit malitiam peccati per bonitatem positam.

24 **Discrimē notandum inter omnipotentiã, & scientiã**

ita sufficiet eas esse in scientia secundum esse formale solum intentionale; etenim quod deficit omnipotentia de formali continentia, habet scientia, & quod deficit scientia de continentia reali, habet omnipotentia, itaque inuicem se superant; & exuperantia vnius simul cum de factu, per alterius exuperantiam, & de factum compensatur.
In partem quæ negat inclinatur P. Suarez 1. p. lib. 2. cap. 25 a num. 41. eandem pariter, ac in omnipotentia defendit P. Vazquez 1. p. disp. 50. cap. 4. eam sequuntur frequentius recentiores, quæ etiam mihi magis arrisit in Tractatu de scientia Christi, quem dictavi octo retro annis. Huius partis ratio fundamentalis ea est, quia formalis scientia est, per quam intellectus habentis, redditur cognoscens suum obiectum, ea incognita, non vero est obiectum aptum, ut in eo cognito, cognoscatur obiectum eius. Ratio a priori est; quia scientia, ut scientia, nec est imago realis obiecti, nec ipsum continet secundum esse reale, sed secundum esse intentionale, quod est ex genere suo inferius, & debilius, quam esse reale, in quo cernitur manifestum discrimen inter omnipotentiam, & scientiam, quod illa, quatenus eminenter continet creaturas, eas habet per formam eminentiorem, in qua omnes earum formalitates habent esse nobilius infinite, vnde sicut ea forma apta est, ut in ipsa reuera sint eminentiori modo, ita ut in ipsa contineantur; hæc vero, scilicet scientia, ut ratione distincta ab omni continentia, quatenus illas continet in solo esse intentionali, quod reuera est debilius, & imperfectius, ut apta non est, ut in ea sit reuera esse reale entitatum obiecti, ita ut in ea cognita cognoscantur. Nec iuuat expressio, seu formalitas, quæ superat omnipotentiam, nam est in genere inferiori, apto quidem, ut, tanquam forma incognita, reddat cognoscentem intellectum habentis, non vero, ut tanquam in obiecto cognito.

25

Hæc sane, & rationem a priori huius partis continent, & fundamentum partis affirmantis infringunt. Verum contra eam rem altius considerans, hoc argumentum cogitavi: Deus comprehendens scientiam suam de creaturis habet hoc iudicium: *hæc mea scientia vera est, & est comprehensua.* Sed hoc iudicium habere non potest, nisi in ea cognoscat creaturas; ergo cognoscit creaturas in sua scientia. Probo maiorem, quoad primam partem, scilicet habere iudicium, quia in Deo non est simplex apprehensio formalis, ut docui disput. 4. cap. 2. ergo omnis formalis scientia iudicatiua est. Quoad secundam partem scilicet Deum iudicare de sua scientia esse veram, & comprehendit suam. probatur, quia Deus comprehendit suã

scientiam per reflexionem in illam, sed de ratione scientia Dei est esse veram, & comprehensiuam, ergo per comprehensionem reflexam in illam cognoscit has eius perfectiones, altera, qua vera est, altera, qua comprehensiuam est. Minorem probo, primum de veritate, veritas iudicij consistit in eo, quod ita enunciet iudicium, sicut res est in se, sed non cognita re, ut est in se, non potest ferri iudicium de scientia, an illa dicat rem esse, ut est in se; ergo si Deus cognoscens scientiam suam cognoscit illam veram esse, in ea cognoscere debet creaturas, ut sunt in se; nam, ut videns effigiem Christi domini iudicare non potest, an sit vera, nec ne, nisi viderit figuram Christi, ut in se fuit, ita cognoscens propositionem hanc: *homo est animal rationale*, in quocumque intellectu ea sit, non potest diiudicare, an sit vera, nec ne, nisi simul cognoscat hominẽ, ut est in se, ergo hoc ipso quod Deus iudicat de sua scientia, quam de homine habet, veram esse, debet in ea cognoscere hominem esse animal rationale, uti ab ipsa iudicatur. Secundum de comprehensione probo, comprehensiuam scientia est ea, cuius nihil latet videntem, & obiectum cognoscit, ut congruit eius dignitati, & omne quod ex illa, aut in illa cognoscibile est, ut declarauit disput. 4. cap. 4. ergo si Deus iudicat de sua scientia, quam habet de homine non solum esse quidditatiuam, utcumque, sed etiam comprehensiuam, debet iudicare eam talem esse, quæ congruit in dignitate cognoscibilitati obiecti, exhaustiueque totam rei cognoscibilitatem, complectiturque quidquid in illa, aut ex illa cognoscibile est. Quis autem non videat hoc iudicium ferri non posse ab eo, qui ignoret dignitatem, atque naturam obiecti, & ea quæ cum ipso habent connexionem; ergo si Deus de sua scientia iudicat comprehensiuam esse, in ipsa penetrare debet ipsum obiectum.

26

Hoc argumentum mihi efficaciter probat de nulla cognitione formari posse iudicium scientificum; quo feratur iudicium hoc: *cognitio hæc est scientia, est quidditatiua, est vera, aut comprehensiuam, quin aut simul, aut antea habeat sic iudicans cognitionem scientificam, quidditatiuam, aut comprehensiuam obiecti.* non tamen probat argumentum cognitionem hanc hauriri in penetratione ipsius scientia, quinimo nisi aliunde cognitio reflexe cognoscens scientiam iuuaretur, minime posse in ea taliter obiectum cognoscere, ut mihi bene probat argumentum supra factum a parte negante, quod apud me semper magni momenti fuerit.

Itaque ex vna parte asserimus, de scientia iudicari non posse, illam esse scientiam veram quid-

Propria re
solutio.

quidditatiuam, aut comprehensiuam, non cog-
nito obiecto, ut est in se quiddatiua, aut com-
prehensiuam cognitione, & ex alia parte dici-
mus cognitionem talem in scientia ipsa com-
parari non posse. Explicandum restat in quo-
nam obiecto comparari possit, aut comparan-
da sit.

27
Veritas
propositio-
nis essen-
tialiter co-
notat obie-
ctum ita
se habens.

Pro huius explanatione noto, ut propositio
vera, & quiddatiua connotat naturam obie-
cti, ita se habentem, ut ab ipsa affirmatur, si-
ue de ratione veritatis intrinseca sit ipsum o-
bectum, ita se habens, siue non; at in omni sen-
tentiā essentialiter connotari negari non po-
test; ita etiam de ratione iudicij comprehensi-
ui est connotare obiecti cognoscibilitatem se-
cundum omnem suam dignitatem, item omnia,
quæ in illo, aut ex illo cognosci possunt. Quo
fit iudicium scientificum verum, quiddatiuum,
comprehensiuum importare completum quoddam
constans ex actu interno mentis, & ex obiecto
extrinseco, sicut album dicitur complexum quod-
dam ex corpore, & ex albedine, inter quæ hoc
solum potest intercedere discriminem, quod albedo
in obliquo importata in illo complexo in omni
sententiā spectat ad intrinsecam eius constitutionem,
non vero obiectum in omni sententiā, sed solum
in ea, quæ docet de ratione completa veritatis
esse ipsum obiectum, ita se habens, ut enun-
ciatur, quæ mihi probabilior est, sed quidquid de
hoc fit, ad rem nostram sufficit, quod obiectum
in obliquo essentialiter, quomodocumque, im-
portetur, ut Deo non cognito cognosci ne-
queat scientiam de illo veram esse, quiddati-
uam, aut comprehensiuam.

28

Ad cōpre-
hendendā
cognitiō-
nem com-
prehensi-
uam neces-
saria est o-
becti cō-
prehensio
Idem de in-
tuitiōne,
& omni ve-
ra, & quid-
datiua
cognitiō-
ne.

Ex quo colligo, nullum posse comprehen-
dere cognitionem comprehensiuam, incom-
prehensiuam ipsius obiecto; nullum quiddati-
uam, nullum intuitiuam, non cognito obiecto
quiddatiue, & intuitiue, non quod ipsa com-
prehensio cognitionis comprehensiuæ sit com-
prehensio obiecti; aut quiddatiua cognitio
cognitionis quiddatiua sit obiecti cognitio
quiddatiua; aut intuitiua cognitio cognitio-
nis intuitiua sit obiecti cognitio intuitiua; sed
quod in suo cognosci cognitiones hæ depen-
dent a cognitionibus comprehensiuis, quiddati-
uis, & intuitiuis obiecti, siue simul habitis,
quando cognitiones hæ cognoscuntur, siue a-
liunde antea, aut in ipsis obiectis, aut in alio,
in quo obiecta ipsa continentur causaliter.

29
a. obiectio.

Obijcies primo, ordo transcendentalis es-
sentialis dependentiæ creaturarum ad Deum
comprehendi potest, non comprehenso Deo,
immo nec intuitiue quiddatiue cognito, er-
go comprehensio creaturarum poterit com-
prehendi, non comprehensis creaturis.

Obijcies secundo difficilius, Christus domi-

nus comprehendit suam visionem Dei, quin
Deum ipsum comprehendat, ergo cum com-
prehensione cognitionis obiecti non necessa-
rio coniungitur comprehensio eius.

Ad primam obiectionem respondeo ne-
gando consequentiam, ratio est, quia nos non
deducimus obiectum quiddatiue, intuitiue,
aut comprehensiuæ cognoscendum fore ex co-
gnitione quiddatiua, intuitiua, aut compre-
hensiuæ cuiuscumque ordinis transcenden-
talis, sed solum ex comprehensione comprehen-
sionis obiecti, ipsum comprehendendum esse,
ex intuitione intuitionis obiecti, ipsum intu-
endum esse. Denique ex quiddatiua cog-
nitione quiddatiua cognitionis, ipsum quiddati-
uæ cognoscendum esse inuolimus, propter
veritatem, & correspondentiam, quæ est inter
obiecta, & has cognitiones, ut satis supra
declaravi, quæ non inuenitur in ordine transcen-
dentali creaturarum ad Deum. Verum est, om-
nem comprehendentem talem ordinem cog-
noscere debere Deum esse ens a se, omnipo-
tentem, quia hoc includitur in conceptu com-
prehensiuo ordinis transcendentalis per essen-
tialem dependentiam, seu ex eo deducitur, nõ
vero cognoscere cogitur, aut poterit diuinam
Trinitatem, aut alia attributa virtutum mora-
lium, quæ non spectant ad productionem crea-
turarum, aut dependentiam, quam habent a
Deo.

Ad secundam obiectionem, similiter nego
consequentiam, nec enim nos diximus ad cuius-
cumque cognitionis obiecti comprehensionem
necessariam esse comprehensionem ipsius
obiecti, sed ad comprehensionem cognitionis
comprehensiuæ, unde cum visio, qua Christus
videt Deum non sit comprehensio Dei, bene
potest illam comprehendere, quin comprehē-
dat Deum, cuius ea ratio est, quia visio Dei
non connotat Deum secundum omnem dig-
nitatem suæ cognoscibilitatis, nec ex haurit ea,
nec in ipso, aut ex ipso cognoscit quidquid
cognoscibile est, unde visionis comprehensio
non petit comprehensionem obiecti, sed so-
lum visionem obiecti in eo perfectionis gra-
du, quo ipsa visio visa videt obiectum. Quo fit
nec Christum posse videre, aut comprehendere
suam visionem, nec vllum beatum alterius
beati visionem, nisi Deum aliās viderent. Sed
obijcies tertio, Beatus videt clare, & distincte
scientiam Dei, tum de existentibus, tum de
possibilibus, non tamen videt omnes creatu-
ras existentes, nec posibles quiddatiue cog-
noscit, ergo potest videri clare, & distincte sci-
entia non viso clare, & distincte obiecto. Respon-
deo hoc argumentum probare non quancum-
que distinctam scientiæ cognitionem sufficien-
tem esse ad obiecti distinctam pariter cogni-
tionem

tionem, sed ultra necessarium esse, ut scientiæ
cognitio exprimat eam, non quancumque ex-
pressionem, sed ea speciali, quæ requiritur ad
notitiam obiecti, nam scientia non dependet
in cognosci ab obiecto, nisi secundum eam ra-
tionem, secundum quam est expressio obiecti.
Sicut in cognitione omnipotentis dici so-
let non esse sufficientem quancumque cog-
nitionem ad cognoscenda omnia possibilia
in ea, sed eam, quæ sic exprimit omnipotentiam
ut oportet, ut in ea creatura, quæ cognoscen-
da est, appareat videnti idem in scientiæ cog-
nitione dicendum. His continetur nostra de hac
sententia, cui nihil ex dictis hucusque ad-
uerfatur.

§. 3. De cognitione creaturarum in complacencia.

Quæ §. superiori in scientia diximus ad
complacenciam applicanda sic sunt. Cum di-
cunt Theologi voluntatem diuinam compla-
cere in naturis possibilibus, non est existiman-
dum solum complacere generali quadam, &
communi ratione, ut a nobis concipitur, & sig-
nificatur terminis vniuersalibus, sed in singu-
lis ita complacere, ut vnaquæque natura pro
gradu perfectionis diuersam ratione maiorem,
aut minorem complacenciam sibi vendicet. Sit
exemplum in natura humana, atque Angelica,
Deus in hac complacet in perfectione substan-
tiali, spiritali, completa, in naturæ simplicitate,
in perfectione propriæ subsistentiæ intelle-
ctus, & voluntatis, in potentia loco se mouen-
te, & aliorum se motiua, & alijs, si quæ Ange-

lus habet, ita ut ei det plenam complacenciam
pro exigentia perfectionum obiecti. Pariter in
natura humana complacet in perfectione sub-
stantiæ completæ, mixtæ, atque compositæ, ex
parte corporea, & parte spiritali, in vniuersi
formatione, & alterius receptione, in vtriusque
subsistentia, in emanatione sensuum potentia-
rum internarum, & externarum intellectus, &
voluntatis; in capacitate scientiarum, artium,
& virtutum; in potentia obedienciali, in
virtute generandi, in omnibus harum faculta-
tum artibus, in partium corporis, vniuersi dif-
formique organizatione, in functionibusque
omnibus, quas facultates omnes exercent, &
in quibuscumque alijs perfectionibus, tum
propriæ tum communibus, & sic de alijs natu-
ris, ac de indiuiduis naturarum.

His ergo, qui hanc diuinam complacenciam
comprehenderit necessario iudicare debet, an
plena respondeat vnicuique naturæ, an vnicui-
que indiuiduo naturæ, ita ut ea sit, quæ respon-
deat naturæ, ut ita dicam meritis, secundum
perfectionis exigentiam, sed hoc iudicare non
potest ignorans singulas vnus cuiusque natu-
ræ perfectiones, & vniuersi cuiusque indiuidui
in natura, ergo non potest Deus suam compla-
cenciam comprehendere, quin præ compre-
henderit, aut simul comprehendat creaturas
omnes posibles, propositiones omnes ratio-
cinationis huius probatæ sunt capite superio-
ri, eius vero intentum non est in complacencia
ipsa creaturas omnes comprehendere posse, &
debere; sed complacenciam ipsam compre-
hendi non posse, non aliunde, aut simul com-
prehensis creaturis possibilibus.

Cap. 4. Deus cognoscit possibilia in se ipsis.

32
Dubitatio
nis sensus.

APITE superiori dedimus Deo
cognitionem creaturarum possi-
bilium, quasi indirectam & secun-
dariam, qua in se ipso eas cognos-
cit, in hoc disquirimus, an ultra illam danda ip-
sis sit alia cognitio, per quam creaturas possi-
biles in se ipsis, hæc est immediate & directe
cognoscat v. g. 3. p. quæst. 10. & 11. docuimus
Christum dominum duplici modo cognosce-
re creaturas posibles. Primo in omnipotentia
Dei per scientiam beatam, per quam crea-
turæ cognoscuntur, ut obiectum secundarium
& indirectum. Secundo in se ipsis per scien-
tiam infusam, per quam creaturæ cognoscun-
tur, ut obiectum immediatum, & directum. Ta-
li ratione nitimur ostendere, an similis duplex
modus cognoscendi Deo tribuendus sit, præ-
supposito hoc discrimine, quod in Christo vna
cognitio distinguitur realiter ab alia, in Deo

vero solum ratione poterit distingui, siue præ-
sciende, siue non præsciende.

In qua re, pars quæ negat satis communis,
& bene munita est. Eam tenet Caietanus hic
art. 5. & Thomistæ recentiores, Bañes art. 6.
Concl. 2. Zumel art. 5. conclusione 2. 3. & 4. ex
nostra Schola P. Molina ad art. 5. & 6. disput.
vnica conclusione 2. P. Valentia hic pun. 3. con-
clusionem 1. in eam propendet, ut in probabili-
orem P. Suarez 1. p. lib. 3. cap. 2. num. 12. & 13.
Et quod magnifico videtur expressa S. Tho-
mæ hic art. 5. ibi alia autem a se videt non in se
ipsis, sed in se ipso. Verba retuli cap. 3. §. 2. & ex
professo lib. 1. contra gentes cap. 48. in quo se-
tem rationibus probat Deum primo & per se
solum se ipsum cognoscere at si creaturas vi-
deret in se ipsis, eas primo & per se cognosce-
ret. Et cap. 49. postquam probauit etiam cog-
noscere alia a se, sic scribit, colligendo ergo has
duas

33
Pro Parte
negante.
Caiet.
Bañes.
Zumel.
P. Mol.
P. Valencia
P. Suarez.
Albelda.
disp. 37.
sect. 2.
S. Thom.

duas conclusiones apparet Deum cognoscere se ipsum, quasi primo, & per se notum, alia xero sicut in essentia sua visa. Et subiungit veritatem hanc prius edocam a Diuo Dionisio, 7. c. de diuinis nominibus dicente, non secundum visionem singulis se immitit, sed secundum causam continentiam scit omnia. Et infra, diuina sapientia se ipsam cognoscens scit alia. Quod si Deus alia cognitione ab ea, qua videt creaturas in se ipso, eas etiam cognosceret in se ipsis, iam singulis se immitteret Deus secundum visionem; & non solum se cognoscens omnia cognosceret.

Aug. Ad eandem confirmandam sententiam inducunt aliqui testimonium Augustini tom. 4. lib. 83. quæstionum quæst. 46. ibi. Non enim extra se positum quidquam intuebatur, hac ratione, nam certum est noluisse Augustinum significare Deum nihil extra se cognoscere: ergo solum voluit nihil extra se immediate intueri, sed solum in se ipso. Quam interpretationem sequitur S. Thomas. Sed aliam esse mentem Augustini in hoc textu declarauit, cap. 1. & in hoc explico ad finem quam fuerit S. Thomæ.

1. Fundamentum à ratione. Varia petuntur à ratione fundamenta, solidiora sic propono. Primum, supposita comprehensione creaturarum in omnipotentia Dei, hæc alia superuacanea est, prorsus inutilis, grauibz obnoxia difficultatibus, ergo explodenda ab scholis.

2. Fundamentum. Secundum, quia, vel cognitio hæc ponit in Deo aliquam perfectionem distinctam ratione nostra à perfectione, qua Deus cognoscit se, & creaturas in ipso, vel non? si hoc secundum ad quid ponitur, nisi vt nos inuoluamus hac sententia tricus illius obscurissimæ difficultatis in Theologia de terminatione scientiæ visionis ad obiecta existentia, absque additione perfectionis, etiam ratione nostra. Et enim hoc ipso quod scientia hæc ponatur sine perfectione, ponitur nouus modus terminationis ad creaturas posibles directe, & immediate in se ipsis, in quo deuoramus difficultatem scientiæ liberæ.

34 Si primum, contra primo est, quod scientia Dei præcisse vt se comprehendit, & in se creaturas est in omni genere scientiæ infinita simpliciter, ergo est incapax cui etiam ratione nostra additio perfectionis in genere scientiæ fieri possit, qua ratione ducti, disput. 2. cap. 2. diximus scientiam liberam nullam addere perfectionem ad necessariam.

Contra secundo, perfectio illa nihil aliud esse potest, quam representatio vitalis creaturarum immediate in se ipsis, ergo Deus ab illis sumit talè perfectionem; adeo vt si per impossibile creaturæ posibles non forent

adimenda esset à Deo talis perfectio, ergo negari non potest Deum in ea perfectione de penderè à creaturis, quod absurdum esse testantur graues theologo, hac ratione: quia omnis perfectio diuina, quæ est ens à se, magis necessaria est, quam quodcunque esse creaturæ, ac proinde ab eis perdere non potest.

Contra tertio, respectu talis cognitionis creaturæ posibles essent obiectum formale, & primarium eius, ergo ea cognitio ab eis fumeret speciem. Probo consequentiam, quia Theologi communiter docent omnem intellectionem specificari ab obiecto formali, & primario, ita S. Thomas lib. 1. contra Gentes cap. 48. ratione 3. & 7. vbi Ferrar. in 1. distinct. 35. quæst. 2. art. 1. conclusio 1. obiter etiam tetigit P. Suarez, 2. tom. Meta. disput. 30. sect. 15. num. 16. & alij sine numero, & vt scientia Dei non summat speciem à creaturis, sed à Deo, Theologi docent diuinam essentiam esse obiectum formale primarium, suæ intellectionis, creaturas vero materiale, & secundarium, quod frastruimus hanc scientiam, ponimus creaturas obiectum primarium eius, & incidimus in absurdum, quod nobiliores Theologi fugerunt.

Tertium fundamentum, talis scientia non est comprehensua creaturarum, ergo neganda Deo. Probo antecedens, Deus minime potest per illam, vt sic comprehendere respectus omnes creaturarum naturales, & obiectuales, & terminos eorum.

Quartum, quo obiectum cognitionis nobilius est, eo est cognitio nobilior; quo vilius vilior, ergo cognitio Dei non potest tendere ad creaturas immediate, quia vilescet ex obiecto. Hæc ratio desumpta est ex Aristotele 12. Meta. textu, 51. propter quam Gregorius Ariminensis arbitratur Aristotelem negasse Deo scientia possibilem, vt retulimus disput. præsentis capite 1.

Denique, quia Deus quacumque cognitione est beatus, ergo nõ cognoscit creaturas in se immediate, patet cõsequentiã, quia cognitione creaturarum in se ipsis, vt sic non potest esse beatus, quippe cum per eam vt sic, non videat suam essentiam.

Hæc sunt grauiora fundamenta pro hac sententia. Scio recentiores alios alia obijcere, sensum contrariæ sententiæ excutientes. Verum eum explicuimus iam in principio capitis, & in discursu, quæ ab eis dicuntur differte explicabuntur.

Si mihi persuaderem Diuum Dionisium, Thomam, atque Augustinum ad stipulatos præfatæ sententiæ, ei subscriberem. At cum horum Patrum alia fuerit mens, vt commodius dico

S. Thom. Ferrar. Capreol. P. Suarez. Cognitionem ab obiecto primario specificari docent Theologi.

35 3. Fundamentum.

Arist.

Ariminensis.

Oppositam sententiam amplector

36

Valentia. dico ad finem capitis, & cum grauiora sint rationum momenta pro affirmantè sententia, denique cum nobiles etiam Theologi sint eius patroni, eam ego etiam defendendam suscipio ac primum in ea est P. Vazquez 1. parte disp. 50. & quotquot ab eo referuntur cap. 6. qui negant beatos creaturas videre in Deo, cum negare non possint videre creaturas in se ipsis, eas videre affirmant necesse est ita etiam de Deo, negant in se ipso creaturas cognoscere, cum negare non possint eas cognoscere, in se ipsis, cognoscere affirmant necesse est. In ea etiam est P. Suarez 1. parte lib. 3. cap. 2. num. 10 ad finem Scotus in 1. distinct. 35. quæst. 1. §. ad ista. O Chamus in 1. distinct. 35. quæst. 3. & Gabriel ibidem art. 2. conclusione secunda expresse Gregorius Ariminensis in 1. quæst. vnica, vbi testimonia Augustini in oppositum declarat, ille vero fuit maxime Augustinianus Mitto aliorum allegationem, quia dubiæ fidei sunt.

37 Ratio a priori. Cognoscibilitas creaturarum in ipsis. Pro hac sententia formo hanc rationem à priori, quam attenta mente lectam à lectore velim. Illud esse non repugnans creaturarum post emanationem illam logicam ab omnipotentia Dei, quam explicui cap. 2. in se ipso, & immediate est cognoscibile, & illud esse immediate, & in se cognoscere, non in alio, nulla est imperfectio, ergo talis cognitio non potest negari Deo. Antecedens duas habet partes, primam, in qua affirmo naturas rerum esse in se immediate cognoscibiles probo; quia Christus Dominus eas immediate in se cognoscebat per scientiam infusam, secundum omnes Theologos: ita etiam Angeli plures ex naturalibus possiblem cognoscunt, ergo sunt immediate in se cognoscibiles. Probo deinde ratione à priori, quia vt creaturæ eæ actuale denominationem cogniti recipere possint, necessarium non est, quod actuale habeant existentiam, sed quod habeant non repugnantiam ad esse in tali natura, maxime cum scientia de eis non affirmat eas existere; sed solum naturam hominis v. g. consistere in identitate horum prædicatorum animal, & rationale, siue existat, siue non; ergo et si non existant sunt cognoscibiles. Cuius adhuc radicalis ratio est, quia etiam non existentes habent esse aliquod, quo distinguuntur à chimæra, & recedunt à non ente, sed omne esse, comodo quo participat esse, cognoscibile est, ergo &c. His prima pars antecedentis efficaciter manet cõfirmata.

In secunda parte consulto dico, scilicet cognoscere creaturas in se immediate non esse imperfectioem, nec affirmo aliquam afferre perfectionem distinctam ratione à cognitione sui, & creaturarum, ne ad id quæ-

tio deuoluatur, an cognitio possiblem in se inducat perfectionem, nam et si pro parte, quæ affirmat quadam à nobis non contemnenda infra producenda sint: at controuersiam præsentem extra eam quæstionem esse hac ratione demonstro, quæ vim habet apud Theologos, contra quos disputamus hoc ipso quod creaturæ posibles sint cognoscibiles in omnipotentia Dei, tanquam in causa, nemo Theologorum negat, eas à Deo cognosci, vt notauit cap. superiori §. 1. siue cognitio possiblem, vt sic aliquam in scientia Dei constituat perfectionem, siue nullam. Porro, hoc ipso quod futura, siue absoluta, siue conditionata sint in se cognoscibilia, sciuntur à Deo scientia visionis, aut conditionali, et si scientiæ nullam afferant Deo perfectionem distinctam ratione à scientia necessaria, ergo pariter hoc ipso quod creaturæ posibles immediate in se cognoscibiles sint distincta cognoscibilitate, quam habent in omnipotentia, in qua cognoscibiles sunt in alio, danda est Deo eorum cognitio, et si illa, vt sic nullam inducat perfectionem, dummodo sit libera ab omni imperfectioe.

Liberam vero esse ab omni imperfectioe duobus modis ostendere possum. Primo ratione à priori. Secundo argumentorum dilutione quatenus probare contendunt eam scientiam ab imperfectioe solui non posse. Vtrumq; commode præstabo dum ea diluo, quia sine ratione à priori non potest eis satisfieri.

Ad primum, nego esse hanc scientiam superuacaneam, & prorsus inutilem, nam et si necessaria non sit ad hoc vt simpliciter Deus comprehendat creaturas secundum vnã comprehensibilitatem, quam habent; necessaria tamen est nedum utilis ad hoc, vt Deus eas comprehendat omni modo, quo ipse comprehensibiles sunt; vnde sicut ipse veluti geminatam habent comprehensibilitatem; ita scientia Dei, quæ est in ratione scientiæ simpliciter infinita, non solum ex hæritate debet vnã, aut aliam obiecti cognoscibilitatem, sed omnem illud comprehendendo, non solum vno, aut alio modo, sed omnibus modis, quibus comprehensibilis est, & sic plenissime rem comprehendit, quod tantum ab est ab imperfectioe, vt sine illa negari non posse videatur.

Ad secundum vt respondeam, peto primum ab obijciente, an scientia possiblem in omnipotentia, vt possiblem exprimit addat ne perfectionem ratione nostra, vel non? item peto an scientia existentium? si Dicat non addere, & nihil id obstante, eam in Deo constituit, quia non potest subterfugere scientiam Dei obiectum, quomodocumque cognoscibile sit, idè prorsus nos dicim de cognitione possi-

Creaturas posibles in se cognosci, hoc ipso quod sint in se cognoscibiles, & si cognoscere non afferret Deo perfectionem.

38 Resp. ad fundamenta. Ad 1.

Deus cognoscit possiblem in se ipsis aliam esse imperfectioem eius scientiæ.

Ad 2. Retorquetur argumentum.

possibilium in se ipsis, etsi nullam addat perfectionem, quia etiam possibilia in se ipsis cognoscibilia sunt, vt demonstrauimus, & quem admodum obijciens, dum negat, cognitionem possibilium in omnipotentia perfectionem addere, se implicat difficultate scientiæ, liberæ, & nititur non succumbere: id ipsum à nobis fieri putet, nec nobis obijciat argumentum, quo se stringit.

39 Quidam moderni discrimen constituere nixi, aiunt, scientiam possibilium in omnipotentia, ideo non addere perfectionem, quia scientia Dei ab ipsa natura diuina, quæ est obiectum formale, & primum sumpsit suam perfectionem, atque specificationem, at cum scientia possibilium in se ipsis nullum aliud habeat obiectum primum, & formale, non potest non ab eis summere perfectionem, atque specificationem.

Quaratio Sed contra, vt omittam modo quam parum referat ratio obiecti primarij, aut secundarij in ordine ad summendam, vel non summendam perfectionem, de quo statim ex professo, vel sensus est, scientiam Dei summere speciem & perfectionem ab obiecto primario formali, vt ab obiecto, vel non: sed alius? de quo statim. Si ille sensus est, falsam continent doctrinam, quia specificatio formalis, vt ab obiecto inuoluit dependentiam in ea perfectione, quam summit ab obiecto, omnis autem ratio dependentiæ à priori, includit imperfectionem: vnde nec per rationem tribui potest Deo, etsi prouenire dicatur à se ipso, tanquam ab obiecto, nam cum omnis ratio, quæ est in Deo, sit, ens à se, non potest ab alia ratione, et si in Deo sit dependere. Præterea, quia scientia Dei à natura Dei, nec ratione præscindente distinguitur, vt docuimus disp. 3. cap. 2. & 3. ergo inter ipsas specificationes obiecti, & scientiæ intercedere non potest. Probo consequentiam, quia vbi est indistinctio realis, & rationis, nec specificatio realis, nec rationis potest esse; nam tunc est specificatio, quando natura vnus summitur ab alio, ergo vbi non est vnus, & aliud, nec ratio; nulla potest esse specificatio. Denique quia quotiescunque scientia specificatur ab obiecto supponitur munus aliud quod speciei impressæ obiecti ad scientiam, quia obiectum, vt purè terminus non specificat, quatenus ab eo, vt à puro termino, nulla summitur speciei intentionalis; sed natura diuina respectu suæ scientiæ nullum potest exercere munus speciei intentionalis, vt constat ex dictis disput. 2. cap. 3. §. 3. & disp. 4. cap. 1. ergo sensus ille prior verus non est. Si vero sensus alius sit, scilicet, naturam Dei per se ipsam in genere causæ formalis intrinsecæ specificare, in quantum natura Dei constituitur,

eo quod nos appellamus obiectum primum, quod simul etiam est ipsa scientia Dei, verus est, sed nihil iuuat nec est ad rem obijcientis. Ita quæ; hoc discrimine non fugitur redargutio nostra.

Quod si obijciens aliam sequatur sententiam, quæ affirmat scientiam possibilium in omnipotentia, vt est expressa possibilium representatio, inducere perfectionem distinctam ratione nostra, id ipsum à nobis dictum putet, & eam præsentis animo esse oportet, ad tria illa obiecta, etsi difficilia, diluenda: & si ad primum dixerit non intelligi scientiam Dei in omni genere scientiæ simpliciter infinitam: vt Deus se solum cognoscit, sed necessarium esse cognoscere creaturas omnes posibles in omnipotentia: ita etiam nos dicemus, non intelligi simpliciter infinitam, dum ultra hæc non se extendit ad creaturas posibles in se ipsis, quo etiam fugimus paritatem illam de scientia visionis.

40 Quoad secundum vero, & tertium obiectum fateor, non licere nobis vt illis terminis obiecti primarij, & secundarij in scholis magno plausu receptis, à vulgaribus theologis vt eis saltem vocibus propositæ difficultati occurri possit: sed hoc nullius momenti est. Theologo accurato rem Theologicam tractanti, vt veritatem illustret lumine doctrinæ; quod vero quoad rem eadem sit difficultas, siue creaturæ posibles dicantur cognosci, vt obiectum primum, siue vt secundarium, sic demonstro. Primum cognitio possibilium in omnipotentia non sistit in ea, sed progreditur ad representandas eas, non minus distincte, & formaliter, ac si in se ipsis immediate, & directe representaret, ergo licet illa appelletur cognitio obiecti secundarij, non hæc, quoad rem attinet, par est vtriusque; difficultas, nam quod mens nostra non valet percipere, id est, quod ex vna parte in Deo sit imago perfectissima vitalis omnium rerum creaturarum, ita vt Deus re vera viuat intellectualiter per illam, & quod ex alia, hæc vita intellectualis non dicat perfectionem, vel si dicat, quod ea sit ita independens ab obiecto, vt eo sublato non tollatur à Deo perfectio. Quod vero hæc cognitio prius intelligatur terminari ad aliud obiectum principalius, vel non, nihil lenit difficultatem, etsi appelletur obiectum secundarium.

Secundo, id probo in cognitione beatorum, à quibus pone vnus æquè intente, ac alium videre Deum, hunc vero à creaturis possibili nullam videre in particulari, non ne cognitio illius perfectior erit secundum aliquam rationem, eo quod in ea inuenitur imago vitalis expressa crea-

Scientia Dei non esset vnde. Quæ; infinite perfectæ nisi possibili in se cognosceret.

40 *Probatur. Quoad rem nihil refert posibles creaturas appellare obiectum. primum aut secundarium.*

41 *Simile confirmans. Exemplum appositum*

Viuere intellectualiter ex se est perfectio.

creaturarum, quæ non est in alio, & si cognitionem illam priuaremus imagine vitali creaturarum, etsi in ea maneret imago vitalis Dei, non ne priuaremus eam perfectionem intrinsecam? Quis hoc neget? ergo siue talis cognitio habeatur in alio obiecto magis principali, siue in ipso immediate ex præciso suo conceptu, qua est vita intellectualis, atque expressa imago obiecti perfectionem affert.

Tertio, pone vnus beatum duplici cognitione præditum esse earumdem creaturarum ex possibilibus alteram in omnipotentia, alteram in ipsis immediate. Si intra te rem consideres, tam agre concipies relinqui omnem perfectionem cognitionis in vidente creaturas in omnipotentia, si ab ea cognitione demi posset, ac de facto demeretur expressa, vitalisque imago earum, ac in alia, in se ipsis cognoscente. Horum ratio à priori ea est, quod vtraque earum cognitionum per suammet essentiam est imago vitalis expressa creaturarum possibilium, hoc discrimine, quod vna est solum imago creaturarum, alia creaturarum, & omnipotentia in ipsa: at vt esse imaginem creaturarum in omnipotentia, non tollit, quo minus sit imago vitalis formalissimaque creaturarum ex sua essentia. Ita si ab hac ratione imaginis auferatur representare creaturas, auferatur sane essentia eius, aut aliquid essentia nostre modo concipiendi, necesse est. V. gratia quia homo ex sua essentia est principium radicale primario intelligendi, secundario volendi, hoc ipso quod ab ea auferas principium volendi, auferas perfectionem, nec relinquis naturam hominis. Ita cognitio creaturarum in omnipotentia ex propria ratione est primaria imago omnipotentia, secundaria creaturarum in illa, vtrumque vero ex ratione essentiali: igitur ablato hoc secundario non potest manere eius essentia, quia non manet totum in quo ea consistit. Ita se res habet in Deo; nam si cognitio diuina creaturarum, aut in omnipotentia, aut in se ipsis, ponit perfectionem, et non ponit, quia est in Deo; sed quia talis cognitio ex propria sua natura est vita intellectualis, per quam Deus re ipsa viuat intellectualiter, & hoc quod est viuere intellectualiter, vbiicumque constituitur, siue in Deo, siue in creaturis, siue erga obiectum primum, siue secundarium, importat perfectionem: etenim vitæ intellectuali non accedit perfectio ex subiecto, in quo est, aut ex obiecto primario, vel secundario, sed ex propria es-

sentia ratione, per quam est vita intellectualis, quibus plane me iudice efficaciter probatur rationem obiecti primarij aut secundarij nihil referre ad hoc, vt cognitio perfectionem addat, vel non addat, atque adeo vel in neutra, vel in vtraque eam constanter constituendam esse, item, si semel constituitur, vel vtramque; vel neutram pendere à creaturis, nec aliquam vim habere argumentum contra cognitionem creaturarum in se ipsis, quam non habeat contra cognitionem creaturarum in omnipotentia.

Obijciens primo, si discursus noster efficacæ est, probat distinctas esse specie eas visiones, quarum altera videt solum Deum, altera Deum, & creaturas. Probo consequentiam, quia hæc per nos distinctam habet ab illa essentialem perfectionem, ergo distinguitur essentialiter ab illa.

2 Resp. *Intra eandem athenam speciem in diuidua in aqualia perfectione substantialiter in Dei visionibus.*
Duo responderi possunt. Primum ex doctrina probabiliori, quam docui ad libros de Anima, scilicet intra eandem athenam speciem esse indiuidua substantialiter magis, minus ve perfecta; & tunc neganda erit sequella, & dicendum visionem, quæ videbat creaturas posibles in omnipotentia, fore altera perfectionem substantialiter indiuidualiter, non specificæ. Alia communis sententia ad stipulatur huic doctrinæ, quæ asserit ab obiecto materiali non sumi speciem, sed in diuiduationem, atque creaturæ posibles, respectu cognitionis huius, sunt obiectum materiale, eo quod non ratione sui, sed ratione alterius principalioris cogniti intentionalis tendentiæ, sunt termini. Ad idem est adiumento, quod dici vulgariter solet in fide, & virtutibus moralibus, quarum actus ex obiectis materialibus non distinguuntur specie. Ita in nostra re eum actum ex substantia indiuiduali ordinem habere ad creaturas posibles, ac proinde solum fieri in eo accretionem perfectionis indiuidualis, dici non improbabiler potest.

2 Resp. *Quidam affirmant visiones Dei specie physica distinguuntur, non Theologica.*
Secundum ex alia doctrinâ, qua modo recentiores magistri aggrediuntur tueri visiones illas specie quasi physica distingui, non theologica, quatenus spectant ad rationem essentialem premij beatorum. Fauer alia doctrina communis, quæ docet speciem hominis, & equi non distinguuntur specie in ratione vniuersalis logice, & si physice nihil sit eiusdem rationis, tum in obiecto, tum in actu, quo constituitur species humana, & equina in ratione vniuersalis.



Philosophici. Hi etiam dicunt actus fidei, virtutumque moralium specie physica distingui ex obiecto materiali, cum illud intrinsece respiciunt, non vero in ratione morali, & virtutum.

Quia secunda hæc solutio communis sententiarum limites transiit, etsi videam non multum in ea esse momenti, dum à me res hæc non amplius excutitur, indefinitam relinquo.

43
Obiecto.

Obijcies secundo si discursus noster efficax est eodem modo probat scientiam liberam ponere novam Deo perfectionem, nam ipsa est imago expressa existentium, & per eam vivit Deus vita intellectuali.

Resp. 1.

Respondeo primo, scopum nostrum non fuisse ostendere scientiam possibilem in omnipotentia ponere, aut non ponere perfectionem, sed solum sincera veritatis indagazione,positoq; omni contentionis studio, eandem prout rationem esse in scientia possibilem in omnipotentia, quæ est in scientia possibilem in se ipsis, adeo ut sine maiori incommodo possit hinc dari, aut negari perfectio, si illi datur, aut negatur, nihil obstante discrimine obiecti secundarij.

Resp. 2.

Respondeo secundo concedendo discursum illum elevari aliquanto ex instantia, quam patitur in scientia libera non tamen infringi omnino. Primo quia in scientia libera est specialis ratio non contemnenda, quapropter ei omnis perfectio neganda sit, ratio ea est, nam scientia libera nihil de novo cognoscit in obiecto, quod prius non fuerat cognitum à scientia necessaria, quidquid enim actu videtur existere à scientia libera, tam essentia rei, tum existentia tum substantia individualis, tum proprietates tum accidentia, tum causalitates, quæ esse conservant, à scientia necessaria cognitum fuerat in statu possibilitatis, ut fuisse tracto infra dis. 9. cap. 2. unde scientia necessaria est ita eadem cum scientia libera, ut in nostra frasi sit ipsa scientia libera, quoad sufficientiam, ut explicui dis. 2. c. 3. vide disp. 9. cap. 2. & 16. cap. 10. unde ad hoc ut scientia necessaria absolute libera de nominari queat sine conditione limitante, solum requiritur extrinseca obiecti constitutio extra causas, non vero aliqua ipsius intrinseca additio, ut scientia possibilem in se ipsis habet re vera distinctum obiectum immediatum, & directum, nam creaturæ ante illam non terminantur scientiam Dei, ut obiectum primarium, nec secundum esse illud non repugnat quod habent, quale quale sit extra omnipotentiam Dei. Secundo quia doctrina de scientia libera ponenda non est ad declarandam scientiam necessariam, etenim explicaretur ignotum per ignotius, tantum enim facessunt negotij actus

Scientia libera, & necessaria idem cognoscit De.

Diversa ratio scientie necessariae, & liberae.

Scientia necessaria siue possibilis in omnipotentia, siue in se ipsa.

liberi Dei primoribus theologis, ut ei succumbentes ducti obscura fide incedant: qua propter, ut iam dicam, quod sentio, tum nobis, qui defendimus Deum cognoscere possibilia in se ipsis, tum alteri sententiæ, quæ solum vult ea nosse in omnipotentia, fatius est fateri utramque scientiam in Deo perfectionem dicere necessariam omnino, nullo casu defectibilem, ut infra magis explico. Nec mensurandam perfectionem liberam, quæ si poneret perfectionem novam, contingentem, & defectibilem poneret, quod absurdum esse in Deo fatentur omnes, ut dico fuse disput. 16. cap. 3. & 4.

44
3. obiecto.

Obijcies tertio nostro discursu solum probari cognitiones creatas ab obiectis creatis, siue sint primaria, siue secundaria haurire perfectionem aliquam, non ita divinam, discrimen vero consistit in eo quod cognitio divina non potest pendere ab obiecto creato, nec ab eo sumere perfectionem bene creatam.

Responsio.

Respondeo à nullo negatum iri meliorem fore doctrinam, quæ ex vna parte tueretur omnem scientiam necessariam in Deo perfectionem ponere, & ex alia ab obiectis necessarijs, ita independentem, ut ab omni imperfectione liberetur: tunc namq; Deum constituimus ratione nostra perfectiorem; quippe qui non solum perfectionem haberet, ut cognoscit se ipsum, sed ut cognoscit creaturas in ipso, & in ipsis, an vero hæc constare possint, infra magis discuto, non omitam me in superioribus insinuasse doctrinam, qua id bene declaratur, nam omnes fatentur cognitionem Dei, ut se cognoscit, habere perfectionem, item ut cognoscit attributa, tresque divinas personas, & omnes fateri debent esse independentem ab hoc obiecto. Cuius ratio à priori est, quia nihil est in Deo, quod est ad obiectum relatione transcendentis secundum esse, nam hæc ut ex Anselmo dixi cap. 1. trahit dependentiam, & dependentiam imperfectionem. Ex quibus ad replicas, quæ restabant, facile respondimus. Secundæ, quæ supponebat cognitionem creaturarum, in se ipsis, ponere perfectionem ratione distinctam, damus antecedens, negamus vero Deum ab eis sumere illam perfectionem, quod erat consequens illarum. Rationem, quare negamus hanc consequentiam, reddebamus modo. Ad illam conditionalem, si per impossibile creaturæ possibiles non forent, concedo adimendam esse à Deo aliquam perfectionem, seu ut melius dicam gratis do, quia ut supra fuisse profecutus sum eadem conditionalis proponi potest sententiæ communi concedenti creaturas possibili à Deo cognosci in omnipotentia, & responsione sua nobis sternit viam, perquam incedamus. Nego consequentiam illam, ergo negari non

Si per impossibile adimere-tur possibilitas creaturarum, etiã adimere-tur a Deo aliquaperfectio.

non potest Deum in ea perfectione pendere a creaturis, nam aliud est pendere ab illis, aliud cognoscere illas cognitione, afferente perfectionem aliquam.

45
Ex ablatione creaturarum in omnipotentia auferenda esset perfectio posteriori, in scientia vero a priori.

Observa hoc loco, quod in hunc, explicandum remissi cap. 2. concessio ex ablatione creaturarum possibilem defecturam perfectionem aliquam in scientia, & in omnipotentia Dei discrimen tamen notandum versari in hac re inter omnipotentiam & scientiam; nam ex ablatione creaturarum sequeretur ablatio perfectionis in omnipotentia a posteriori, in scientia à priori; non quia, aut scientia, aut omnipotentia sint ordines transcendentales secundum esse ad has creaturas, sed quia cum omnipotentia sit in se ipsa realis quadam continentia æquiuoca, eminens, atque necessaria creaturarum, & cum scientia sit imago realis vitalis necessaria illarum non potest non omnipotentia realiter includere perfectionem creaturarum in alia forma superiori, & scientia perfectionem intentionalem, atque adeo non potest non deficere aliqua perfectio in eis ex defectu creaturarum.

46
Henricus. P. Vazquez Duplex ex consideratione scientie & omnipotentie Dei ex Henrico & P. Vazquez.

Antequam progrediar ad hoc explicandum non possum non proponere doctrinam Henrici quod lib. 6. quaest. 3. quam valde commendat, atq; illustrat P. Vazquez 1. p. dis. 140. cap. 3. num. 11. scilicet omnipotentiam, & scientiam, & aliam quamcumq; perfectionem divinam, quæ habet obiectum extra se dupliciter a nobis considerari posse. Primo ut est in se divina perfectio a se existens, Deumq; suo modo constituens: secundo relate ad obiectum sub expresso conceptu potentia, aut scientie creaturarum in prima consideratione huiusmodi attributa perfectionem maximam continent: in secunda ad hanc perfectionem solum addunt respectum rationis, seu extrinsecam quandam denominationem.

47
Declaratur & refutatur.

De hac doctrina sic sentio, non dubito à nobis perfectiones has divinas diversis conceptibus posse meditari. Primo relate ad ipsum Deum secundum perfectionem, quam ipsi tribuunt, cum primario, aut secundario Deum constituent; & per hanc rationem expressè non declaramus omnipotentiam, aut omniscientiam. Secundo relate ad creaturas, ut dicebāt authores præfati, at si velint primo illi conceptui non respondere ex parte Dei actu, & formaliter ipsam omnipotentiam prout est continentia omnium perfectionum, quæ sunt in creaturis: item omniscientiam, prout est imago expressa, vitaq; intellectualis, per quam representantur creaturæ omnes, non video, qua ratione vera esse possit doctrina illa: nam vel cum considerant omnipotentiam, & om-

ni scientiam ut est in se perfectio Dei, considerant perfectionem aliquam communem cæteris divinis perfectionibus formaliter in ipso existentibus, vel propriam formalem omnipotentia perfectionem; aut omniscientia; ut a reliquis distincta atque secreta est: si primum sub nulla ratione magis concipiunt omnipotentiam, aut omniscientiam, quam iustitiam, aut misericordiam, quamque proprietates notionales, & personales, ergo duplex illa consideratio utraque non est de omnipotentia, aut de omniscientia, sed prima, in qua solum dicunt perfectionem contineri, est communis alijs divinis formalitatibus; secunda, quam omnino a perfectione denudant est propria omnipotentia, aut omniscientia. Quo fiet omnipotentiam, aut omniscientiam secundum nullum conceptum proprium earum Deo asserre perfectionem, quod maximè absurdum esse nemo non videt; nam Deus per omnipotentiam, ut est formalis ratio omnipotentia distincta ab alijs formalitatibus continet orbem corruptibilem, & incorruptibilem: creaturas corporeas & spirituales; aliasq; sine termino in perfectione essentiali, in multitudine &c. Quæ omnia etiam per scientiam comprehendit, hac ratione negari non potest has formalitates secundum proprias rationes tantum Deo asserre perfectionem, quantà cogitatio creata imaginari nequit. Hoc mihi tam perspicuum, ut putare non possim ab aliquo Theologo unquam negatum. Itaq; etsi videam nullam Dei realè perfectionem dependentiam habere à creaturis, ideoq; cum eam nos concipimus, & verbis exprimimus relate ad creaturas aptius nos dicere ordinem secundum dici, quàm secundum esse reperiri. At quotiescunq; ex parte Dei nostro conceptui respondet eminens creaturarum continentia, & expressio, eandemq; comprehensio realis perfectio respondet, ita ut ab ea nec ratio nostra præscindere possit, si conceptum formet formalitatis omnipotentia, aut omniscientia, ut est distincta à cæteris divinis formalitatibus, siue ipsam concipiat relate ad Deum, siue relate ad creaturas v. g. in potentia, & scientia creatis quotiescumq; eas concipimus secundum proprias earum formalitates perfectio realis nostro conceptui responderet, siue ipsas concipiamus in ordine ad subiectum, quod constituunt potens, & sciens, siue in ordine ad obiectum, quod denominant possibile, aut cognitum.

Omnipotētia & omniscientia secundum proprium conceptum maximam continens perfectionem.

Confirmatio a simili

48
Ad ablationem possibilitatis consequitur ablatio perfectionis in omnipotentia & omniscientia

Itaq; consentaneè ad hanc doctrinam sublata creaturarum possibilitate, & ab omnipotentia tolleretur realis continentia; & à scientia aliqua vitalis intellectualitas, utrumq; in Deo maximè perfectio est, non vero tolleretur expressa ablatione creaturarum, sed quia ad earum



ablationem consequenter sequitur ablatio perfectionis intrinsecæ in Deo, nec ideo pendet Deus a creaturis in ea perfectione, si proprie loquamur, quia creaturæ nullum præstant influxum, quo efficiant, vt contineantur ab omnipotentia Dei, aut sciatur a scientia, vnde in ea conditionalis si creaturæ non essent possibili, subsumitur ablatio aliqua ab omnipotentia Dei; nam cum creaturarum non repugnantia Deum supponat essentialiter, vt primum fontem, a quo fluit tale esse, fluxu logico, vt declarauimus cap. 2; qui tollit non repugnantiam ad esse supponit sublata a potentia Dei continentiam earum, etenim existente omnipotentia, tam non potest non emanare ab ea non repugnantia creaturarum, quam non potest non procedere filius æternus, existente patre, ergo vt qui auferit filium supponit prius origine ablatum Patrem, ita in nostro proposito, & sicut tam implicat non esse filium, quam non esse patrem, etsi filius procedat a Patre, ita tam implicat non esse creaturas, secundum illam non repugnantiam, quam non esse omnipotentiam, secundum continentiam. Quo fit nullam subesse imperfectiorem in eo quod aliquid Deo intrinsecum habeat connexionem essentialem cum aliquo creato, dum connexio hæc sit sine dependentia a creato, vt ostendimus esse, si in aliquo casu possibili posset deficere hæc non repugnantia, aut cognoscibilitas creaturarum foret in commodum, quia derogaret omnimodæ necessitati, quam Deus habere debet in omni perfectione sibi intrinseca; at cum nullus casus possibilis, aut cogitabilis sit, nisi chimericè, quo creaturæ non sint posibles, nulla perfectio intrinseca subit periculum non existendi, etsi auferamus auferendam esse a Deo perfectionem ad ablationem creaturarum.

Confirmatio a simili.

49 Obiectio. Solutio. Perfectio necessaria, quæ creaturæ possit esse. Ais, ergo per nos esse non repugnans creaturarum tam necessarium est, ac omnipotentia, aut scientia in sua perfectione. Respondeo nego sequellam, quia semper omnipotentia, & scientia sunt ens a se in sua perfectione; esse non repugnans creaturarum ens ab alio, & licet in eo conueniant, quod nullus excogitabilis euentus est, in quo deficere possit esse non repugnans, quin in Deo deficiat aliqua perfectio, semper tamen hæc deficeret, vt ens magis necessarium, illud vt minus.

Paululum digressi sumus, sed non sine necessitate, & vtilitate. Dixi supra num. 24. ab omnipotentia defecturam perfectionem a posteriori, a scientia a priori, si deesset creaturarum possibilitas, modo explico rationem. Nō repugnantia creaturarum secundum essentialem dependentiam manat logicè ab omnipotentia existente, vt effectus a causa, vt declara-

ui ca. 2. hæc emanatio in ratione obiecti prior est ratione nostra, quam scientia Dei de illa, si eut productio existentia prior est simili proportionem, quam scientia visionis, vt fuisse doceo disput. 6. cap. 8. Hinc est, hanc esse bonam causalem, quia res habent esse non repugnans, cognoscuntur a Deo, nam obiectum sub ratione obiecti, si distinctum est a cognitione semper eam ratione præcedit, etsi secundum realem existentiam duratione posterior sit; hanc vero non esse causalem. Quia res non repugnat esse per essentialem dependentiam est omnipotentia Dei, sed esse bonam consequentiam a posteriori, contrariam a priori.

Hinc intelliges mentem communis proloqui immerito impugnati, quia veritas eius non penetrata, scilicet potentias factiuas non supponere suum obiectum, bene vero non factiuas. Hæc de secundo fundamentum.

Ad tertium nego scientiam creaturarum possibilem in se non esse comprehensionem, nego etiam Deum per eam non cognoscere omnes terminos habitudinum indirecte, vt iam declarauimus disput. 4. cap. 2.

Hic aduerte ad comprehensionem simpliciter alicuius rei necessarium non esse cognoscere quidquid ipsa per potentiam obedientialem efficere potest; quia potentia obedientialis præter rei entitatem essentialiter connotat Dei omnipotentiam, quæ comprehendenda foret, si potentia obedientialis, secundum omnia, quæ essentialiter connotat, esset comprehendenda.

Ad quartum satis constat ex dictis Deum non vilescere ex obiecto, sicut non vilescit ex eo, quod cognoscat creaturas, vt obiectum secundarium, ideo vero non vilescit, & quia non sumit ab obiectis creatis perfectionem suam scientia, & quia nec impediretur a contemplatione nobilissimorum, nec ad faciendâ vilia induceretur. Ad hoc habes in Augustino elegans testimonium, tom. 6. de vtilitate credendi cap. 11. verba non refero propter huius capitis prolixitatem.

Ad quintum denique; nego Deum beatum esse quacūq; cognitione vt a nobis concepta, nec enim beatus est per scientiam suam, quānos intelligimus creaturas posibles in se ipsis cognoscere, nam cum beatitudo essentialis consistat in possessione summi boni per cognitionem solum Deus beatus erit per cognitionem, vt suam naturam cognoscentem.

Etsi fundamenta a ratione difficilia fuerint, at difficilius est in hac controuersia testimonijs Sanctorum Thomæ, & Dionysij satisfacere, abstrusa eorum frasis ex ipsorum scriptis euoluenda. Quid significet D. Thomas in allegatis

Quare potentia factiua non supponat suum obiectum, non factiua supponant.

50 Ad 3. principale fundamentum

Ad comprehendendam rem non est necessaria comprehensio potentia obedientialis.

51 Ad 4. Res

Ad 5.

52 Explicatur D. Th. & Dionysius.

gatis locis cum negat Deū res cognoscere in se ipsis, ipse explicuit hic art. 5. ibi, in se ipso cognoscitur aliquid, quādo cognoscitur per speciem propriam adequatam ipsi cognoscibili, sicut cum oculus videt hominem per speciem hominis. Vnde cum in responsione ad primum exponens Augustinum sic ait, id quod est extra se ipsum non intuetur, nisi in se ipso, non vult non terminari cognitionem diuinam ad creaturas in se ipsis, secundum proprias earum naturas, imo id sæpe affirmavit, & expressè quæst. 20. art. 2. ad secundum. Sed Deum non cognoscere creaturas per species ab ipsis emendicatas, neque earum proprias, aut ab ipsis, aut ab alio illi collatas, sed eas cognoscere per suamet essentialiam, vt est causa rerum, ideoque ab æterno cognosci, quia ab æterno ipsas in sua continet essentialia. Accedit in eodem art. 5. explicans quid sit cognoscere in alio, in alio autem (ait) videtur id, quod videtur per speciem totius, vel cum homo videtur in speculo per speciem speculi. E quibus verbis colligo euidenter in alio cognosci, nihil aliud esse, quam cognosci per speciem alterius, in quo continetur, non vero negat Diuus Thomas immediatum prospectum rei in alio cognitæ, nam quando cerno candorem totius papiri, ad mentem Diui Thomæ, papirus tota cernitur in se, pars papiri in alio, hoc est in toto, in quo continetur, & per speciem eius, atqui est Philosophia perspicuum est, quamcumque partem candidæ papiri in se immediate intuitionem excipere, non mediata in tota, tanquam in principali cognito. Solum ergo Diuus Thomas negare vult terminationem cognitionis immediatam ab specie propria, & adæquata procedentem, si namque candoris sola pars videretur per solam partis speciem, ea pars videretur in se in frasi Diui Thomæ: cum ergo affirmat rem videri in alio, cum videtur per speciem totius non negat immediatam cognitionem rei in se, nec minus perspicue id constat in alio simili proposito a Diuo Thomæ, nam ex bona Philosophia certum est Petrum ipsum a tergo existentem visum reflexis speciebus ex speculo immediate in se terminare intuitum nostrum, non vero speciem in speculo impressam, quæ cum nec corpus lucidum, nec coloratum sit, obiectiue visibilis non est, ideoque ipsam in medio aere existentem non licet cernere; ergo Petrus in se, non tamen specie propria ab ipso immediate emissa, sed infusa ab speculo, prius speciem Petri recipiente, terminat visionem. Itaque non negat Diuus Thomas per videri in alio immediatam terminationem intuitus, quæ procedit ab ipso obiecto inadæquato,

Visio obiecti in speculo, immediata est obiecti

53

hoc est in alio cognito, & hac ratione verissimum est, Deum non videre creaturas in se ipsis ad mentem Diui Thomæ, quia non videt eas per species proprias illarum sed per suam met essentialiam. Exempla hæc non satis accommodata visa sunt Patri Molinæ supra con-

P. Molina.

clusionem 2. instituto Diui Thomæ, sed fortasse id ita iudicavit, quia videri in alio ad mentem Diui Thomæ non exposuit, cuius proposito accommodata esse liquet ex nostra expositione. Nec lib. 1. contra Gentes cap. illo 48. & 49. aliud docuit, quam Deum se solum primo, & per se intelligere; quid sit aliquid primo, & per se intelligere, ipse explicuit in primo argumento capitis 48. aiens illa enim res solum est primo, & per se ab intellectu cognita, cuius speciei intelligit, &c. quia ergo Deus non intelligit creaturas per earum species, negat primo, & per se a Deo cognosci; non vero cognitionem Dei terminari ad creaturas in se ipsis negat. Denique cap. 49. expressè affirmat creaturas a Deo cognosci in se, vt in causa, non vero negat in se ipsis cognosci, nec bene infertur negare, cum hæc duo simul consentant. Non me latet Patrem Vazquez disput. 60. cap. 2. alio modo mentem Diui Thomæ intellexisse. Sed spero nos ipsam fuisse accutios.

P. Vazquez

Quod attinet ad Diuum Dionysium caput illud 7. attentis iustitiam oculis, quod in tres partes diuisit. Præterito primam, & tertiam: quia ad rem non sunt. In secunda duo intendit, primum Deum in se, vt in causa omnia cognoscere, hoc intulit ex eo quod Deus non accipit scientiam a rebus, siquidem ea gaudet ex æternitate. Fateor non ita differte id dixisse, vt non detur locus aliquis Patri Vazquez supra cap. 3. alio subducendi verba Dionysij. Caterum in hac parte a nobis ille est iuncta expositione Diui Thomæ, vt constat ex nostro cap. 3. §. 1. Secundum non ita cognoscere Deum creaturas in se, vt ab eis summat scientiam, cum ante ipsas ex æternitate omnia in suo omnipotentia complexu cognouerit; non vero negat Deum cognoscere creaturas in se ipsis scientia independenti ab eis, hoc ipsum sæpe reperit in eo capite, ego verba retuli cap. 3. §. 1. Quædam solum verba difficilia cuiuspiam videbuntur, ibi, Non habet itaque Deus peculiarem scientiam sui, aliam vero communem omnia comprehendentem. Caterum in his solum negat duas scientias in Deo aliam sui, & a se, aliam creaturarum desumptam ab ipsis. Vel si placet dicito solum ibi affirmare illa eadem scientia, qua se comprehendit creaturas, etiam in se comprehendere, quod consonat cum doctrina communi, & nostra,

54 Dionysius explicatus.

P. Vazquez

D. Thom.

nostra, dum non negatur alia scientia, qua res in se ipsis immediate cognoscit.

Cap. 5. Deus cognoscit possibilis ex se ipso.

VIDE si alterum ex altero cognoscere dixi disput. 4. cap. 3. in principio, conclusioni in titulo proposita fauent multum Diui Tomae, & Dionisij verba relata cap. superiore num. 19. Magis fauent ipse Diuus Thomas in hac quaest. art. 6. ad 2. ibi, & ideo essentia creatura non sufficienter ducit in cognitionem essentia diuinae, sed e conuerso. In quibus plane fatetur ex diuina essentia sufficientem deduci cognitionem creaturarum, & ipse Diuus Dionisius supra verba habet expressa secundum translationem nouam Ambrosij Florentini ibi, Non enim ex his, quae sunt, ea quidem discens diuina mens nouit, sed ex se, & in se secundum causam omnium notionem, & scientiam, atque substantiam anticipat. Confirmant etiam hanc partem, quae adducit Pater Suarez 1. parte lib. 3. cap. 2. num. 3. ubi pro hac sententia refert Thomistas antiquos, & modernos Alensem, Henricum, Aegidium, Durandum, Argentinam. Sed authores hi, vt verum fatear, dubiae fidei sunt, quia non constat eos locutos in eo sensu, in quo modo a nobis vsurpatur scientia vnus ex alio.

Conclusio proposita eadem ratione proportionali probanda est, qua probauimus, cap. 3. §. 1. Deum cognoscere creaturas in omnipotentia, & qua cap. superiori in se ipsis, quam sic applico pro conclusione nostra confirmanda. Creaturae cognoscibiles sunt ex essentia Dei, & in eo modo cognitionis nulla subest imperfectio; ergo non debet Deo negari. Maior est euidens, quia cognitio causa adaequata est medium a priori in bona demonstratione, vt intellectus, ea cognitione determinatus, feratur in cognitionem effectus; ergo cum Deus sit nobilissima causa adaequata, esse poterit nobilissimum etiam medium, cuius cognitio determinet ad cognitionem creaturarum possibilium. Minorem sic probo, quia vel imperfectio in eo erit, quod vna cognitio formalis ad aliam praesupponatur ratione; vel in eo quod Deo tribuimus formalem discursum; sed in neutro horum est imperfectio; ergo. Probo minorem quoad primam partem, quia praesuppositio rationis vnus, formalitatis ad aliam, si absoluitur a dependentia vnus, ab alia, sine imperfectio est in Deo, vt constat in intellectione comparatiue ad volitionem, in essentia comparatiue ad attributa, in absolutis comparatiue, ad relati-

ua. Quoad secundam partem probo minorem, nam in cognitione per discursum sublata distinctione reali inter conclusionem, & praemissas, & dependentiam conclusionis a praemissis, nulla subest imperfectio; ergo ab imperfectio libera est cognitio vnus ex alio. Probo consequentiam, quia in Deo nec est ea distinctio, nec dependentia, vt constat.

Obicies primo, nos negauimus disput. 4. cap. 3. Deum se cognoscere ex creaturis; ergo negandum etiam est, Deum cognoscere creaturas ex se. Respondeo negando consequentiam. Ratione discriminis eleganter reddidit Diuus Thomas art. 6. ad secundum dicens, quod essentia creaturae comparatur ad essentiam Dei, vt actus imperfectus ad perfectum, & ideo essentia creaturae non sufficienter ducit in cognitionem essentia diuinae: Vnde in cap. illo 3. dicebamus cognitionem Dei deductam ex cognitione creaturarum fore imperfectam, inadaequatam, atque confusam: cognitio vero deducta ex essentia Dei erit comprehensua, quippe cum medium nobilissimum sit, sufficientissimumque ad comprehensionem.

Obicies secundo; Diuum Thomam hic art. 7. ad secundum in hac verba, quod Deus non cognoscit per causam, quasi prius cognitam effectus cognitos, sed eos cognoscit in causa. In quibus verbis cognitionem effectuum ex causa Deo negare videtur. Respondeo solum negare Diuum Thomam discursum Deo secundum successionem, & causalitatem, quae reperiatur in humanis discursibus, vt constat ex corpore articuli.

Obicies tertio; cum vna cognitio ex alia deriuatur, illa prior cognitio non cognoscit formaliter, sed solum eminenter, aut virtualiter obiectum secundae cognitionis; sed omnis cognitio, quae est in Deo cognoscit creaturas formaliter; ergo in Deo esse non potest cognitio creaturarum ex alio. Probo minorem, quia nulla diuina cognitio sistit in se ipso, vt constat ex dictis tota hac disputatione maxime cap. 5. Respondeo concedendo hoc esse discrimen inter diuinam, & humanam cognitionem in nostra re, quod humana cognitio ex causa cognita, & effectuum solum virtute cognitio procedit ad expressam cognitionem effectus expresse ignoti; Deus vero ex vna cognitione, per quam indirecte, & in alio cognouit creaturas, formaliter tamen & expresse procedit ratione nostra sine dependentia

55 Probatio conclusio- nis in titu lo proposi ta.

D. Tom.

D. Dionis.

P. Suar. Alen. Henric. Aegid. Durandus. Argentin.

56 Probatur ratio.

57 1. Obiecto.

Responsio

D. Thom.

58 2. Obiecto.

D. Thom.

Responsio.

59 3. Obiecto.

Responsio.

dentia ad easdem creaturas alio modo, scilicet directe, & immediate in se ipsis cognoscendas. Si esset in Deo cognitio, quae sisteret in sua omnipotentia, vt est inter humanas cognitio, quae sistit in causa, sufficiens esset ad deducendam hanc creaturarum cog-

nitionem: at non quia easdem vno modo cog Deus cognouit, alius modus cognoscendi, in quo noscit pos nulla subest imperfectio, negandus est. Itaque sibilis in cognoscit Deus creaturas triplici via in se ip se ipso, in se ipsis, & ex se ipso.

Cap. 6. De numero possibilium, quae Deus cognoscit.

60



QUESTIONEM de infinito non semel tractauimus lib. 3. Physic. anno Domini 1601. tum 3. parte ad quaest. 7. Anno 1610. vbi que cum sententia magis comuni, atque vera do cui, nec numerum infinitum, nec magnitudinem, nec intensionem, nec essentiam a Deo produci posse, in qua sententia non facile assignabis numerum specierum, & indiuiduorum possibilium, quae sunt obiecta scientia Dei. Dico in ea sententia, nam in opposita, quam cum Okamo Gabriele, Aliacense, & alijs relatis a Patribus Conimbricis in 3. Physic. cap. 8. quaest. 2. art. 1. quibus etiam non videtur improbabilis, tuetur P. Vazquez 1. parte disp. 26. & alij quidam Physici iuniores; facile dicitur scientia Dei obijci infinitas actu rerum naturas, & naturarum indiuidua, & accidentia magnitudinem quantitatis infinitam, item intensionem accidentium, quia vero modo etiam in priori persisto sententia videndum quo pacto proposita dubitationi satisfaciendum.

Okam. Gabriel. Aliac. Conimbr. Defendit quida posse a Deo feri infinitum. P. Vazquez

61 1. Senten. Dur. Almai. D. Thom.

2. Senten. P. Vazquez D. Thom. Ferrar. Bonauent. Ricard.

62 Aristot. Contentio de modo loquendi. Aristot. Phrasis in hac re.

quae necessario in ipsius sententia finita est semper tanta restat accipienda in potentia, quanta non potest exauriri. Primum illud infinitum non incongrue appellant cathegorematicum, quia instar termini cathegorematici qui per se solus significat actu per se infinitum est, quin diuisum sit in partem actu, & partem in potentia. Secundum etiam sincathegorematicum appellari non incongrue conuenit; quia est instar termini sincathegorematici, vt enim is per se non significat, significat vero si adiungitur alteri voci consignificanti, ita infinitum sincathegorematicum per se secundum ea, quae actu assert, nullam habet infinitatem, habet vero si coniungatur cum omni eo quod in potentia continetur.

Quid ex Arist. in finitum cathegorematicum, quid sincathegorematicum.

Ex hac Aristotelis doctrina recepta ab vtriusque partis Doctoribus colligo primum quoad rem ipsam nec Aristotelem negasse, nec negari posse creaturas possibles, quae sunt termini, seu obiecta potentiae, & scientiae Dei esse in eo numero inexhausto, in quo non est ad vltimam peruenire; nam si in naturis, in indiuiduis, in quantitate, & intensione, quae a potentia continentur, & a scientia sciuntur, esset aliquid vltimum determinatum, fieret, Deum ad eum statum peruenire posse, in quo nec naturam nouam ultra productas, siue perfectior esset, siue imperfectior his, neque indiuiduum nouum, nec extensionem quantitatis, neque intensionem qualitatis posset producere, quod in Theologia non bene audit, & in Philosophia maximum absurdum est.

63 Illatum;

Colligo secundum, Dei scientiam actu si- 2. Illatum. mul omnia haec cognoscentem terminari ad Deo cogno- naturas, ad indiuidua, ad extensionem quan- scit crea- titatis, ad intensionem qualitatis, in quibus turas sine non est aliquid vltimo determinatum. Aduer vltima, et to tamen ex hoc non fieri in frasi Aristote- termino. lica Dei scientiam cognoscere cathegorema- Nihil- ticam infinitudinem de possibilibus, etenim ominis in cathegorematica infinitudo excludit nume- forma lo- rum in potentia, & constituitur per actua- quadi A- lem existentiam rerum sine vltima, nam vt de ristot. non essentia infiniti sincathegorematici, seu in po cognosci- tentia est, vt partem habeat existentem, eam- infinitum que finitam, & partem non existentem, eamq; cathegore- maticum.

infitam, ita de ratione infinti cathegore-
matici, seu actu est, quod omnes partes ha-
beat existentes, & inter eas nec primam, nec
vltimam determinatam: & sicut album in po-
tentia illud est quod potest habere albedi-
nem, album autem in actu quod actu habet al-
bedinem, ita multitudo infinita in actu illa
est, quæ actu caret finibus, nam carentia ac-
tualis termini est actualis infinitas. Immo si
nulla creatura actu existeret, & si Deus cog-
nosceret omnes creaturas posibles secun-
dum formam loquendi Aristotelis, vt non
esset infinitum in potentia, nec infinitum in
actu: ita Deus, nec diceretur cognoscere in-
finitam multitudinem sine cathegorematicam,
nec cathegorematicam; sed quãdam multi-
tudinem creaturarum non repugnantium si-
ne vltima determinata, id quod consentaneum
est ad Aristotelis principia, nam ille (vt mihi
est probabilior sententia) aut non agnouit
creationem propter illud principium ex
nihilò nihil fit, vel si agnouit, cam ab æterno
posuit, vt necessariam quãdam emanationem,
de quo fuisse P. Suarez 1. tom. Meta. disp. 20. sec. 10. in solutione argumentorum.
Vnde ille semper supponebat aliquid actu
existens certum, & determinatum, & alia in
potentia indeterminata, & infinita, posito
vero nihil ab æterno exitisse, vt ex fide po-
nendum est, in modo loquendi Aristotelis di-
cendum erat, Deum scientia simplicis intelli-
gentiæ, nec infinitum in actu, nec infinitum in
potentia cognoscere. Notauerit aliquis non
inmerito Aristotelem doctrinã inconstantiam,
quod posuerit ex vna parte productiones ab
æterno, & ex alia infinitum in actu negauerit,
sed hoc ad nos non spectat.

65 Arist. aut non agnouit creationem, aut cam ab æterno posuit. P. Suarez.

Inconstantia doctrinæ in Aristot.

66 Obiectio.

1. Respon- sio.

Obiicies Deus scientia visionis cognoscit
omnes beatorum cognitiones, & miserorum
cruciatu futuros pro tota æternitate, sed hi
non sunt finiti, ergo dicendum erit etiam in
phrasi Aristotelis scientiam visionis Dei cog-
noscere multitudinem cathegorematicæ in-
finitam. Probo minorem, quia si cognitiones
& cruciatu non essent infiniti, deueniendum
tandem esset ad vltimam cognitionem, & vlti-
mum cruciatum, quod est absurdum.
Respondeo primo; etsi consequens illarum
concedatur non aduersari nostræ doctrinæ,
quæ solum procedit de possibili in phrasi
Aristotelis. Respondeo 2. fere eandem esse
rationem, de scientia simplicis intelligentiæ
in ordine ad possibilia, quæ est de scientia vi-
sionis in ordine ad cogitationes beatorum,
pro tota æternitate ad quæ sumpta, futuras,

nam vt in illis non est vltima, ita in his, & vt
eas Deus actu cognoscit scientia simplicis in-
telligentiæ, ita has scientia visionis, si illud
actu cadat supra scientiam, quæ tota simul
est, non partim actu cognoscens, partim in
potentia. Et vt Deus efficere nõ potest, quod
existant ex illis possibili in numero in de-
terminato constitutente multitudinem cathe-
gorematicam, ita in cogitationibus in senti-
tia, quem si ponimus, vt magis communi,
atque vera, nunquam nec pro tota æternitate
verum erit in aliqua duratione determinata
completam iam esse infinitudinem cathego-
rematicam cogitationum. Vnde si *actu in-
finitum* cadat supra existentiam cogitatio-
num, aut præteritam, aut præsentem, verum
non est scientiam visionis Dei cognoscere nu-
merum cogitationum actu, & cathegorema-
tice infinitum.

Si petas, quare cum cognitiõ a Deo cogi-
tationes sine termino sint in numero, produci
simul a Deo nequeant; ita vt verum sit extitisse
iam ex præteritis, & existere ex præsentibus
numerum cathegorematicæ infinitum, maxime si
loquamur de rebus alijs non pugnantibus inter
se in existentia. Respondeo, rationem huius
difficillimam esse, a nobis in locis in principio
citatis satis pressa disputatam, nunquam, vt
reor, ab aliquo comprehensam, sed quæ ad
Physicum spectat. Mihi ea semper solidior visa
est, quæ sumitur ex vnitatibus simplicibus, e
quibus omnis numerus necessario componi debet,
cum vnitatis simplex, atque determinata sit
essentialiter principium constituens numerum
determinatum, atque finitum; hinc est quod
nulla vnitatis, quæ extitit, quantumuis multi-
plicetur, & quæ existit componere possit
numerum indeterminatum, atque infinitum, sicut
quia anima rationalis, & corpus sunt prin-
cipia intrinseca essentiæ hominis Deus efficere
non potest, quod his principijs componatur
alia specificè natura, ita quod componatur
infinita multitudo, quæ est plus quam specie
distincta a finita, ex vnitatibus simplicibus,
quæ sunt intrinseca, essentialiaque principia
eius. Hanc rationem expendat lector, quam
alibi sum fuisse profecutus, & hæc circa
articulum duodecimum.

Articulo 11. petit S. Thomas, an Deus
cognoscat singularia? & respondet cognoscere.
In qua re nihil difficultatis est, cum cognitio
vniuersalium neganda sit Deo, vt pote im-
perfecta.

67 Quare a Deo produci nequeat infinitum.

10

Deus cognoscit singularia.

DISPV.

DISPV TATIO SEXTA.

DE

OBIECTO CONTINGENTI ABSOLVTE

futuro Scientiæ Dei.

Distincta Capitibus octo.

Cap. 1. Deum cognoscere contingentia absolute futura de fide certum. An demonstretur? difficile est, id discutio.

Cap. 2. In causa secunda libera proxime ad operandum disposita non cognoscit Deus hæc futura. hic effugia quædam noua præcludo.

Cap. 3. In decreto Dei circa hæc futura, Deus ea sufficienter non cognoscit. Vbi quale sit hoc decretum.

Cap. 4. Futura non coexistere æternitati toti, ex æternitate.

Cap. 5. Quid intersit coexistentia rerum in æternitate, ad certam cognitionem Dei.

Cap. 6. Quid sit contingentis futuritio.

Cap. 7. Propositiones de futuro contingenti absoluto, vel esse determinate veras, vel determinate falsas.

Cap. 8. Concordia infallibilis præscientiæ Dei, de futuris contingentibus, cum libertate.

ARTICVLVS DECIMVS TERTIVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT

FVTVRORVM CONTINGENTIVM.

CON. S. Thom. Cum Deus non solum sciat, quæ sunt actu, sed quæ sunt in potentia non solum sua, sed causarum secundarum futura contingentia cognoscit, non tamen pro vt habent esse in sua causa, sed provt habent esse determinatum, & præsens in se ipsis.

Cap. 1. Deum cognoscere contingentia absolute futura de fide certum, an demonstretur? difficile est, discutio.



AGGREDIMVR explanationem scientiæ visionis, aggredimur quod que Materiam satis contentiose agitatam, quæ circa illam dicta

sunt contentiois studio in infinitum processerunt. Nos de more omni inuidua emulatione contempta ad rem recto tramite imus. Prius termini in titulo præfixi explicandi.

Futurum

I
Quid sit futurum. Quid absolute.

Quid contingens.

Trident. *Esse in nobis affectionem liberam de fide.*
Bellarmin.

Molina.
Vazquez.
Suarez.

2
Eccles. 11.

Futurum appellatur quod modo non existit, erit vero duratione subsequenti. Quid sit formalissime futuritio explicio infra cap. 6. Absolutum quod re vera erit, quia re ipsa ponitur omnis causa, omnisque conditio, & circumstantia ad hoc, vt suo tempore sit. In hoc futurum absolutum à conditionato distinguitur, quod aliqua conditio, vel occasio, vel causa non ponitur, quæ tamen si poneretur foret res, quam appellamus conditionate futuram. Denique contingens, de quo in præfenti illud est quod ex natura intrinseca suæ causæ proximæ contingentiam habet in esse. Dico ex natura causæ intrinsecæ, quia quæ ex impedimentis aliarum causarum extrinsecarum concurrentium contingentiam habent absolute necessaria sunt, vt sunt causæ, à quibus procedunt, & solum contingentia secundum quid, vnde non solum à Deo, sed etiam ab Angelo, & à quocunque omnium causarum naturalium concursus comprehendente huius generis futura cognoscuntur: illud igitur est absolute, & ab intrinseco contingens, quod à sua causa sufficienter instructa, & proximè disposita ad operandum circumscripto omni impedimento extrinseco, ita procedit, exigitque procedere ex natura sua, vt in eo instanti reali, in quo est, potuerit non esse, in quo sane tota libertas voluntatis creatæ, & operationum eius sita est, vt diffiniuit Tridentinum Sess. 6. cap. 5. & Cap. 4. & 5. Atque esse in nobis huiusmodi indifferentiam causæ, à qua procedunt hæc futura absoluta simpliciter contingentia, de fide ponimus de qua re contra hæreses nostri temporis doctissime scriptum ab Ecclesiæ doctoribus quam plurimis, inter eos erudite Bellarminus lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap. 7. & lib. 5. à cap. 13. & alibi P. Molina hic. & in concordia disp. 2. P. Vazquez disp. 68. cap. 1. P. Suarez opusculo de concursu Dei cum voluntate per plura capita.

Ad probandam veritatem nostram, scilicet Deum cognoscere hæc futura contingentia abunde nobis dedit Sacra scriptura testimonia, præclariora ego seligo. Primum ex Ecclesiastico cap. 23. ibi, *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt, super solem circumspicientes omnes vias hominis, & profundum abyssi & hominum corda intuentes in absconditas partes, Domino cuiusmodi antequam creentur omnia sunt agnita.* In quibus verbis expende ter repeti Deum cognoscere futura. Primum ibi, *circumspicientes omnes vias hominis*, per quas actus humani significantur, qui cum à Deo in tempore denuo non circumspiciantur ab æterno ante quam in se sint circumspiciebantur. Secundo ibi, *hominum corda intuentes in*

absconditas partes. Tertio ibi, *antequam creentur omnia sunt agnita.* Nam illud omnia cuncta complectitur, ac maxime illa, de quibus mentionem fecerat verbis proximè superioribus. Deinde expende non agere textum de cognitione obscura coniecturali, cui falsum subesse potest, sed de euidentiissima, id quod ter etiam significauit, primum appellans *oculos Domini, multo plus lucidiores super solem,* secundo tribuens illis, *circumspicionem,* tertio *intuitionem, & agnitionem,* quæ omnia clarissimam notitiam in proprietate sermonis significant.

Secundum ex Daniele cap. 13. ibi *Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant.* Vbi expende per illud, *æterne,* Prophetam innitere æternam præscientiam in duratione infinita excedentem abscondita, quæ præscit, per abscondita vero intelligit humani cordis cogitationes secretiores. Huc etiam facit illud Sapient. 19. *Præsciebat enim futura illorum.* Et Ecclesiastici 39. *Opera omnis carnis coram illo à seculo usque in seculum respicit, & nihil nouum in oculis eius.* Denique Ioan. 14. *Nunc dixi vobis priusquam fiant.*

Omnes Ecclesiæ Patres vno agmine in hanc veritatem confluerunt, ita vt nominatim referre opus non sit. Non omitam illud pulcherrimum ex Tertuliano lib. 2. contra Marcionem cap. 5. *Præscientia (ait) Dei (de his futuris) tot habet testes, quod fecit Prophetas.* Omnino legendus Diuus Thomas 1. contra Gentes cap. 66. Ideo vero hæc veritas tam est à Patribus illustrata, quia & ab ethnicis, & hæreticis negata, eam negauit Cicero libro de Fato, & de Diuinatione sumpsit sententiam ex Aristotele lib. 1. de Interpretatione cap. 8. qui arbitratus præscientiam futurorum cum libertate consistere non posse sentit minoris esse incommodi negare præscientiam, quam nostram euertere libertatem, in quem Augustinus lib. 5. de Ciuitate cap. 9. ait *Nam & consiteri esse Deum, & negare præscientiam futurorum apertissima insania est, & infra atque ita dum (homines) vult facere liberos, facit sacrilegos.* Vocat sacrilegos, quia committit cõtra Diuinum cultum, qui hanc, præscientiam Deo negat. Ibi alia pulchra.

Hanc etiam veritatem negarunt Stoici, Simon Magus, & Bardacenses, referente P. Vazquez disp. 64. cap. 1. Ex hæreticis Viclephus damnatus in Constantiensi actione vltima; Lutherus, & Calvinus, in quos egregie Vualdensis tom. 1. lib. 1. art. 1. cap. 22. Alphonsus de Castro contra hæreses verbo Facum: Rosenfis art. 36. contra Lutherum. Ruardus Tapet. art. 7. Sotus lib. 1. de natura, & gratia

Dan. 5. 13.

Sap. 19.
Eccles. 39.

Ioan. 14.

Tertul.

D. Thom.
Ethnici,
& hæretici negant præscientiam futurorum.
Cicero.
Aristot.
August.

Simon Magnus.
Stoici idè negantes.
Bardacenses.
Vicleph.
Larth.
Caluin.
Vuald.
Alphonsus de Castro.
Rosenfis.
Ruardus.

Feuardensis.
Valentia.
Vazquez.

3
P. Suarez.
Luminenaturali non demonstrari.

Gabriel.

Okam.
Gregor.

Cordub.

Soarez.

Bell.

Psal. 130.

August.

& gratia cap. 15. Vega lib. 2. supra Conciliū Tridentinum cap. 12. Franciscus Feuardensis in Annotationibus ad Irezæum lib. 4. cap. 71. legite Valentiam hic quæst. 3. pun. 5. & Vazquez disp. 68. cap. 1. horum fundamenta in discursu diluenda.

P. Suarez 2. tom. Meta. disp. 30. sect. 15. num. 28. quem sequuntur communiter moderni Magistri, vult rem hanc non solum esse de fide certam, sed etiam naturali ratione euidenter, quod mihi semper difficile visum, quia cum rationes expendo non video effugia euidenter præcludi posse. Vnde Okamus in primo distinct. 39. quæst. 1. Gabriel quæst. etiam 1. art. 2. post secundam conclusionem referens sententiam Okami, & infra dubitatione 3. Gregorius quæst. 2. art. 2. qui in patrocinium adducit testimonia Augustini, Damasceni, & Boetij, dicunt vix à nobis explicari posse modum, quo hæc futura à Deo præsciri possunt. His adde Antonium Cordubensem lib. 1. quæstionarij quæst. 55. dub. 8. in quo post relatas varias opiniones circa modum, quo intellectus diuinus determinatur ad cognoscenda hæc futura, quiescit in opinione Gabrielis, rem vero in explicatam relinquit, imo P. Suarez in opusculis opusc. 2. lib. 1. de absoluta scientia futurorum contingentium cap. 3. cum accederet ad explicandum modum, quo hæc futura à Deo cognoscuntur, fatetur non posse nos exactè mysterium hoc intelligere, aut explicare quoad modum eius, & solū aliquam eius rationem assignare posse. Id etiam fatetur Bellarminus tom. 3. lib. 4. cap. 15. vocans rem hanc difficilem, & in hac vita omnino incomprehensibilem: qua ratione Deus futura prænoscat, id indicatum videtur à Dauide Psal. 130. cum ait, *Mirabilis facta est scientia tua ex me confirmata est, & non potero. Ex me, hoc est Hebraicè, præ me, seu supra me, extra captum, supra intelligentiam meam, mirabilior est modus scientiæ tuæ, quam vt ego comprehendere possim.* Satis ergo erit, si obiectionibus occurrentibus responderimus. Immo Augustinus tom. 3. lib. 15. de Trinit. cap. 7. vbi plane affirmat *nullum hominem comprehendere posse diuinam sapientiam, quæ præterita nouit, quin in ea prætereant, futura quin desint, ibique præterita, & futura cum presentibus sint coniuncta, quin transeant singula, sed in vno conspectu simul præsto sint vniuersa.* Quod si nos demonstratiue possemus ostendere Deum, hæc futura præcognoscere, euidenter nobis innotesceret modus cognoscendi, seu medium, aut obiectum, in quo ea cognoscit, quam euidentem notitiam appellat, ibi Augustinus compre-

hensionem, non rigorosam, de qua scholastici quando negat Deum à creatura comprehendendi posse, & nos supra disput. 4. cap. 4. Apertius id asseruit tom. 7. lib. de dono perseverantiæ cap. 14. vbi agens de hac re, *Sic ait, Nec ideo negandum est quod apertum est, quod comprehendendi non possit, quod occultum est.* Pulchra habet verba in Psalmum 49. quæ prætermittere non possum. *Apud quem summa potestas est, summa & secreta cognitio, tribuamus hoc Deo, laudantes Deum, non audeamus dicere, quomodo nouit Deus, ne forte hoc à me fratres expectetis, vt explicem vobis quomodo cognoscat Deus, hoc solum dico, non sic cognoscit, vt homo, non sic cognoscit, vt Angelus, quomodo cognoscit dicere non audeo, quoniam & dicere non possum.* Qui hæc profert non præsumit se posse demonstrare, quomodo Deus cognoscat futura, quorum difficilior cognitio. Denique Diuus Thomas cum primo contra Gentes, capit. 66. & 67. plures congerat rationes, ad id probandum, palam hoc profitetur eo ca. 67. in principio ibi *Ex his autem aliquantulum patere potest, quod contingentium singularium ab æterno Deus scientiam habuit.*

Dices, euidens esse Deum cognoscere futura, licet non constet nobis euidenter modus, quo ea cognoscit. Sed contra, licet euidens sit Deum cognoscere futura, si ipsa habent antequam in se existant cognoscibilitatem obiectiuam, ex infinitudine simpliciter scientiæ Dei, quam nihil cognoscibile latere potest; at dum euidenter non demonstratur cognoscibilitas futurorum, antequam in se sint, nobis non demonstratur à Deo cognosci. Vnde si quis ethnicus negaret futura ab æterno cognosci, quia cognoscibilia non sunt, ante quam in se existant, non possemus eum demonstratione conuincere; dum non formarem euidentem argumentationem, qua liqueret eorum cognoscibilitas: at cognoscibilitatem futurorum non demonstrari euidenter, constabit ex solutionibus argumentorum, quæ ad eam demonstrandam formari solent, & possunt.

Primum argumentum, Deus cognoscit hæc futura quædo sunt presentia, cū tunc cognoscibilia sint, sed Deus in tempore non acquirit notitiam scientiam, ergo ea ab æterno prænouit.

Cæterum, si hoc argumentum expendas cum omni rigore, demonstratiuum non esse reperies. Nam si quis affirmaret primum futura hæc antequam in se existant, non habere obiectiuam determinationem sufficientem, nec in sua causa, vt videbimus capitibus sequentibus, nec in se, vt plures modo tuemur, deinde si diceret nouitatem scientiæ liberæ in tempore

Idem.

D. Thom.

4
Obiectio.
Solutio.

5
t. Argum.
Argumenta quæ probant demonstrari Deum cognoscere futura.
Solut.

pore adquire nullam in Deo inducere mutationem, imperfectionem physicam, aut moralem nullam, eo quod scientia libera ad necessarium, nec addit aliquid reale distinctum re aut ratione, nec aliquid rationis proprium, sed solum extrinsecam obiecti connotationem, vt explicui disp. 2. cap. 2. & cum ex alio capite imperfectio nulla sit, non cognoscibilia non scire, non posset conuincere, si consentaneè ad principia affirmaret Deum cum hæc existunt ea de nouo in tempore scire.

6
2. Argum.
Secundum argumentum, nec Deus posset mundum gubernare, nec rebus humanis premio & pena conuenienter providere, si futura ignoraret, sed evidens est Deum gubernare hunc nostrum orbem; & providere rebus humanis conuenienter: ergo evidens est cognoscere futura.

Solutio.
Sed neq; hoc argumentum, si sola naturali ratione agamus, & principia fidei seponamus, demonstrat conuincere. Primo quia supponit probandum, cum ex providentia inferat scientiam, nam vt doceo tractatu 3. disp. 12. cap. 6. scientia est pars intrinseca, & essentialis providentia, vnde qui supponit providentiam erga futura, supponit etiam scientiam. Secundo, quia etsi providentia Dei foret perfectior, si Deus nosset ab eterno, quid quæcumq; voluntas ab ipso excitata, & præuenta factura esset in quocumq; momento vocetur, & inspiretur: at dum non demonstratur futura hæc ante quæ existant cognoscibilia esse, nec etiam demonstratur tam altam, tamq; exactam providentiam habere Deum circa res humanas: enim vero si quis ethnicus affirmaret hæc non cognosci à Deo, nisi cum existunt, vt supra dicebamus, & tunc eorum intuens existentiam, taxaret coronas humanis bonis operationibus, penas præuis, haberet sane providentiam, quæta cum perfectione posset habere, non tamen eam, quam modo habet secundum fidem, quæ includit æternam præcognitionem futurorum & ex præcognitione æternam præmij, & penæ prædefinitionem.

7
3. Argum.
Tertium argumentum, Deus aut efficit, aut permittit hæc contingentia, sed nihil efficit, vel permittit non præcognitum, ergo præcognoscit hæc futura. Hac ratione videtur vsus August. lib. 5. de Genesi ad litteram cap. 15. vbi probans omnia antequam fierent esse in diuina notitia, sic scribit. *Quæquam sufficere debeat vt quis nouerit, vel inconcusse credat, quod Deus hæc omnia fecerit, non opinor enim esse tam ex cordem, vt Deum quæ non nouerat fecisse arbitretur.* In quibus August. ex efficietia futurorum præsentiam eorum antequam fiant colligere videtur.

Solutio.
Verum hæc ratio, quæ à quibusdam magnificatur, minoris mihi momenti est. Primo quia

scientia visionis, de qua est argumentum, & noster sermo, non est practica respectu sui obiecti, sed mere speculatiua, quod supponit saltem ratione, non duratione rationis, sed prioritatis à quo, vt ex cõmuni Patrũ, & scholasticorum sententia cõtra nostri sæculi modernos Theologos ostendo in discursu tractatus, disp. 10. ergo ex ratione causæ ineptè inferitur Deum præuoluisse scientia visionis hæc futura. Secundo quia scientia per quam omnia fiunt à Deo, per directionem suæ potentia effectricis, est scientia simplicis intelligentiæ, quippe quæ cognoscit rerum naturas, & modos, quibus iuxta exigentiam earum petunt produci: Atqui scientia simplicis intelligentiæ non extenditur ad futura contingentia, sed sistit in possibilitate, ergo ex effectione horum contingentium, solum sit præcognoscere Deum, eorum non repugnantiam ad esse, non vero eorum futuritionem, nisi scientia visionis subsequuta ad actualem concursum.

Quoad Augustinum, de eius mente satis superius diximus supra, nec puto ipsum locutum in loco allegato de scientia visionis; sed de scientia simplicis intelligentiæ, alias cogemur fateri ipsum tradidisse rationem minus sufficientem, vt constat ex dictis; imo si expendas verba illa *inconcusse credat, & illa, eum esse tam ex cordem*, hoc est sine corde ad credendum, inuenies Augustinum non locutum de ratione naturali, non suffulta lumine fidei. Totum caput illud legi, nec verbum in eo inuenio, quod faueat huic sententiæ.

Quartum argumentum; formet propositionem hanc *Antichristus erit*, mens aliqua humana, aut Angelica, Deus comprehendit illam, ergo euidenter cognoscit an sit vera, vel falsa. Rursus pone cognoscere esse veram, ergo euidenter cognoscit obiectum suum esse determinate futurum: ac proinde antequam in se sit habere obiectiuam cognoscibilitatem determinatam.

Hoc argumentum obiectum mihi fuit à nostris magistris cõtra meam sententiam, qua tu tabar ratione naturali demonstrari non posse, Deum præscire hæc futura, quod primo aspectu difficile cuiquam videbitur: Cæterum re vera parui momenti est, & peto ab obijciere, aut propositio illa fuit in tempore efformata, aut ex æternitate? Si primũ, cum ipsa propositio sit futurum contingens in ipsam deuoluitur dubitatio, An ea ex æternitate cum futura erat, & priusquam in se existeret, præscita ne à Deo fuerit, vel non? Vnde in ipso medio, quod assumitur ad probandum obiectum propositionis habere determinatam cognoscibilitatem antequam in se sit, eadem est inclusa difficultas, & dum non demonstratur ab

8
Explicatur Augustinus.

ab obijciere eam ex æternitate præscitam à Deo, relabatur in ipsum inconueniens; scilicet in tempore nouam de ea Deum adquirere scientiam; quo manifestè fit mediũ assumptum pro intento arguentis ineptum esse. Si secundum concedo Deum habiturum aliquam cognitionem comprehensiuam eius propositionis mentalis, qua Deus reddatur certus significationis talis propositionis, non vero eam quæ sufficiens sit ad iudicandum, an propositio illa sit vera, vel falsa. Itaq; Deus comprehensiuè cognoscat qualitatem illam mentalem significare, & enũciare Antichristum futurum, non vero discernet, an quod significat verum sit, vel falsum: etenim vt dicebam disp. 4. ca. 4. ad ferendum hoc iudicium, cognitio vtriusq; extremi necessaria est, & ipsius propositionis, & obiecti, ita se habentis, vel non se habentis eo quod veritas consistat vel in complexa extroq; intrinsece, vel saltem essentialiter in obliquis connotet obiectum; vnde cum ipsum in statu futuro cognoscibile esse non demonstratur, vt contendimus, Deus non poterit habere tam exactam eius efformatam propositionis comprehensionem, quæ sufficiat ad iudicandum, an vera sit, vel non. Cum scientia visionis ex genere suo perfectior sit scientia abstractiua, nihilominus Deus creaturas possibili in eo statu solũ cognoscit abstractiuè, nõ intuitiue; quia alio modo cognoscibiles non sunt, ita absq; vlla imperfectione lumine naturali euidenter nota, Deus posset non scire futura dum eorum cognoscibilitas, in eo statu euidenter non innotescit. Mitto hoc argumentum facile eludi alia ratione posse; Nam si quis negaret illam creaturam etiam, ex permanentibus à Deo ab æterno condi posse, vt ego putauit probabilius in Physica, ea propositio ab æterno existere non posset; non enim in mente creaturæ, quippe quæ ab æterno non posset existere, nec in mente diuina, quia Deus propositionem affirmatiuam non proferret, nisi prius obiectum infallibile eius haberet, at non habet, aut habere non constat euidenter; ergo nec etiam constat in mente diuina esse possibilem propositionem.

Quid veritas.

Cap. 2. In causa secunda libera proxime ad operandum disposita non cognoscit Deus hæc futura. Hic effugia quadam noua præcludo.

In omni re diuina negationes facilius nobis innotescunt, quam positivæ perfectiones; in hac etiam pariter obiectum in quo Deus non cognoscit hæc futura facilius inuenies, quam obiectum, in quo cognoscit. A facilioribus ergo prius obiecta quædam excurrenda, in quibus non cognoscit, &

Deniq; formari potest hoc argumentum. Euidens est ratione naturali Deum modo cognoscere Adamum fuisse: ergo etiam erit euidenter Deum cognoscere Antichristum futurum. Probo consequentiam, quia præteritum, tam modo non est, quam futurum, ergo si hoc non obstante demonstramus scientiam Dei se protendere ad cognoscendum præteritum, quod modo non est, pari ratione demonstrari poterit scientiam Dei se porrigere ad cognoscendum futurum quod modo non est.

Respondet aliquis solum demonstrari posse ratione naturali, tunc fuisse scientiam in Deo existentem Adami, quando ille existeret, quia tunc cognoscibilis erat non vero demonstrari eam scientiam conseruari in mente diuina in statu præteritionis, & negationis existentia, quia tunc non demonstratur cognoscibile esse in statu futuritionis, & vbi non est demonstratio cognoscibilitatis obiecti, nec esse potest demonstratio scientia; quippe quæ durare non potest sublata ab obiecto cognoscibilitate. Nec obstaret huic solutioni mutatio illa ex sciente in non sciente: quia cum pertineat ad scientiam liberam, vt docui in solutione primi, & secundi argumenti, nec mutationem, nec imperfectionem inducit.

Nihilominus negandam esse consequentiam censeo, & cõstituo hoc discrimen inter obiectum præteritum, & futurum, quod quia illud habuit determinatum esse existentia, constitutum semel fuit in statu cognoscibilis, nõ solũ in ordine ad iudicium de præsentia, sed etiam de præterito, si mēs vim habeat retinendi scientiam semel habitam. Deo vero negatio huius virtutis in ordine ad obiectum semel cognoscibile, non potest non provenire ex imperfectione, vt constat: at obiectum futurum nullam habuit determinationem existentia in tempore, vnde nec cognoscibilitatem, ac proinde ignorari poterit absq; imperfectione euidenter nobis nota: Qua propter ego non video euidenter demonstrari posse Deum esse horum futurorum præscium.

9
Quorũdam responsio.

Verior responsio.

Præscientia futuro in Deo non demonstratur.

de quibus acris controuersia est, quam deueniamus ad obiectum in quo cognoscit. Recentiores Thomista nostra tempestate pro virili defendunt actus liberos futuros cognosci certo, & infallibiliter à Deo in causa ipsorum proxime disposita, & complete determinata ad operandum. Ita expresse Magister Dominicus Bañes in hunc art. 13. concl. 3. &

10
Qui sentiant futuram cognoscere in causa proxima præmota. Bañes.

Alvarez.
Ledesm.

4. M. Didacus Alvarez lib. 2. de auxilijs disp. 12. M. Petrus Ledesmius lib. de auxilijs disput. de scientia futurorum contingentium dub. 2. pro responsione ad 3. argumentum principale, & alij etiam, quos consulto nō nomino, quia hi precipui patroni sunt: quæ vero ab his afferuntur pro sua sententia ad finem commodius refero, & excutio.

Antequam nostram proponam, maximo-pere animaduersum velim in hoc capite duas partes inuolui posse. Prima, An omnis voluntas creata ad omnem liberum consensum prædeterminetur à Deo per motionem quãdam præuiam, & inherentem in ipsa voluntate. Secunda, An in ea prædeterminatione cuiuscunque rationis sit, cognosci possint à Deo effectus contingentes scientia certa, & infallibilis dum in se futuri sunt. Prima pars spectat ad materiam de gratia, ac præcipue secundum præmotionem prædeterminantem ad opera pietatis, & gratiæ, de qua nec verbum scribere animus est, ne vel latum vnguem à mandato Sanctissimi Dñi nostri Pauli Quinti discendam, quo cautum est rem hanc libere Theologarum disputationi in libris typis excusis hac tempestate non committere. Secunda vero, An ea præmotio, siue concedenda sit, siue nō, aptum mediū sit, in quo scientia Dei actus liberos futuros cognoscat, tum naturales, qui non spectant, ad opera pietatis, tum supernaturales, qui spectant. Hoc ergo intra nostræ materiæ limites continetur, & est extra præscriptum Sanctissimi Dñi nostri, ideo nō possumus præmittere huius rei discussionē.

Hoc animaduerso, pro nostra erga edictū Pontificium Sanctissimi Dñi nostri, submissa reuerentia, prout decet Societatis nostræ homines, sententiā negantem in causa proxima futura libera cognosci à Deo suscipio defendendam, quia existimo esse expressam S. Thomæ, communem inter antiquos Thomistas, & nostræ tempestate inter Theologos peritiores & rationū momenta efficacissima ei suffragari.

Primo S. Thomas in 1. dist. 38. in corpore. *Quædam* (inquit) *sunt causa quæ se habent ad utrumque, & in istis causis effectus de futuro nullam habent certitudinem, vel determinationē & ideo contingenti ad utrumlibet in causis suis nullo modo cognosci possunt, sed quādo efficiuntur in rerū natura, tunc habent esse determinatū, & ideo quādo sunt in actu certo cognoscuntur, &c.* In his verbis, tam expresse docet Diuus Thomas in causis indifferentibus se habentibus ad utrumque, non posse scientiam capere certitudinem effectus, quam fuit vnquam ab aliquo Theologo expressum. Quis vero neget liberum arbitrium esse causam indifferentem se habentē ad utrumque; ergo in eo, vt causa libera est futurum contingens cognosci nequit à Deo: vnde

cum in fine explicare instituisset Diuus Thomas, quam ratione ea cognoscantur à Deo *nihil inquit prohibet Deum habere certam scientiam futurorum contingentium, cuius intuitus eius ad rem feratur, secundum quod presentia ter est in actu, & iam habet esse determinatum.* Quo loco expresse (ait) effectus contingentes, & nullam habere determinationem in causa, & solum eam habere in suo esse actuali: & ideo in eo solum posse certo cognosci.

In responsione ad 2. *Futurum* inquit *contingens non est determinate verum antequam fiat, quia non habet causam determinatam, sed dum est in actu est determinate verum.* Et ad 3. nominatim attingit rem nostram, *futurum* (ait) *contingens relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsum non refertur, nisi secundum quod est in esse actuali.* Hoc loco non solum negat Diuus Thomas futurum contingens habere in causa prædeterminationem sufficientem qua à Deo cognosci possit, sed etiam affirmat propositionem negatiuam, & exclusiuam, scilicet non alibi, nisi in ipsa actuali existentia futura cognosci à Deo. Pariter etiam in responsione ad sextum *scientiam Dei* (ait) *non respicere rem contingentem, nisi vt est in suo esse actuali presentia ter.* Et infra si vidisset Deus causam & non vidisset immediate effectum in suo esse, nunquam inquit potuisset illum certo scire. Ignoro ego clariora verba, quibus vtī possēt.

Secundo; Idem Diuus Thomas quæst. 2. de veritate art. 12. ad primum sic ait, *Quod licet contingens non sit determinatum quādiu futurum est, tamen ex quo productum est in rerum natura veritatem determinatā habet, & hoc modo super illud fertur intuitus diuina cognitionis.* In quibus verbis nullam agnoscit veritatē determinatam in futuro contingenti quādiu futurum est, atqui nullus mediocriter philosophus ignorat omnem effectum quādiu est in causa futurum esse, vel futuritione temporis, & durationis, vel futitione naturæ, ergo negat futuro quādiu est in causa cognoscibilitatē determinatam. Et in corpore, hæc habet præclara verba, *ex quo patet, quod coniungens vt futurū est per nullam cognitionem cognosci potest, cui falsitas subesse non possit. Vnde cum diuina scientia non subsit falsitas, nec subesse possit, impossibile esset, quod de contingentibus futuris scientiā haberet Deus, si cognosceret ea, vt futura sunt.* Atqui contingens vt est in sua causa consideratur, vt futurū, & vt non determinatum ad vnū, vt expresse docet in hoc art. 13. ergo contingens, vt in sua causa non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Omnes propositiones huius Syllogismi Diui Thomæ sunt, qui etiam videri potest, primo contra Gentes cap. 66. & 67. præcipue ratione prima, & in hac prima parte, infra quæst. 57. Idem.

art. 3.

art. 3. vbi expresse in causa non posse cognosci contingentia nisi notitia coniecturali, & omnia a Deo in se ipsis, vt præsentia videri, & quæst. 86. art. 4. eandem reperit doctrinam. Denique expressissime in nostro articulo, ita vt alio testimonio opus non esset, nisi contentio tenebras huic rei offudisset. Verba sic se habent, *alio modo potest considerari contingens, vt est in causa sua, & sic consideratur vt futurū, & vt contingens nondum determinatū ad vnū, quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni, vnde quicumque cognoscit effectū contingentem in causa sua, tantum non habet de eo nisi coniecturalem connexionem.* Præter morem fusius profecutus sum testimonia S. Thomæ, quod, qui Thomistarum nomine gloriantur, semper contendunt ab ipsis esse Angelicum Doctorem, sed nescio vt legāt verba præceptoris.

Responsio. Respondebit aliquis, ex Ledesmio Diuum Thomam in testimonijs præfatis locutum de scientia intuitiua futurorum; etenim ipse putat scientiam futurum in causa, non esse visionis, sed simplicis intelligentiæ, eam tamen quæ proximè accedit ad scientiam visionis, quia directe terminatur ad causam habentem connexionem immediatam cum existentia effectus in se. Caterum legenti verba, quæ retuli, vel primo oculorum icu constauit, nec verbum esse in Diuo Thoma de scientia visionis, aut simplicis intelligentiæ, sed de scientia metaphysice certa, & infallibili, de qua solum mentionem facit, ergo Diuus Thomas locis citatis vniuersè de omni certa cognitione negat haberi posse in causa.

I3
Capr.
Probatio
ex anti-
quis Tho-
mistis.
Venio ad antiquos Thomistas. Capreolus in 1. dist. 38. quæst. 1. art. 2. concl. 1. *Contingens ait, vt futurum* (hoc est in vt causa) *non potest infallibiliter cognosci, sed secundū quod est in præsentia, & concl. 6. in fine contingens* (ait) *non subiacet diuina scientia, nisi dum est in actu 2. secundum quem terminationē, & certitudinem habet; ipsum enim necesse est esse dum est, & clarissime in responsione ad primum Durandi contra primam conclusionem. Quantumcumque; inquit cognoscatur natura voluntatis, non potest sciri, an producat actum suum, quia ipsa quantumcumque; sit ad actum suum inclinata, potest se impedire, ne producat actū, & inferius voluntate* (inquit) *cognita, & quibuscumque; ad intellectum concurrentibus non potest certo cognosci, an producat actum suum, quia ipsa voluntas quæ ad illum actum concurrat nullo modo est plus determinata ad producendum, quam ad non producendum, & ideo ad hoc, vt actus ille futurus certo cognoscatur oportet vt videatur in se, & non solum secundum esse, quod habet in causis.*

De sententiā Ferrariensis nullum potest esse Ferrar. se dubium, cum ipse Bañes eum adducat contra suam sententiā & merito; quia eo ca. 66. primi contra Gentes §. *secundū dubiū vbi quæritur* (ait) *Diuus Thomas de hac materia loquitur pro ratione, quæ Deus cognoscit futura contingentia certitudinaliter assignat hanc, quia illa sunt æternitati præsentia, hoc est, quia coexistunt æternitati cum in se ipsis existunt.* Et cap. 67. respondens ad argumentum Durandi, §. *Aliiter dici potest, contingens* (ait) *non posse cognosci vt futurū, sed vt præsens, quia nō potest certo cognosci causā à nullo impedi à productione effectus nisi quādo cognoscitur; vsq; ad ipsam productionem effectus inclusiue, in quolibet enim instanti præcedenti potest impedi, & sic cognoscitur effectus, vt præsens.* Et infra explicans id quod docet Diuus Thomas ex causa contingenti completa, si non impediatur posse cognosci effectum contingentem, ait intelligendum esse, de causa naturali necessaria, quæ etiam secundum quid contingens appellatur, vt notauimus in principio capituli, non de voluntate libera: nam huius effectus non potest cognosci, nisi illa cognoscatur vt vltimate operans. *Quod est* (inquit) *cognoscere effectum, vt est iam in suo esse.*

Eandem habet & explicat sententiā Deza Hispalensis in 1. dist. 38. quæst. 1. art. 1. concl. 2. & 3. vbi contingens vt futurum non posse (ait) certo cognosci, sed secundum quod est in se ipso præsens cognoscenti, Quare Deus non cognoscit futura vt futura sed vt sunt in se ipsis. & art. 4. ad secundum Aureoli contra 3. conclusionem ex sententia (ait) *S. Thomæ futurum non est obiectum diuina scientia, nisi in sua presentia ter.* Et post responsum ad argumenta Gregorij contra 4. conclusionem explicat res contingentes propterea a Deo cognosci per certam cognitionem, quia cognoscuntur ab illo pro vt realiter præsentibus, ac proinde secundum illam necessitatem, qua omne quod est, dum est, necesse est illud esse.

Denique Caietanus in hoc art. §. *Quoad secundum, Contingentia* (ait) *vt in actu habent esse determinatum, vt in potentia autem habent rationem contingentem ad utrumque, quare vt in actu possunt subiacere certæ cognitioni, vt in potentia non nisi coniecturæ.* Et sequenti §. *Status actualitatis est actus determinati ad alteram partem, propterea in littera dicitur, quod contingens, vt præsens potest subdi certæ scientiæ idem innuit in responsione ad secundum, & tertium, & tandem §. Nec sustinemus.*

Præter Thomistas citatos hanc sententiā tenent Scotus, & Okamus cum sectatoribus in 1. distin. illa 38. quæst. 1. Antonius

H 3

Cordu

Cordubensis, lib. 1. questionarij quæst. 55. dub. 8. & 10. M. Zumel tom. 2. variarum disp. 1. assertionē 2. in qua defendit in gratia efficaci, ut est à Deo, & passivè recipitur à voluntate, estq; prior natura consensu nostro certo ipsum cognosci non posse, eo quod ille etiam à gratia efficaci contingenter procedat in genere causæ efficiētis. M. Curtel lib. 2. controu. disp. 4. n. 134. Ferdinandus Mascarenas de auxilijs dñi 2. par. 2 & 3. Deniq; eam amplectitur, vniuersa nostræ Societatis schola, vno excepto P. Molina, de cuius mente ad finem huius capituli, adeo, ut merito P. Suarez indubitam sententiam hanc appelleret in opusculis lib. 1. de absoluta scientia futurorum cap. 3. num. 5.

15
Probatur ratione.
 Effectus voluntatis alij immediate, alij mediate liberi.

15
 Vt manifesta ratione eam demonstrarem, notandum 1. effectus procedentes ex voluntate in duplici esse differentia. Quidam immediate ab ea oriuntur, ut actus ipsi interni liberi. Alij mediate procedunt à voluntate tanquam à causa imperante, & determinante potentiam executricem, ut actus externi, & hi quidem non solum in se ipsis, sed etiam in causâ determinata possunt certo à Deo cognosci, nam posita determinatione voluntatis efficaci, dum ea durat potentia exquens, nisi impediantur effectum producit infallibiliter; Vnde recte Caietanus in hoc art. § alio modo de his effectibus contingentibus V. G. de actu sedēdi posse certo cognosci ex causis rerum determinatis priores vero effectus, qui immediate & elicitive liberi sunt, non posse in causis proximis cognosci.

Notandum 2. si actus immediate liber in causâ creata proxime disposita ad operandum cognoscitur cognosci debet, aut in aliqua re existente in intellectu, aut in voluntate eternam causâ proxima actus immediate liberi constat ex intellectu, & voluntate, alijsque in eis inherētibus.

Notandum 3. ut actus liber cognoscatur in causâ proxima, necessarium esse, quod cognoscatur in aliquo præsupposito natura ad ipsum actum liberum; nam cum omnis causâ sit prior natura, quam effectus, cognitio, que effectum cognoscit in causâ, eum cognoscere debet in aliquo natura præcedente ipsum effectum.

16
Ipsæ actus liber est de terminatio causæ, non antecedens.

16
 Obserua deniq; pro vitanda æquiocatione ipsum actum liberum non semel, aut improprie appellari determinationem causæ, eo quod causâ libera non patitur antecedentem determinationem: Vnde qui diceret in hoc sensu actum liberum cognosci in causâ determinatione verum diceret, non tamen ad rem quia tunc non cognosceret effectum in causâ, sed in se ipso, quatenus se ipso est determinatione causæ.

His prænotatis, hanc formo rationem pro nostra sententia, nec in intellectu, nec in voluntate, nec in aliquo eis inherēte, natura præcedente consensum liberum, quidquam est habens necessariam connexionem cum actu libero futuro, ergo in causâ proxima creata Deus omnino certo, & infallibiliter cognoscere non potest actum liberum futurum esse. Propositio antecedens vniuersalis est, & omnes partes difficultatis complectitur. Prima pars versatur circa intellectum, in eo tria sunt, Primum habitus. Secundum iudicium proponens voluntati obiecti bonitatem, aut malitiam. Tertium imperium quoddam, quod à quibusdam adstruitur resolutorie intumans voluntati partem, quæ ab ea amplectenda est. De primo nulla est difficultas, nam intellectuales habitus non habere influxum immediatum in actus voluntatis liberos, nec necessariam connexionem cum illis res est, magis perspicua, quam demonstrari possit. In secundo non nihil solum difficultatis esse potest, & sic ostendo iudicium illud non habere necessariam connexionem cum actu libero. Primo quia iudicium non mouet voluntatem per influxum physicum, & determinatum in actum liberum, sed per propositionem indifferentem, hoc est, repræsentationem bonitatis obiectiuæ ex vna parte, & malitiæ ex alia, quo fit, voluntatem, facta ea propositione, indifferentem esse ad amandum obiectum, & non non amandum; ad odio prosequendum, & non prosequendum, ergo tantum abest, ut iudicium hoc per necessariam connexionem, quam habeat cum actu libero voluntatis, indifferentiam enertat, ut potius eam instruat, & fundet: Qua ratione Theologi merito dicunt solam Dei intuitionem, vim habere trahendi ad se necessario voluntatis amorem, eo quod nec in obiecto clare viso, nec in exercitio amoris, aliqua sit ratio mali, aut molestiæ. Secundo idem probō, quia primum iudicium in vnaquaque re est actus omnino necessarius, hoc est, nec in se immediate, nec denominatiue liber, primum patet, quia intellectus nosster non est in se formaliter potentia libera: secundum patet, quia si primum iudicium est ante actum voluntatis. Non fuit aliquis liber voluntatis actus, à quo liberi denominatione posset habere, cum nihil sit volitum, quin præ cognitum, & ut supponimus illud esse primum iudicium, ita & nullum actum liberum voluntatis præcedere supponendum est; ex quo, sic probō intentum, cum hoc iudicio omnino necessario habet per se necessariam connexionem actus voluntatis futurus; ergo non est liber. Probo consequentiam, nec in propositione iudicij est aliqua libertas, aut contingen-

17
Nihil antecedens in intellectu in quo futurum contingens cognosci potest.

18
De imperio intellectus.

tingentia, nec eo posito, in positione actus voluntatis, quippe qui exte necessariam connexionem habet cum actu iudicij, ergo nullum concedis locum libertati in ceterorum actuum coordinatione, & concatenatione, cum in his eadem profus ratio militet. Vnde, aut concedere debes iudicium aliquod, quod solum contingentem connexionem habeat cum actu libero, & in quo propter hanc rationem eum futurum esse certo cognosci nequeat, aut omnium actuum nostrorum libertatem destruis.

Tertium quoad imperium longiorem petit discussionem, quam, Deo dante, adhibebo in Tract. de prædestinatione disp. 12. cap. 4. Modo breuiter, hoc argumento proximè formato, sufficienter conuincitur, nam vel imperium hoc immediate, & proxime adheret iudicio proponenti, quin inter illa intersit actus liber voluntatis, vel aliquis interest: Si primum ut iudicium propter connexionem necessariam cum actu libero omnem locum libertati occludebat, ita imperium occludit, si eandem habet connexionem; si non habet, sed solum contingentem, ut in iudicio, non potest haberi scientia metaphysice certa de futuritione actus liberi, ita nec in imperio. Si secundum, ergo imperium hoc necessarium non est, ad hoc ut voluntas edat actum liberum. Patet consequentia, quia ante ipsū fuit actus liber proximus iudicio proponenti. Quo fit tum non cognosci omnem actum liberum in imperio, tum ut superuacuum reijciendum esse. Probo hoc secundum, primum namque satis perspicuum est, nam, ut ille primus actus liber fluxit à voluntate ante imperium immediate post propositionem iudicij, & eo voluntas iuxta naturam suam exigentiam, aut amore, aut odio profecuta est obiectum, ita se gerere in alijs poterit obiectis. Mitto alia in locum allegatum.

P. Vazquez
Voluntas prosequi solet obiectum in efficacius propositum.

Quædam opinio, quæ defendit P. Vazquez; 1. parte disp. 98. cap. 7. & prima secundæ disp. 128. huic argumento aliquid derogare posse videtur, scilicet propositis à iudicio duobus obiectis, altero magis, altero minus efficaciter, non posse voluntatem ferri in obiectum minus efficaciter propositum, ideoque in tali statu voluntatem determinatam esse ad speciem actus. Cæterum, ut omittam quàm parum habeat probabilitatis hæc sententia, eo quod libertatem quoad speciem de medio tollat, ut efficaciter probat argumentum nostrum, & propter alias rationes, quarum non est is opportunus locus, Tractatu de prædestinatione disputatione 22. nu. 41. impugno hanc sententiam, ex ea solum fit, Deum in tali iudicio illud certo cognoscere, amorem futurum in voluntate

siquis actus futurus est, ex efficaciore propositione bonitatis; vel odium, siquis actus futurus est ex efficaciore propositione malitiæ, non vero certo cognoscit, aut odium, aut amorem absolute futurum esse, de quo est huius capituli argumentum, quibus prima pars antecedentis satis liquet.

Quoad voluntatem, præfati recentiores in principio huius capituli, in ea constituunt, prius natura, quam operetur actum liberum, quandam efficacem præmotionem determinantem eius indifferentiam vniuersalem, hoc est, necessariam ad omnem operationem liberam, tum bonam, tum malam, atque indifferentem, tum naturalem, tum supernaturalem, in qua præmotione, prius natura, quam fiat actus, & dum est in statu futuritionis in ordine ad instantia nature, tuentur, omnia hæc futura contingentia certo à Deo cognosci. Vt contra hos argumentum nostrum formem prænoto, me non agere de præmotione gratiæ, aut efficaci auxilio ad operarietas, quia nec licet, nec ad rem est, de ea differere, & sermonem continēo in naturalibus actibus bonis, malis, aut indifferentibus, de quibus tam certum est à Deo cognosci, quàm de supernaturalibus. Sed neque in his intentum est, præmotionem illam antecedentem directe expugnare, sed solum instituo ostendere, illam libertate, præmotionem, ita constitui non posse, ut in ea Deus habere possit scientiam certam, & infallibilem actus futuri liberi.

Sic argumentor, vel cum voluntate sic præmota per concursum Dei efficacem ex parte principij, actus secundus liber (in ordine ad quem datur) habet necessariam connexionem vel non necessariam, sed contingentem? Si primum, ergo non est libertas in progressione illius actus à suo principio proximo. Consequenter euidens est, quia nullus est libertatis vsus in productione effectus necessario connexi cum principio proximè constituto ad operandum. Hac ratione in productione caloris in ligno approximato, nullum est libertatis exercitiū, quia tale principium proxime constitutum, & non impeditum, habet necessariam connexionem cum calore producto: hac etiã ratione amor beatificus necessario procedit à voluntate intuitiue videatis Deum, quia scilicet cum illo principio proximè sic constituto ad amandum, amor ille necessariam habet connexionem, & ut propter propositionem obiecti non indifferētem in amore, procedente ab illa, regulato per illam, nullus est libertatis vsus, meritū, aut demeritum nullum; ita in actu libero (quicūque ille sit) procedente à præmotione prius natura determinante, habenteque connexionem necessariam cum illo, dum illa inest vo-

19
Nihil antecedens esse ex parte voluntatis, in quo futurum contingens possit cognosci.

Non esse libertas in productione effectus necessario connexi cum suo principio.

luntati, & influit in actum, nullus est libertatis usus, meritum, aut demeritum nullum.

20
Responso
confutatio.

Dices, determinationem visionis procedere ex obiecto, non vero determinationem pre-motionis. Sed contra, cum ad conferuandam libertatem illam indifferentia principij necessaria sit, prius natura, quam operetur ex quocumque capite hac indifferentie reducatur ad determinationem, vt dicitur indifferentia, ita libertas, atqui promotio illa, quæ se tenet ex parte principij, ita illud affigit in vnam partem, vt cum ea parte necessariam habeat connexionem, ergo in eo statu indifferentiam & libertatem ledit. Fateor in hac promotione sic constituta, Deum capere posse certam scientiam futuri actus, vt etiam capere potest in visione, amoris beatifici. At eam sic constituere non pariantur libertatis iura, vt ostendi. Si vero dicatur secundum, videlicet promotionem illam non habere necessariam, sed contingentem connexionem cum actu libero futuro, ergo Deus in eo principio non potest, certa & necessaria scientia, affirmare actum liberum futurum, sed solum probabili, & fallibili. Probo sequellam, quia si actus ille liber solum habet contingentem connexionem, cum voluntate, prius natura promotæ, seu composita cum pre-motione, ergo absolute loquendo non est necessarium, sed solum contingens fieri actum liberum in eo momento, in quo promotæ est, ergo etiam erit contingens non fieri, & esse in voluntate negationem actus; ergo Deus non potest certa scientia, & metaphysice, necessaria, affirmare ex vi huius promotionis, seu voluntatis sic promotæ, futurum esse actum liberum. Probo hanc consequentiam, quia ille non est necessario futurus per se, etiã composita promotione, ergo scientia affirmans illum esse futurum ex vi promotionis, non habet necessariam, & metaphysicam certitudinem. Atqui in Deo esse non posse iudicium non metaphysice certum, & coniecturale, cui falsum subesse possit inter Theologos, ac maxime inter aduersarios constans est, ergo &c.

21
1. solutio.
Infallibilis
connexio
antedens
media
inter
necessaria
& contingens,
confutata

Hoc vno argumento intentum nostrum manifeste reuincitur, nempe aut promotionem cum libertate componi non posse; aut in ea futuri contingentis certam scientiam haberi non posse. Modo effugia quædam noua præcludenda. Primum quidam ex aduersis Doctoribus nostre iam factioni proximius accedentes, concesserunt voluntatem sic promotam non habere connexionem necessariam cum actu libero, & metaphysice loquendo non repugnare ab eo seiungi, negarunt tamen solum esse inter ipsam & actum liberum contingentem connexionem: sed dicunt esse infallibilem, quæ media est inter necessariam & contingentem, eo quod co-

nexio infallibilis semper de facto coniungitur cum operatione libera, connexio vero contingens non semper, sed aliquando coniungitur, aliquando non, quo inferunt promotionem illam ratione connexionis infallibilis sufficientem esse; vt Deus habeat scientiam infallibilem actus futuri.

Sed contra hanc solutionem habeo primo; (sive connexio illa appelletur infallibilis, sive non, ne hæreamus in nominibus) disquirō, vel tam arcta est, ac ea, quæ inuenitur inter Beatū lumine gloriæ, & visione Dei perfussum, & amorem beatificum, vel non est? Si primum, ergo vtraque connexio necessaria est, & ab vtraque pellitur libertatis usus. Si secundum, ergo connexio hæc est minor necessaria, ergo non potest non habere aliquid contingentiam. Probo hanc consequentiam, quia vbi est connexio inter duos extrema, & nulla contingentia separationis, est necessitas, & vbi non est necessitas, est contingentia non connexio. Tunc sic, ergo in ipsa etiã scientia Dei minor erit certitudo de actu libero futuro à voluntate efficaciter promotæ, quam de amore beatifico futuro à voluntate videntis Deum, nam quo minus connexionem inter principium, & actum, minuas etiam certitudinem in scientia Dei necesse est: quo fit primum scientiam Dei non esse ita certam, vt saltem methaphysicè, ei falsum subesse non possit, probo illationem, quia per te connexio inter promotionem, & actum liberum non est, ita necessaria, vt actus ille seiungi, saltem methaphysicè, non possit ab ea; ergo vt hoc ipso, quod de facto seiungeretur, redderetur falsum iudicium, quod affirmat esse futurum actum, ita hoc ipso, quod methaphysice possit seiungi, iudicium affirmans non esse seiungendum, ex vi promotionis subit periculum falsitatis in casu methaphysico. Fit secundum promotionem illam non posse non habere connexionem contingentem cum actu libero: probo illationem, quia si non repugnat separari actum liberum a promotione, vt fatearis, ideo non repugnat, quia promotio est propria potentia libera, eique accommodata, nã si esset promotio accommodata potentie necessariae omnis separatio etiam methaphysicè repugnaret. Ergo ex libertate potentie, vt à radice oritur ea separabilitas methaphysica. Sed hoc ipso, quod ex libertate voluntatis oriatur, non potest non esse contingentiam; ergo promotio illa, solum habet connexionem contingentem cum operatione libera. Probo hanc minorem, quia libertas voluntatis consistit in indifferentia ad vtrumque oppositum, per quã pro arbitrato modo se inflectit ad vnam, modo ad aliam partem ex oppositis, indequè contingens est, quod alteram partem amplectatur sed

Confutatio
1.

sed per se voluntas affecta promotione conferuat indifferentiam hanc, & separabilitatem ab operatione libera ratione huius indifferentie: ergo necessario conferuat aliquam contingentiam; ergo etiam scientia Dei non erit omnino certa, & infallibilis, sed subibit contingentiam

2. confutatio.

Habeo secundo, vel voluntas sic promotæ prius natura, quam operetur habet potentiam physicam, vel logicam, ad non operandum, vel nullam? si hoc secundum, ergo nullam habet libertatem, vt probat nostrum argumentum, si dicas nõ physicam; cõtra primo; ergo pariter scientia Dei habet potentiam logicam, vt falsa sit. Contra secundo, ergo in voluntate sic promotæ non est libertas physica: imo nec vlla absolute, quia omnis libertas est potentia physica ad vtrumque ex oppositis; nam vt logica potentia est potentia per rationem nostram; ita esset sola libertas rationis non realis. Si dicas habere potentiam physicam, non moralem. Contra primo ergo pariter scientia Dei licet moraliter falsa esse non possit, physicè tamen poterit. Contra secundo, quod est moraliter solum impossibile; absolute est contingens eo quod ea pars, quæ dicitur moraliter impossibilis ex terminis non repugnat, ergo absolute erit contingens scientiam Dei reddi falsam.

3. confutatio

Habeo denique, responsionem repugnare in terminis, dum quærit medium inter necessarium, & contingens. Nã si ea est ipsa promotionis natura, vt ipsi non repugnet actum liberum seiungi ab ea, idque ipsum est consentaneum naturæ voluntatis. Vnde tu affirmas nunquam de facto seiungendam, precipue cum seiungi, aut non seiungi positum sit in arbitratu voluntatis? hoc non habes ex reuelatione, vt constat, non a posteriori; quia per te nunquam de facto seiuncta est, ex quo veluti à signo potius colligendum esset oppositum, scilicet seiungi non posse. Non a priori, quia in se non est tibi ostensa, aut demonstrata ex causa, natura talis promotionis; non denique ex natura voluntatis, quam promouet; quia hæc iuxta exigentiam suæ naturæ; vt petit ex parte intellectus, secundum quod in differens est, propositio nem indifferentem, ita ex parte principij concursum causæ primæ indifferentem, non promotionem ad vnam partem moraliter determinantem, id quod lumine naturæ euidentissimum est, nam vt causa secunda determinata, exigit à prima concursum determinatum, ita indeterminata, & indifferens concursum causæ primæ indeterminatum & indifferentem, ergo nulla ex parte constare tibi potest promotionem hanc esse eius naturæ, vt tu fingis sine fundamento, vt verbis saltim eludas efficaciam argumenti facti.

22

Ex doctrina M. Alvarez in lib. 9. de auxilijs

disp. 92. & 94. & 115. aliud potest parari effugium argumento factio ex discutata illa distinctione sensus diuisi, & compositi, quam ibi in prima conclusione sic declarat, quando dialectici, dicunt, aliquid esse possibile in sensu composito, nihil aliud significant, quam modalem compositam esse veram. Similiter quando, dicunt aliquid esse impossibile, in sensu composito, significant modalem compositam de possibili esse falsam, v. g. quando dicitur, prædestinatum non posse damnari, in sensu composito significatur quod esse prædestinatum, & actualis damnatio, non possunt simul eidem competere. In secunda conclusione compositionem factam ait, vnius actus cum potentia ad oppositum, verum habere sensum; vt cum dicimus, voluntatem promotam à Deo, posse dissentire, quia hæc non sunt impossibilia, & quod Deus promoueat efficaciter ad actum, & quod in ipsa sit potentia ad dissentendum. In tertia si fiat compositio, auxiliij efficacis cum actuali dissensu, impossibile esse, in sensu composito, quod sic promotus à Deo dissentiat. In quarta, modalem propositionem compositam, esse illam in qua, dictum subiicitur, & modus prædicatur, vt hæc prædestinatum damnari, esse possibile, quam reddere, absolute sensum falsum arbitratur, quia, vt vera sit, propositio modalis composita, requiritur quod propositio de in esse secundum vtrumque extremum dicti sit possibilis; v. g. quod aliquis sit actu prædestinatus, & actu damnetur; modalem vero diuisam eam esse, in qua modus interponitur dicto, vel se tenet ex parte verbi, vt hæc prædestinatus potest damnari, & hæc prædestinatus, potest esse damnatus, quam putat absolute veram; quia cum reddat sensum diuisum non requiritur quod vtraque forma, seu actus secundus importatus in propositione, componentur simul tempore in eodem subiecto, vt quod eidem personæ simul conueniat prædestinatio, & damnatio, & eidem voluntati promotio, & negatio actus, ad quod promouetur; sed solum quod simul conueniant prædestinatio, & potentia ad hoc vt damnetur, & promotio & potentia ad dissentendum, qua doctrina putat satisfacere, & Tridentino Ses. 6. cap. 5 & can. 4. dum ait, hominem inspirationem diuinam recipientem posse abijcere, & excitatum vocatum posse dissentire. Et senonensi decreto 15. fidei dum ait, non esse tale trabētis Dei auxilium, cui resisti non possit. Et nostro argumento, cui cum concedat promotionem illam efficacem, habere necessariam connexionem, cum actu libero futuro, negat perire libertatis exercitium in eius actus productione quia inquit, connexio illa necessaria est, in sensu composito promotionis efficacis, non in sensu

2. solutio.
Sensus diuisi
& compositi
positus vt
ab aduersarijs
delectetur.

sensu diuiso, in quo bene componuntur simul in eodem subiecto, & præmotio efficax, & potentia ad dissentiendum, vnde cum assentitur etiam efficaciter mota libere assentitur.

23
Not. 1.
Collocatio terminorum uibiliter inter est ad reddendū sensum compositū, & diuisum.

Hæc, quæ satis ad rē, & explicate dicta sunt ab hoc authore, longiorem petebat impugnationem, sed abstinendum ab his quæ pertinent ad materiam de gratia, & an Tridentinum, & Senonense satis explicentur. Quod attinet ad rem nostram, noto primo parum, aut nihil interesse eam collocationem terminorum in modalis propositione, quod modus interponatur, aut a parte prædicati ponatur, nec in Aristotele habere fundamentum, ut notarunt Tolemus lib. 3. summularum cap. 1. Fonseca lib. 8. institut. cap. 6.

Not. 2.
Quid modalis composita: quid diuisa ex Santo Thom.

Noto secundo, modalem compositam esse illam, in qua significatur prædicatum conuenire subiecto, secundum rationem formalem subiecti, modalem uero diuisam in qua significatur prædicatum conuenire subiecto, non secundum rationem formalem, sed secundum materiam rationem vbius modus collocatur. Ita expressè D. Thomas de ueritate quæst. 23. art. 3. in hæc uerba, *Cum dicitur prædestinatus, in peccato mortali potest mori, si accipiatur subiectum prout stat sub forma prædestinationis, sic est composita, & falsa: si autem accipiatur pro ut consideratur sine tali forma, sic est diuisa, & uera.* Vbi nota in hoc exemplo à D. Thoma allato modum inter dicta positum esse. Idem repetit S. Thomas in responsione ad septimam & responsione ad octauam ibi, *considerando autem tantum modo essentiam corui potest aliquid ei attribui, quod repugnat nigredini eius, secundum quem modum dicit Porphyrius, quod potest intelligi coruus albus, & ita est in proposito potest ipsi homini prædestinato aliquid attribui secundum se considerato, quod non attribuitur ei, secundum quod intelligitur stare sub prædestinatione.* Itaque ex S. Thoma in prædestinato duplex ratio considerari debet, alia formalis in quantum prædestinatus est, alia materialis, ipsa hominis prædestinati libera substantia: attendita ratione materiali, quam attendit sensus diuisus, hæc propositio *prædestinatus potest damnari* uera est, attendita ratione formali, quam directe significat sensus compositus falsa, quia prædestinatus secundum quod prædestinatus est, non competit potentia, ad hoc ut damnetur: ita hoc explicat P. Fonseca ubi supra.

Non nego, satis apte etiam dici modalem compositam illam esse, quæ significat eodem tempore eidem subiecto conuenire formam vtriusque dicti, diuisam uero, quæ significat alio tempore, in quo caret forma vnius dicti posse competere formam alterius. Ita Tolemus supra, & consonat Alvarez in doctrina relata

Verum constanter nego, quocumque ex his modis explicetur sensus compositus, & diuisus satisfieri argumento factio contra libertatem nostram, si concedatur tam necessaria conexio inter præmotionem efficacem, & actum liberum, quam est inter amorem beatificum, & intuitiue videntem Deum: etenim visio beata solum in sensu composito infert necessitatem amoris, nec à voluntate tollit potentiam non amandi, cum caret illa; sed hoc ipso quod cum visione componi non possit, negatio amoris exulat ab illo amore omne libertatis exercitium, ergo pari ratione, etsi præmotio efficax non destruat potentiam in voluntate ad dissentiendum, dum caret illa, nihilominus tamen quia simul cum illa componi non potest in eadem potentia, & in eodem tempore dissentius, aut negatio assensus, in assensu præstito à voluntate præmoti exulet omne exercitium libertatis necesse est.

Hoc argumento male agitur Alvarez, in eadem disput. in responsione ad confirmationem tertij argumenti numero 12. conatur constitucere discrimen; concedit amorem illum simpliciter necessarium esse, quoniam ait, in illo statu manet expleta tota capacitas intellectualis naturæ; vnde non solum non habebit actum contrarium visioni, aut dilectioni beatificæ, sed nec etiam poterit illum habere, quod explicat exemplo materiæ cælestis, cuius capacitas ita expleta est forma cælesti, ut alienam excipere non possit.

Sed quis non videat, nullum esse discrimen hoc, nec enim actus liber est aut liber esse definit, qui procedit à capacitate naturæ expleta, vel non expleta, sed quia procedit à principio determinato, dum est sub tali determinatione sub qua ei principio impossibile sit alterum extremum indifferentiæ, ut ex terminis constat. Alias dicant nec fatum Stoicorum libertatem euertere, contra quos Augustinus lib. 5. de Ciuitate cap. 9. & 10. quia etsi determinet omnino principium non procedit à natura intellectuali expleta, nec illam qualitatem à Deo produci posse in nostra voluntate, per quam vsus libertatis & indifferentiæ impediatur.

Aliqui aduersariorum, ausi sunt concedere, stante iudicio indifferenti, nec de potentia absoluta, aut per principium intrinsecum, aut extrinsecum posse eam vim voluntati inferri, quæ in actu libertatem destruat, quod ipse Alvarez ubi supra innuere satis videtur; & expressè affirmat disput. 116. Sed cum in iudicio indifferenti non sit formalis, sed radicalis libertas, vel adhuc eo posito potest Deus in voluntate, in qua est formalis libertas eam impedire: vel potius dicere debuissent, Deum non posse stante iudicio indifferenti im-

Impugnatio.

R. esp. ex Alvarez.

Consutatio

24
Alia responsio.

mittere in voluntate præmotionem physice prædeterminantem, eo quod iudicium indifferens essentialiter postulat principium indifferenter instructum in actu primo. Vnde repugnat in actu primo constitui voluntatem per præmotionem indifferentiam ab actu primo expellentem. Sed de hoc alias.

Ratio a priori.

Ratio à priori, quare præmotio illa, si necessaria habet connexionem, cum actu etiam in sensu composito, pugnet cum libertate hæc est. Quia nec in suppositione, scilicet, infusione præmotionis à Deo, est vsus libertatis, nec etiam ea posita in voluntate, in productione actus: quia ratione dici solet suppositionem antecedentem pugnare cum libertate.

25
Concedit Alvarez præmotio nisi secundum se, posse in sensu composito voluntatem resistere.

Hoc loco obserua, doctrinam ipsius Alvarez disp. 93. num. 2. ubi ait, hanc præmotionem dupliciter considerari posse, primo secundum suam entitatem præcisè, quatenus est quædam realis motio in voluntate recepta: secundo secundum omnem virtutem, quam habet, ut venit à Deo, & ut est instrumentum voluntatis Dei volentis efficaciter hominem ad se conuertere. Secundum primam considerationem nullam, ait, esse controuersiam inter auctores vtriusque sententiæ cum omnes fateantur liberum arbitrium resistere posse motioni efficaci; non vero secundum aliam, ut non potest resisti voluntati Dei. In qua doctrina & nobis concedit intentum, & sibi non videtur constare; nam si est in nostra voluntate, potestas ad resistendum illi qualitati, secundum suam entitatem consideratæ, præscindendo à voluntate Dei, perquam infunditur, ergo in ea ut sic, ut complet causam proximam actus liberi, Deus certo cognoscere non potest eum esse futurum. Consequentia est euidentis, quia in principio, cui voluntas potest resistere non habet actus futurus necessariam futuritionem, ergo ab eo scientia capere non potest necessariam certitudinem, ut sæpe intuli, in quo sibi etiam non constat, nam tum lib. 9. disput. illa 92. tum lib. 2. disp. 12. expresse tuetur, Deum in præmotione efficaci, cognoscere actum futurum, quod constare non potest cum hoc, quod disp. 93. affirmat, scilicet præmotioni secundum se consideratæ resistere posse, si dicat, in hac præmotione cognosci à Deo, actum esse futurum, quatenus petit procedere à decreto efficaci actus, fit præmotionem ex sua natura talem esse, ut inferat in Deo decretum efficacem actus tamquam proprium principium. sui: ergo secundum suam entitatem talis est, quæ simul inferat & decretum efficacem in Deo, & actum futurum: ac proinde verum non erit ipsius entitati secundum se liberum arbitrium resistere posse, ut dixerat disp. illa 93. num. 2. probo hæc consequentiam, quia ex sua ipsius entitate, &

infert decretum efficacem actus, & ipsum actum; ergo voluntas ei secundum suam entitatem nequit resistere. An vero circa hæc contingentiæ esse possit decretum absolutum antecedens in quo hæc futura cognoscat definitio capite sequenti.

Non me latet, alios recentiores Thomistas in scriptis non dum typis excussis, aliam viam ingressos, ut ex vna parte defendant præmotionem hanc necessariam habere connexionem cum actu futuro, ideoque in ea cognosci posse & ex alia simul constare posse libertatem; nam dicunt actum liberum præcedere natura ad præmotionem in vno genere causæ, scilicet dispositiue, & pro eo priori libertate gaudere: in alio genere causæ posteriorem esse natura, scilicet in genere causæ efficientis, & pro eo nihil posse obflare libertati necessariam connexionem. Verum hæc mutua prioritas, satis, superque in impetitionibus nostrorum detrita est, nec oportet ut me modo eius expugnatio moretur. Non hic omnia interfrendenda, non iugulanda hæc opinatio ante natalitium. Non deerit suo tempore, opportunus expugnator, in Tractatu de Auxilijs quem è suggesto distaui publicè in salmanticensium Academia, anno Domini 1618. hanc refutaui responsionem expresso.

Produxi quæ mihi visa firmiter fundamenta pro nostra sententiâ, proferenda modo quæ pro se adducunt allegati in principio Thomistæ, & ne nobis causentur, quod ea ad fidem non referam, ut ex M. Alvarez verbatim decerpta retuli uerba, ita ex Bañes, ex Ledesma proferram fundamenta in speciali.

Magister Bañes probat primo tertiam illam conclusionem ex S. Thoma in hoc art. 13. in illis uerbis *Deus autem cognoscit omnia contingentiâ, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout vnum quodque eorum est actu in se ipso.* Ergo ex Diuo Thoma cognoscit hæc contingentiâ in suis causis. Cæterum, hoc nullum fundamentum est legenti totum contextum Diui Thomæ, nam in uerbis proxime antecedentibus, hæc habet. *Vnde quicumque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum non habet de eo, nisi coniecturalem cognitionem.* Diuum uero Thomam non dare Deo cognitionem coniecturalem, res certior est, quam probari debeat, vnde in uerbis relatis à M. Bañes plane loquitur de cognitione contingentium in causa, secundum esse possibile, & in alia parte uerborum, secundum esse existentium.

Secundo probat ratione, Deus cognoscit contingentia, secundum omnem modum, quem habent, ergo cognoscit contingentia secundum modum, quem habent in suis causis.

Respon

Alia solutio.
Aduersarij constituunt mutuatam prioritatem.

Consutatio.

26

1. Arg.
Argumenta ex Magistro Bañes.

Solutio.

2. Arg.

Solutio.

Respondeo nullius momenti esse rationem. Concedo consequens, & consequentiam in bono sensu. At probandum illi erat contingentia hac secundum modum, quem habent in causis, cognoscibilia esse, ut futura, quod nec probat, nec probare potest, quia secundum modum, quem habent in causis, non habent de terminationem ad futuritionem, solum ergo ea cognoscit secundum hunc modum, ut possibilia.

xilijs, omnes causas liberas indigere pramotione efficaci prädeterminante ad omnes suas operationes, ergo in voluntate sic premota, & prädeterminata certissime Deus cognoscit futurum contingens, antequam existat. Respō deo negando antecedens, de quo quoad nostram rem satis fuisse disserui supra.

Secunda ex Durando, Deus propter suam infinitam perfectionem comprehendit naturam voluntatis, & omnia, quæ illam possunt impedire, & determinare, ergo in illis omnibus Deus intuebitur, ad quam partem voluntas se inflectet.

28

3. Arg. Durand.

27

3 Arg. Durand.

Tertio probat. Deus cognoscit, quod Antichristus modo non existit, & quod postea futurus est, ergo cognoscit quod Antichristus modo habet esse in suis causis. Eodem pede claudicat hæc ratio, concedimus utramque partē antecedentis, negamus consequentiam, Deum scilicet cognoscere Antichristum determinate existitum: in suis causis, quia non habet determinatam futuritionem in causis. Sēper supponit probandum.

Hæc ratio non fauet huius auctoris sententiæ, sed Patris Molinae, qui etiam, ut in fine huius capituli refero, & refello, putavit in causa non ratione physicæ pramotionis determinantis, quam ipse ab scholis exterminavit; sed ratione super comprehensionis Dei, cognosci hæc futura; vbi nota Ledesmium in Molina parum versatum, quod eum referat pro nostra sententia, ut confutet: nefas autem est impugnare Doctorem, quem non legeris.

Solutio.

Pro secunda parte conclusionis, format hæc rationem, Deus cognoscit futura contingentia in suis causis particularibus, quatenus ipsæ particulares subiiciuntur determinationi, & dispositioni diuinæ scientiæ, sed hæc causæ ut sic sunt determinatæ, & completæ, & non impedire ad producendum effectus contingentes, ergo Deus cognoscit futura contingentia, prout sunt in suis causis determinatis. Sed hæc ratio non intendit probare Deum hæc contingentia cognoscere in causa secunda, & proxima solum, sed simul cum causa prima adiuncto decreto disponente de futuris contingentibus, de qua re cap. 3. Non amplius Bañes.

Tertia ratio Angelus, vel demon virtute naturali cognoscit futura in sua coniectura probabilissima, ergo Deus, qui infinite superat Angelicam cognitionem, certo & evidenter. Respondeo negando consequentiam, quia futurum in causa certo, & evidenter cognoscibile non est; Non amplius Ledesma.

4. Arg.

Solutio.

M. Ledesmus supra conclusionem secunda eandem sententiam probat, primo transcribens quæ ex Bañes retulimus. Addit ex art. 13. in solutione ad primum, & secundum Diuum Thomam docuisse suam sententiam. Sed incuriz tribuo, hæc allegasse, cum ibi nec verbum sit, quod faueat.

Nihil habet Alvarez quod iam solum non sit. Expendat modo lector & equa lance libret vtriusque partis præsidia, quam expressa habeat nostra sententia pro se verba Diui Thomæ, quam lenia afferantur a contraria parte, quam sit nostra antiquorum Thomistarum, doctissimorumque virorum autoritate roborata, quam sit simili autoritate contraria destituta, quam sit nervosa, vel vnica nostra ratio nunquam superata, quam leues contrariæ, & iustam pronunciet sententiam, vtra sit ex his veritatis, & Diui Thomæ mentis sectatrix.

29

P. Mol. Sententia P. Mol. de cognitione futurorum per se per comprehensionem.

DE INDE adducit S. Thomam 1. contra Gentes capite 67. in tertia ratione in hæc verba, sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti completæ, si non impediatur, sed cum Deus cognoscat omnia, scit non solum causas contingentium, sed etiam ea, quibus possunt impediri scitigitur per certitudinem, an contingentia sint, vel non sint. Verum ibi Diuus Thomas loquitur de causis, & effectibus secundum quid contingentibus, respectu particularis. & impedibilis causæ, absolute vero necessarijs inspecto omni causarum secundarum concursu. Ita Ferrariensis ibi, & P. Suarez lib. 1. de absoluta scientia futurorum cap. 1. & 3.

Quinque congerit rationes, non solutæ hæ sunt. Prima ponit probatum in tractata de au-

Ferr. P. Suarez. 2. Arg.

quid esset effectura, si collocaretur, post decretum vero collocandi, certissime videt per super comprehensionem voluntatis create, in omnipotentia sua, quid re vera sit factura, cum tamen posset facere oppositum. Itaque in causa proxima, scilicet in voluntate supercomprehensa cōcedit Deo scientiam omnino certam futurorum. Addit vero Deum per suæ voluntatis comprehensionem non cognoscere, in quam partem illa sit determinanda pro posteriori rationis. Probat hanc partem. Primo, quia scientia hæc in eodem subiecto non potest constare cum libertate, licet possit in altero. Secundo, quia scientia Dei, respectu suæ voluntatis, non est supercomprehensio, sed comprehensio, eo quod obiectum cognitum non superat infinito interuallo, quo superat liberum arbitrium creatum, ad hoc autem ut cognoscatur, ad quam partem voluntas sit inflectenda, non sufficit comprehensio, sed supercomprehensio necessaria est, vnde cum anima Christi, & Angelus proprium comprehendant liberum arbitrium, hæc futura non cognoscunt.

Deus ex Molina in sua voluntate non cognoscit in quâ partem sit determinanda

30 Confutatio sententiæ P. Molinae.

Hæc pater Molinae sententia nullum, quem sciam, habuit postea sectatorem, vel ex nostris scriptoribus, nisi P. Martinum Becanum. tom. 1. summæ Theologicæ cap. 10. quæst. 9. vbi planè subscribit, P. Molinae in hoc modo dicendi. Eam impugnat P. Suarez vbi supra, cap. 3. citato, & lib. 2. cap. 7. ipse etiam fateatur disp. 50. citata necessitate coactum eam tueri aggressum. Nam cum ipse in propositio nibus de futuro contingenti neget esse determinatam veritatem, & in obiectis earum in se cognoscibilitatem, & cum futura hæc à Deo cognosci, fide sit sanctum, ut capit. 1. vidimus, non habuit alium modum, quo commodius veritatem hanc defenderet, & libertatem arbitrii cum ea præscientia conciliaret. Verum contra ipsum hanc vnica rationem formo efficacem (ut reor) vel Deus in libero arbitrio creato, nude sumpto, supercomprehensio; cognoscit hæc futura, vel in eo ut composito cum intrinsicis, vel extrinsicis circumstantiis, quæ concurrunt in hoc rerum ordine, ut illud attrahant ad actum, vel retrahant ab illo; sed neutrum horum verum est, ergo, & c. Probo minorem quoad primam partem, nam quantumuis supercomprehensio obiecti eminentissima sit, cognoscere non potest in obiecto, vel ex obiecto, quod in ipso, aut

ex ipso, cognoscibile non est, sed in voluntate nuda, aut ex ea cognoscibile non est, in quam partem sit determinanda, ergo, & c. Maior propositio evidens est, nam etsi Deus altissime supercomprehendat naturam lapidis, in ea, aut ex ea, naturam Angelicam cognoscere nequit, quia in ea cognoscibilis non est, ergo supercomprehensione non efficitur, quod cognoscatur in aliquo obiecto, quod in eo, aut ex eo, in cognoscibile est. Probo minorem quia nudum arbitrium, propter indifferentiam intrinsicam, non connectitur determinate magis cum amore obiecti, quam cum nō amore, antequam habeat amorem, aut non amorem, alias non esset liberum ad vtrumque, ergo in eo nudo cognosci nequit determinate futurum amorem, aut non amorem. Consequentia est evidens ex maiori statuta propositione; nam vbi non est determinata futuritio, aut connexio cum amore, aut cum non amore, cognosci nequit etiam per supercomprehensionem, si vero Deus cognosceret voluntatem determinate amaturam, cognosceret ipsam habere cum amore determinatam connexionem, igitur cognosceret in voluntate, aut ex ea, quod non est cognoscibile; etenim si non cognoscit ipsam nude sumptam habere determinatam connexionem magis cum amore, quam cum nō amore, non cognoscit in ea, aut ex ea, determinate amaturam magis quam determinate non amaturam.

Ex his probata etiam manet secunda pars minoris, nam omnia illa adiuncta, siue intrinsicæ, siue extrinsicæ, ante quam voluntas de facto amorem producat, non connectunt liberum arbitrium, determinate, potius cum amore, quam cum negatione amoris, ergo supercomprehensione horum adiutorum nō potest Deus cognoscere liberum arbitrium determinate amaturam magis quam non amaturam, ac præcipue in sententia P. Molinae, cui inuisa est omnis pramotio, aut qualitas determinans antecedens natura actum liberum, habens inenitabilem connexionem cum eo, aut negatione eius.

An vero si Deus, si Angelus, si Christus in proprijs voluntatibus, vel in ipsis futuris, cognoscant, ad quam partem voluntas sit inflectenda, antequam de facto inflectatur, obicit libertati propria in eodem subiecto, decerno disputatione sequenti cap. 9.

Cap. 3. In decreto Dei circa hac futura Deus ea sufficienter non cognoscit, Vbi quale sit hoc decretum?

31 Sententia affirmans. Bañes. Ledesma. Alvarez.

Richard. Scotus. Alex. Caictan.

Sententia negans. E. Molina. Suarez.

Fonseca. Lesius.

32 Futura libera in duplici differentia.

1. Conclus.

MATERIA huius capituli affinis est materiz capiti superioris. Parte, que affirmat, tumentur præfati Thomiste recentiores. Bañes hic dub.

3. Ledesma disput. de Scientia futurorum dub. etiã 3. Alvarez lib. 2. de auxilijs disp. 10. in genere de omnibus futuris contingentibus, & disp. 11. in speciali in decreto circa actus prauos, & alij eiusdem familiæ, quos consulto non nomino. Non omittam Ricardum in 1. dist. 38. artic. 1. quæst. 5. Scotum dist. 39. quæst. vnica 5. Vise de contingentia. Alensem quæst. 24 mem. 7. Caietanumq; in hoc articulo eis aditipulari. Eorum fundamenta commo dius refero post oppositam nostram sententiam stabilitam, vt feci art. 2.

Partem, que negat, tenent fore omnes nostre Religionis scriptores, præcipui sunt Bellarminus lib. 2. de Amisione gratiæ cap. 2. 4. & 7. P. Molina in Concordia in hunc articulum disp. 28. & 32. P. Suarez lib. 1. de absoluta scientia futurorum contingentium cap. 6. lib. 2. de Concursu Dei per quinque capita. P. Fonseca in caput 2. sexti Metaphysicæ quæst. 4. sec. 6. P. Leonardus Lesius in libello de efficacia gratiæ cap. 3.

Vt distinctioni & breuitati consulamus varijs conclusionibus res explicanda. Primū modo futura libera esse in duplici differentia, priora a solo Deo producuntur, & denominata libera sunt, vt Gabriel Angelus, qui per diuinum decretum ab æternitate futurum liberum est. Posteriora simul à prima, & à secunda causa concurrentibus efficiuntur. Hæc sunt, omnes nostri actus immediate liberi seu boni, seu mali, seu indifferentes. De prioribus, hæc sit prima conclusio, ea Deus omnino certo cognoscit in æternitate in suo decreto, antequam in se sint. In hac conclusione concordat, relati Doctores, & si diuisi sint in futuris liberis posterioris generis. Eam probo manifesta ratione, Deus cognouit decretum suum creandi Gabrielem, sed non potuit illud cognoscere, quin simul cognosceret Gabrielem esse futurum in temporis differentia ab ipso decreto, ergo in suo decreto cognoscit Gabrielem esse futurum. Maior huius argumenti illæ diuina fide negari nequit, quidquid enim sit de opinionibus erga libera decreta Dei, in quoniam consistat libertas, quid addat ad decretum necessarium, an reale, vel rationis, an extrinsecum, vel intrinsecum, de quo non nihil à nobis dictum disput. 2.

capit. 2. ex professo explicandum disput. 16. at vt certum de fide est, Deum habere decreta libera ex æternitate, licet non noto nobis modo, ita certum est, ipsum ea intueri. Minor etiam manifesta est, nam decretum illud est absolutum, & efficax, ex sua natura, nulli subiectum mutationi, aut impedimento, ergo in eo scit Deus futurum Gabrielem in decreta à Deo temporis differentia. Augustinus in Inchiridio ad Laurentium cap. 95. hæc habet ad hanc rem egregia verba. *Omnia quæcumque voluit Deus fecit in Cælo, & in terra, quod non est verum, si aliqua voluit facere, & non fecit, & quod est indignius, ideo non fecit, quia ne feret, quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit.* & infra: *Nec enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quidquid vult potest, neque voluntate cuiuspiam creatura voluntatis omnipotentis impeditur effectus.* Hoc idem docuit Hilarius, lib. 9. de Trinitate dicens, *quæ Deus facere decreuit: in sua voluntate cognouit.*

Nihil video momenti, quod huic obstare possit conclusioni. Non me latet Patrem Vazquez hic disput. 65. cap. 2. aliqua affirmasse, è quibus argumenta contra eam possent deduci. Verum nec sunt alicuius momenti, nec in progressu omittenda.

Secunda conclusio decretum Dei concurrenti cum voluntate libera ad eius actus liberos, siue bonos, siue malos, siue indifferentes non est per se solum sufficiens ratio, certo cognoscendi eos esse futuros vel non futuros. Hæc conclusio aduersatur parti affirmati. Plura continet, quæ prius euoluenda, quam confirmanda. Noto primo, decretum hoc, voluntatis diuinæ, dupliciter à nobis concipi posse: Primo in quantum vult ipsum effectum præcedentem ab ipso, & voluntate nostra, scilicet actum liberum, seu actionem ipsam, quæ fit, V. G. Pone Deum velle hic, & nunc existere actum amoris ipsius, & actionem, quæ fit: Secundo in quantum vult voluntatem nostram, quæ est causa illius actus, constituere in actu primo proximo, per omnipotentiam suam ei assistentem, quod etiam Deum velle necessarium est, nam omnis causa secunda essentialiter pendet à prima, non solum in esse, verum, & in ipso operari immediato, Vnde non est in actu primo, proximo completa, dum non habet prius naturam paratam sibi, & præsto assistentem omni-

Angustin.

Vazquez.

33

2. Conclus. Decretum Dei concurrendi ad actus nostros liberos non est sufficiens ratio per se cognoscendi eos futuros esse.

Nota. 1.

Duplex decreti huius consideratio.

*A*ssistentia omnipotentia Dei causa secunda, ad hoc autem vt voluntas creata habeat ita assistentem sibi omnipotentiam Dei, vt per eam constituatur prius natura in actu primo simpliciter completo, non sufficit præsentia localis, quam habet cum omnibus rebus per immensitatem, sed vltra requiritur, quod speciali ratione adsit voluntati creata, tanquam comprincipium cum ea. Exempli gratia comprincipia creata, vt habitus, & auxilia intrinseca præter coexistentiam localem, habent inhaesionem in voluntate, ergo ad rationem formalem comprincipij vtriusque necessarium est, & quod in his est inhaesio, in omnipotentia est specialis assistentia, quia illa nec est, nec esse potest forma inhærens, sed assistens; ea verò à Deo fit per decretum suæ voluntatis, quo applicat suam omnipotentiam, vt assistat. Ratio à priori, quare non sufficit coexistentia localis omnipotentia cum libertate creata, ad eam constituendam in actu primo completo simpliciter hæc est: nam omnipotentia ex propria natura, est facultas operantis per intellectum & voluntatem, & vt cum operatur, petit applicari à voluntate ad operandum, & in operatione dirigi, ab intellectu, ita cum exercet munus comprincipij, petit applicari ex natura sua ad id munus per voluntatem.

34 *D*ubium occurrens. *R*esolutio. *A*liud dubium. 1. Ratio dubitandi.

Sed dubitabit quispiam an duæ voluntates ratione nostra in Deo distinguendæ sint, prima, qua velle assistentiam suæ omnipotentia cum voluntate creata: secunda: qua velle existere actum liberum, & effici à sua omnipotentia, & à voluntate creata. Respondéo, non opus esse constituere distinctionem rationis præscidentis inter has voluntates, sed solum ex modo concipiendi per ordinem ad diuersa extrinseca conotata; quid autem sit hæc distinctio rationis præscidentis, & quod habeat fundamentum, explicui disput. 3. cap. 2.

Dubitabis secundo, quodnam sit obiectum voluntatis discernentis, vt sua ipsius omnipotentia assistat. Ratio dubitandi est 1. quia voluntas hæc libera est, omnis autem voluntas libera Dei debet habere obiectum aliquod nouum, at hic nullum est obiectum nouum, non omnipotentia, non voluntas creata, non coexistentia localis vtriusque, quia hæc omnia supponuntur, nec etiã assistentia, quia hæc non est quid distinctum ab omnipotentia, & à voluntate creata, & à coexistentia, vel si asseras esse quid distinctum, assigna, quidnam sit.

Secundo quia, hæc assistentia non fit per inhaesionem, aut per aliquam similem entitatem physicam inhærentiæ, quæ reperitur in comprincipijs creatis, sed ipsa libera voluntas applicans, constituit formaliter assistentiam; at qui ipsa non est obiectum sui ipsius, ergo huic

2. Ratio.

voluntati nullum assignatur obiectum. Respondéo breuiter, hanc difficultatem fuisse tractauim in materia de legibus, & ea plures vidi implicatos, in qua frequentius Theologi docent, obiectum voluntatis legislatiue esse ipsam obligationem de nouo subditis aduenientem, obligationem vero dicunt esse, quandam formam moralem mediam inter entia realia, & rationis: Quia vero hæc formæ morales mediæ, signifiata mihi visa sunt, voces vacuæ, sine rei significatione nucleo, ideo ibi dixi ipsa opera, ab homine obligato, procedentia secundum legis præscriptum esse obiectum illius voluntatis, ita que duplex munus assignauim ei voluntati, alterum efficaciter constituendi obligationem; alterum volendi operationes fieri secundum normam ab ea præscriptam. Primum munus dixi se ipsa in genere causæ formalis exercere. Ad secundum se habere extrinsecè, & intentionaliter. Pariter in nostra re dici posse videtur; decretum illud diuinum, aut comparari posse cum obiecto, quod vult, aut cum actu primo completo, quod per se, tanquam per formalem assistentiam constituit; obiectum volitum nihil aliud esse possunt; vt bene probant rationes dubitandi, nisi ipsi actus, quos quantum est ex parte sua, conditionate vult fieri à sua omnipotentia, & à libertate creata, vt magis explico infra cap. 35. quod vero per se constituit, nihil aliud est quam complexum illud ex se creatæ omnipotentia, & libertate creata, & assistentia constans; assistentia vero est ipsum decretum: hæc in sententia communi decretum liberum Dei constituente complete per rationem intrinsecam locum habent, at non in nostra qui arbitramur compleri per rationem extrinsecam, vt dicemus disp. 16. cap. 10. & seqq. ex qua doctrina inferenda est huius rei declaratio disp. 19. ad art. 8. vbi in cap. 2. consulto recentiores Thomistas, & cap. 4. propriam declaro mentem.

Hinc patet ad rationes dubitandi. Ad secundum iam assignamus obiectum nouum voluntati libere, scilicet actus liberos aliquo modo futuros ex vi eius. An autem opus sit assignare omni voluntati libere obiectum nouum existens, doceo in tractatu de voluntate Dei vbi supra.

Secunda bene probat assistentiam ipsam, quæ nulla ratione est distincta à voluntate, non esse obiectum; non vero probat, voluntatem ipsam per se non esse rationem constituendi assistentem omnipotentiam. Hic animaduertito, doctrinam hanc grauissimam esse, & notaturo dignam licet non sit modo pro dignitate explicata.

Iam noto secundo Deum applicare suam omnipotentiam, vt assistat voluntati ad quoscumque actus ipsa se voluerit inclinare, non in confusio, aut in genere, nam hæc applicatio in confusio.

Ad primam rationem dubitandi.

Ad secundam.

35 Resolutio.

Obiectum primum voluntatis legislatiue.

Obiectum voluntatis completæ actum primum creatæ per omnipotentiam.

Ad primam rationem dubitandi.

Ad secundam.

36 Nota.

Non applicat Deus suam omnipotentiam ad effectum ad effectum.

catio confussa, est digna nostræ providentiæ imperfectæ, indigna diuinæ perfectissimæ, sed ad singulos in particulari, tum in omni specie, tum in omni cuiusvis speciei individuus; nam intellectus diuinus ea omnia non inconfusso, sed in particulari distinctissima perspecta habet; ita voluntas pro sua parte ad hæc omnia eodem modo assiliter facit omnipotentiam, volens, vt prælo sit, cum voluntate ad omnem speciem actus, & ad omnem individuum speciei.

Probatio secunda conclusionis. His prænotatis, conclusionem secundam, quatenus asserit voluntatem constituentem actum primum completum per omnipotentiam, non esse sufficientem rationem cognoscendi certo futura, pro quibus actus ille pri-

Voluntatis Dei cõcurrit cum voluntate creatæ. mus constituebatur, probo hac ratione; nam hæc voluntas, nullam habet connexionem necessariam cum existentia actus liberi futuri; imo ea etiam supposita, indifferens manet tam ad principium creatum, vt producat, vel nõ pro-

Confirmatio. terminat, ducat actum; etenim munus eius nõ est deter-

minare principium ex natura sua indifferens, sed ipsum adiutare iuxta exigentiam indifferenter suæ naturæ; ac proinde solum illud constituit completè potens sine determinatione, ergo talis voluntas non est sufficiens ratio certo cognoscendi actum futurum. Confirmo ratione, in voluntate infundendi habitum, Deus nequit cognoscere actum futurum per habitum, nam post infusionem liberum arbitrii vitur eo habitu, cum libet; & non vitur, cum non libet, ergo adhuc in manu eius est producere, aut non producere actum per habitum, igitur etiam similiter in nostro casu, cum post assistentiam omnipotentia in manu arbitrij creati sit, ea vti, aut non vti, in efficiendo actu, ea voluntas non est sufficiens ratio cognoscendi effectum futurum.

37

Probatur conclusio, vt voluntas terminata ad ipsum actum secundum. In voluntate directe terminata ad ipsum effectum, scilicet actum liberum, quæ non solum vult Deus assiliter suam omnipotentiam, sed re vera fieri actum liberum, constituit punctus controuersie, in qua vtor simili ratione, quæ vsus sum cap. 2. num. 10. ad probandum in præmotione efficaci, aut non cognosci actum liberum, aut si cognosci potest, ladere vsum libertatis pariter contendo probare, aut decretum hoc non esse ita constituendum, vt fit ratio sufficiens certo cognoscendi futurum actum, vel si ita constituatur, vt certo cognosci possit, ladere libertatem, & suppositis quæ ibi dixi, sic formo rationem in genere, quæ locum habet in omni actu libero. Vel decretum hoc a deo efficax constituitur, vt cum eo iam posito actus liber habeat necessariam connexionem, vel solum contingentem. Si primum, ergo vt prætorio physica propter efficaciam prædeterminandi, & similem necessariam connexionem

pugnat cum libertate, ita hoc decretum. Probo hanc consequentiam, quia vt infusio præmotionis non fuit in arbitrio voluntatis, nec ea facta potest voluntas actum cohibere; ita positio decreti liberi efficacis in Deo nõ est in manu voluntatis, nec ea facta, voluntas potest actum cohibere, quis enim dicat voluntatè creatam dissentire nõ posse, facta prædeterminatione creata, quia ea suapte natura prædeterminans est, & dissentire posse posito decreto effici in creatis? Nonne absurdus est, quod reddatur irritum absolutum decretum Dei, virtute voluntatis dissentientis, quam quod excitatio qualitatis, seu motionis creatæ reddatur inanis, & vacua? Quis hoc non videat? Hæc ratio procedit contra aduersarios, constituentes decretam efficaciam intrinsecam ante omnem operationem ad extra: quod si decretum efficax includit operationem ad extra, cognoscere in decreto efficaci, est cognoscere effectum in se ipso.

Si secundum, ergo adhuc eo posito decreto, contingens est actum liberum fieri, & contingens non fieri, ergo illud non est sufficiens ratio. certo cognoscendi, actum liberum futurum esse. Vtrumq; membrum dilematis cum suis consecutionibus satis vrgenter à me confirmatum est capite superiori, in quo etiam præclusi effugia omnia, quibus aduersarij contendebant eleuare efficaciam huius rationis.

Non desunt nostrò sæculo, qui constitui posse discrimen arbitratur, inter physicam determinationem internam, quam fatentur præiudicare libertati, & extrinsecum hoc decretum, quod quia extrinsecum est, dicunt non immutare modum internum operandi voluntatis, vt præmotio interna. Addunt Deum per tale decretum duo velle simul, alterum quod efficaciter existat actus ille liber, alterum quod voluntas libere, & indifferenter suum concursum exhibeat. Ex hac doctrina propter efficaciam decreti simul fieret, illud fore sufficientem rationem, certo cognoscendi futura, & propter modum, quo vult concursum, illasam seruari libertatem.

Sed hi propriam vocem ignorat, & decretum chimericum comminiscuntur. Vt explicem, pono implicare in terminis eundem actum esse simul liberum, & necessarium, nam implicat procedere à suo principio determinato, & indeterminato, vt enim ipsum principium in se simul existere non potest indifferens, & determinatum, siue determinatio sit extrinseca, siue intrinseca, ita actus simul procedere non potest à suo principio libere, & necessario. Exemplum sit in amore beatifico, qui etsi possit respicere voluntatem, vt est principium indifferens, quando regulatur per fidem, nihilominus hoc ipso

Magis reprehendat resisti à voluntate creata decreto efficaci Dei, quæ est efficax prædeterminationi.

38

Quidam constituunt discrimen inter prædeterminationem internam, et decretum Dei efficacem.

39

Consuetudine.

Idem actus esse nõ potest, liber & necessarius.

quod procedat à voluntate, regulata per intuitionem Dei, procedit necessario, ita vt libere vt sic procedere nequeat. Hoc posito, sic argumentor. Actus ille liber, supposito decreto efficaci intrinseco, quod etiam est principium eius, procedit ab illo necessario, & tam strictam habet cum eo connexionem, vt implicet, non procedere, eo rigore, quo implicat non procedere amorem beatificum, à voluntate videtis Deum; ergo ab altero com-
cedere contingenter, patet hæc consequentia ex principio posito, vnde cum dicitur, non im-
mutare modum intrinsecum operandi voluntatis, falsum dicunt, nam decretum illud determinat principium, quod ex natura sua indifferens est, petique libere operari. Nec obstat quod sit extrinsecum, nam etsi per se formaliter non immutat propter hæc rationem, immutat tamen radicaliter, quatenus eo cogitur Deus, non offerre voluntati concursus in differentem ad omnem actum, sed determinatum ad unum, ne si offerat, quantum est ex vi concursus oblati, possibile sit, casum & irritum reddi efficacem decretum Dei, vt Deo dante suffus demonstrabo Tractatu de prædeterminatione in disp. 23. de electione ad gloriam, ante, vel post præuisa merita.

In eo quod addunt, duo velle per illud decretum, in terminis implicat; nam ex efficacia decreti antecedentis sequitur determinatio indifferentia principij, cum qua, vt constare non potest libertas, ita nec Deus velle, vt voluntas indifferenter concurrat. Vt exprimam implicationem, quam hi inuoluunt, considero hos ponere Deum cum voluntate sic agerem. *Etsi à me ita decretus fuerit tuus actus liber, vt iam non possit non fieri ex irrefragabili efficacia mei decreti, cum hoc tamen simul volo, vt actus à te fiat indifferenter, ita vt ex modo concurrendi, posset non fieri.* Itaque Deus velle hæc implicat, & quod non esset possibile non fieri, & quod esset possibile, non fieri, nam vt actus ita a voluntate fiat, vt posset non fieri, necessarium esset, vt à decreto Dei non haberet necessitatem existendi, & si non haberet necessitatem existendi, contingens foret, decretum Dei efficaciter decerneret, eius esse, irritum fieri. Hæc ratio efficax est in omnibus actibus liberis, quæ aded vrgent in actibus malis, vt quidam ex aduersarijs doctoribus negauerunt, efficax decretum antecedens circa illos, ac proinde esse posse Deo rationem sufficientem cognoscendi, ita Zumel tom. 1. Variarum fol. 150. in solutione confirmationis 4. argumenti, vbi affirmat non consequenter loquendum esse de actibus malis, sicut de bonis, & negandum esse Deum prædetermina-

Zumel.

re, aut prædestinare odium Dei, aut volitionem iurandi, & se citat 1. 2. quæst. 1. 1. & 1. parte, quæst. 22. art. 4. disput. vnica Lorca 1. 2. disp. 34. de peccatis referens Bonauenturam, Alensem, Driedonem, & S. Thomam, imo Aluarez, lib. 2. disp. 10. hæc constituit secundam inclusionem simpliciter, & absolute dicendū est, Deum non cognoscere certo, & infallibiliter peccata futura in aliquo decreto suæ voluntatis, quæ prædeterminauit liberum arbitrium ad eadem peccata committenda. Et pie quidem hi doctores, licet in cõstanter, pedem referunt, nam si priusquam voluntas creata præuideatur determinata ad malum, Deus suo decreto omnino independentem à libertate creata decernit malum actum, quomodo praua operatio non habet Deum primum inceptorem, & authorem? quomodo perditio nostra non ex Deo? Contra Officium cap. 13. quomodo vera sunt verba Concilij Valentiniani sub Lotario cap. 3. Aliquos ait ad malum prædestinatos esse diuinam voluntatem, nõ solum non credimus, sed si qui sunt, qui tantum malum credere velint cum omni detestatione, sicut Aruensis synodus, illis Anathema dicimus, Et Tridentini contra Caluinum Sess. 6. Canone 6. desinente Deum opera mala tantum permittere, non perse intendere, & operari. Denique quid responderet Deus huic æquissimæ quærimoniæ? Quare nõ summe Deus cum arbitrium nostrum in statu esset indifferenti ad bonam, & malam operationem secundum suæ naturæ exigentiam; tu ipse absoluto decreto intrinseco voluisti fieri à nobis malam operationem, tam irrefragabili, vt à nullis viribus effici posset, ne poneretur decretum, & ne eo posito, malum à nobis fieret? Nullum mihi persuadeo fore tam adductum huic sententiæ, quem ab ea hæc non diuellant, & alia, quæ prætermitto; si mente sincera, passione non præoccupata consideret.

40


Lorca. Bonauent. Alenf. Driedo. S. Thom. Aluarez. Deus non decernit efficaciter prauas operationes

41

Solutio. communis.

Communis solutio, quæ fuisse explicat Aluarez disp. 24. libri secundi, ait Deum prædecernere actum malum, in quantum actus, & ens est, non tamen esse causam malitiae, quia actus ille nõ, habet malitiam, vt actus est, aut vt ens est, secundum quas rationes prædecernitur à Deo, sed vt ab agente deficiente est. Non est is opportunus locus, eis ostendendi, hæc solutione nõ vitari prædictum in prædecernentibus, nihilominus non omitam vnica ratione, quæ id mihi videtur demonstrare, & summo actum odij Dei in particulari, is constat ens quin ex ratione generica actus, & ex propria vltima differentia, qua distinguitur ab alijs. Deus, & creatura producant totam hæc speciem, hæc præmoti, & determinati, ille præmouens, & prædeterminans. Peto, quando Deus exhibet suum concursum, præmouetq; voluntatem

Nõ potest prædecerni actus malus, vt prædecernatur, & malus.



tatem, vt sui exhibeat, attingit ne totam speci-
ciem Physicam odij Dei, vel solum rationem
quandam logicam communem, in qua conue-
nit cum ceteris actibus, audiui quosdam in
disputationibus, hoc secundum dicentes, quod
mihi nunquam probabile visum, eo quod pro-
ductioni reali tribuunt præcisionem inten-
tionalem, in vna entitate indiuisibili, quam
nostro sæculo, nec per intellectum fieri posse
doctrina accuratior docet, igitur concursus il-
le procedens à Deo, & à creatura totam pro-
ducit naturam actus liberi odij Dei. Vterius
vel malitia moralis illius actus consistit in
eius substantia, aut in aliquo addito intinse-
co positiuo, aut priuatiuo. Si primum. Er-
go cum Deus, per suum concursum produ-
cat, pramouens, & prædeterminans, totam
naturam specificam actus odij Dei, nõ potest
nõ esse prima causa, & author eius malitiz. Si
secundum, scilicet malitiam consistere in ad-
dito positiuo, vel priuatiuo, cum hoc quid-
quid sit necessarium sequatur, veluti propria
passio, ad naturam specificam odij Dei libere
effectam, nec enim fieri potest, quod natura
odij Dei existat in rerum natura facta per con-
cursum liberum, & quod non sit moraliter
mala, qui est causa pramouens, & prædetermi-
nans, ad hoc vt ea sit existat, non potest nõ
esse causa malitiz: nam qui est causa causæ, est
causa causati, Quæ ratione confutatur etiam
solutio eorum, qui dicebant concursum Dei
solum directe attingere rationem communem
entis, aut actus, qui in tendentia reali præ-
cisionem ponebant, nam cum per illum con-
cursum Deus non producat rationem gene-
ralem entis, repertam in omni essentia reali,
aut rationem actus repertam in omni actu vo-
luntatis, vt luce solis clarus est, sed eam ra-
tionem entis, quæ est in ipso actu odij Dei,
quæque est idem re, cum differentia speci-
fica illius actus, ac proinde nec ab ea separabi-
lis est etiam de potentia absoluta, & per conse-
quens, nec à malitia propter inseparabilita-
tem à differentia vitiæ, Deus pramouens,
& decernens eam rationem entis cum præ-
scientia inseparabilitatis à malitia, hoc ipso
pramouet, & prædecernit malitiam. Porro
ipse homo ideo est author peccati, licet nec
per se intendat, aut operetur malitiam; quia per
se est causa actus, cui videt hic, & nunc, vt ab
eo sit inseparabiliter adiunctam esse malitiam.
Pariter consilens, & persuadens illum actum
quoad entitatem, licet non intendat malitiam
efficit author moralis eius. Ergo Deus decre-
to efficaci antecedenti ipsum decernens & præ-
determinatione ita abigens in peccatum vo-
luntatem, vt repugnet iam non operari illud,
erit author Physicus peccati.

Quod si quis, vt fugiat argumenti rigorem,
persistat in dicendo ab existentia illius actus,
vt à Deo decreta est, separabilem esse malitiam,
ita vt cum ea non habeat necessarium con-
nexionem, incidit in aliud inconueniens con-
trarium sententiam, scilicet Deum in tali
decreto non posse cognoscere aliquam spe-
ciem malitiz actuum humanorum, sed solum
rationem entis, aut actus in communi, & qua-
rendum erit ei obiectum, in quo malitias spe-
cificas actuum humanorum cognoscat Deus,
cum fide certum sit eas cognoscere, de
hac re alia habeo tractatum de Prædestina-
tione disputatione 27. n. 1. vt dico disp. 8.
cap. 2. *videnda, & diluenda modo, quæ habent*
contra nos aduersarij nostri fundamenta. *M.*
Alvarez plura congerit Diui Thomæ testimo-
nia, & truncate refert. Primum ex 1. contra
Gentes cap. 66. Vbi post sextam rationem,
hæc habet verba, *Et, quæ sunt presentia præte-*
rita, vel futura à potentia sua; & in proprijs
causis, & in se ipsis, & horum cognitio dicitur
notitia visionis. Non enim Deus rerum, quæ
apud nos nondum sunt, videt solum esse, quod
habent in suis causis, sed etiam illud, quod ha-
bent in se ipsis, in quantum eius æternitas est
præsens sua indiuisibilitate omni temporis.
Retulit hæc verba, quia in eis video expressam no-
stram sententiam, nam Diuus Thomas in eo
capite, probare conatur, Deum cognosce-
re ea, quæ non sunt; vt artifex cognoscit arte
facta, antequam sint, quo exemplo vtitur, in
secunda ratione, concludens vero, quæ sunt;
& non sunt tribus, ait, modis cognosci, primo
in causa vniuersali, idest in omnipotentia
sua, in qua solum cognoscit creaturas, vt pos-
sibiles scientia abstractiua, non intuitiua, vt
inter omnes constat, secundo in causa particu-
lari, hoc est, in proprijs causis, quæ etiam est
rerum, vt possibilem, vt docui capite 2. in
quo expressis S. Thomæ testimonijs confir-
maui in causa particulari solum cõiecturalem
notitiam, quæ procul est à Deo futuri con-
tingentis haberi posse, Tertio in se ipsis, &
hanc appellat notitiam visionis, quia rerum,
quæ apud nos non dum sunt, ait Diuus Tho-
mas nõ solum videt esse, quod habent in suis
causis, quasi diceret si hoc solum videret, nõ
haberet notitiam visionis; sed etiam illud esse
quod habent in se ipsis, in quo habet noti-
tiam visionis. Hæc solum ibi S. Thomas vi-
deat, vbi fauceat aduersarij sententiam, nostram
vero fauere perspicuum est.

Secundum testimonium affert ex cap. 68. in quarta ratione, vbi affirms Deum cognoscere motus nostræ voluntatis, hæc ait Deus

Deus non solum cognoscit res secundum,
quod in se ipsis sunt, sed etiam secundum, quod
sunt in causis suis, cognoscit enim ordinem causa
ad suum effectum. Et post quintam rationem
concludit, dicens, quod Deus se ipsum cognos-
cendo, nostræ voluntatis motus cognoscere possit
Verum cum ex prædictis manifeste constet,
non agnouisse. D. Thomam nisi cognitionem
coniecturalem horum futurorum in suis cau-
sis, vel dicendum est, eum locutum de cogni-
tione eorum, vt possibile sunt, vt ante notati,
vel si placet, dic posita scientia conditionali, qua
Deus prænouerat, quid esset effectura hæc
voluntas ex hypotese, quod prædecerneret, sic
pramouere in hoc rerum ordine, in ipso de-
creto iam posito, certo, & infallibiliter cog-
noscere euentum iam absolute futurum, &
hanc esse mentem Diui Thomæ, vt infra doceo,
& disput. sequenti fuisse tracto.

Solutio.

Tertium testimonium secunda secunda
quest. 171. art. 6. ad secundum vbi hæc verba,
Ad secundum dicendum, quod diuina præscien-
tia respicit futura secundum duo, scilicet secundum
quod sunt in se ipsis, in quantum scilicet ipsa præ-
sentia ad se respicitur, & secundum, quod sunt in
suis causis, in quantum scilicet videt ordinem
causarum ad effectus. Aduerto primo magis-
trum Alvarez falso referre testimonium hoc,
nam textus non dicit, vt sunt in suis causis secun-
dum determinatis, vt ille refert, sed vt ego retuli.
Aduerto deinde in verbis proxime sequen-
tibus manifeste mentem suam declarasse, sic
dicendo. Et quauis contingentia futura, prout
sunt in se ipsis, sunt determinata ad vnum, tamen
prout sunt in suis causis, non sunt determinata,
quando possint aliter euenire. Diuus Thomas
hæc proferens, nequaquam putare poterat in
causis haberi posse certam futurorum cog-
nitionem, nec enim ignorabat in causa, in qua
non habet futurum determinatum esse, capi
non posse, scientiam esse determinati ad vnã
partem, nam vt res se habet ad esse, ita ad cog-
nosci. Rursum aduerto expresse, ibi notasse S.
Thomam, quod cum, aliquod futurum enun-
ciatur à Propheta, etsi aliter eueniat, Prop-
phetiæ tamen non subesse falsum, quia sen-
sus Prophetiæ est, quod inferiorum causarum
dispositio, siue naturalium, siue humanorũ ac-
tuum rem futuram præindicat, quod verum
est, etsi res non succedat, et sic intelligit verbũ
Isaiæ morietis, & non viues, idest dispositio
corporis tui ad mortem ordinatur. Et Ionæ 3.
Aduerto deinde in verbis proxime sequen-
tibus manifeste mentem suam declarasse, sic
dicendo. Et quauis contingentia futura, prout
sunt in se ipsis, sunt determinata ad vnum, tamen
prout sunt in suis causis, non sunt determinata,
quando possint aliter euenire. Diuus Thomas
hæc proferens, nequaquam putare poterat in
causis haberi posse certam futurorum cog-
nitionem, nec enim ignorabat in causa, in qua
non habet futurum determinatum esse, capi
non posse, scientiam esse determinati ad vnã
partem, nam vt res se habet ad esse, ita ad cog-
nosci. Rursum aduerto expresse, ibi notasse S.
Thomam, quod cum, aliquod futurum enun-
ciatur à Propheta, etsi aliter eueniat, Prop-
phetiæ tamen non subesse falsum, quia sen-
sus Prophetiæ est, quod inferiorum causarum
dispositio, siue naturalium, siue humanorũ ac-
tuum rem futuram præindicat, quod verum
est, etsi res non succedat, et sic intelligit verbũ
Isaiæ morietis, & non viues, idest dispositio
corporis tui ad mortem ordinatur. Et Ionæ 3.
Aduerto deinde in verbis proxime sequen-
tibus manifeste mentem suam declarasse, sic
dicendo. Et quauis contingentia futura, prout
sunt in se ipsis, sunt determinata ad vnum, tamen
prout sunt in suis causis, non sunt determinata,
quando possint aliter euenire. Diuus Thomas
hæc proferens, nequaquam putare poterat in
causis haberi posse certam futurorum cog-
nitionem, nec enim ignorabat in causa, in qua
non habet futurum determinatum esse, capi
non posse, scientiam esse determinati ad vnã
partem, nam vt res se habet ad esse, ita ad cog-
nosci. Rursum aduerto expresse, ibi notasse S.
Thomam, quod cum, aliquod futurum enun-
ciatur à Propheta, etsi aliter eueniat, Prop-
phetiæ tamen non subesse falsum, quia sen-
sus Prophetiæ est, quod inferiorum causarum
dispositio, siue naturalium, siue humanorũ ac-
tuum rem futuram præindicat, quod verum
est, etsi res non succedat, et sic intelligit verbũ
Isaiæ morietis, & non viues, idest dispositio
corporis tui ad mortem ordinatur. Et Ionæ 3.

Isaiæ.
Ionas 3.

43

1. Fundamen-
tum.

D. Thom.

45

1. Fundamen-
tum.

Isaiæ c. 14.

Solutio.

46

1. Fundamen-
tum.

Solutio Pau-
li ad Eph.

Fund. ad-
uersario

re ex Le-
creatam probari putat. Sed non est ad rem: nõ
desino.

lensus

verba huius articuli 13. in quibus iam expen-
di capite superiori Diuum Thomam a no-
bis esse.
Ex Isaiæ cap. 14. insigne, vt vocat, affert testi-
monium pro conclusione, ibi, *Iurauit Domi-*
nus exercituum, dicens, si non, vt putauit, ita erit,
& quomodo mente tractauit, sic eueniet, vt con-
teram Assirium in terra mea &c. Et infra, hoc
consilium, quod cogitauit supra omnem terram, &
hæc est manus extenta supra omnes gentes, Domi-
nus enim exercituum decreuit, & quis poterit
infirmare? Et manus eius extenta, & quis aufe-
ret eam? Ex his verbis sic conficit argumentum
ibi Dominus ait, futuram esse contritionem
Assiriorum, ex eo, quod ipse eam decreuit, &
manus eius extenta causabat illam, talis autem
contritio dependebat ex actu libero Assirio-
rum, venientium in terram Domini, ergo futu-
ra contingentia libera, potest Deus certo
cognoscere, in prædeterminatione suæ volun-
tatis.

Vidimus testimonia D. Thomæ infelicem
habuisse exitum, nihil secundius speret de
argumento hoc: nam primo non probat decre-
tum Dei de exercitu Sennegarib, hoc est Af-
siorum, conterendo fuisse omnino efficac, &
absolutum, nullam que ex parte liberi arbitrij
expectasse conditionem, quod ei probandum
erat, vt solidum esset argumentum. Secundo
probandum ei erat, hanc prædictionem præce-
sisse omnem contritionis præuisionem, &
non processisse ex ea, sed ex decreto efficaci cõ-
tritionis, quod probare non potest, cum præ-
uisione æterna sit, prædictio temporalis: illud au-
tem *Dominus exercituum decreuit.* Commode
intelligitur, de voluntate consequente præ-
uisionem, qua Deus complacuit, in contritione
Assiriorum facta à Iudæis in panam iniustitiæ
& arrogantiz eorum. Tertio cum apud nos
certum sit, præcessisse in Deo scientiam condi-
tionalem futuræ contritionis, si Assirij aduen-
tum suum in terram Domini maturarent, in
voluntate roborandi Iudæos eo modo, quo ip-
se præciebat, si communirentur à Deo, fore,
vt contererent Assirios; eorum subuersionem
Deus absolute futuram, videre satis poterat,
vt statim doceo. Itaque nihil minus probat,
quam decreto absoluto antecedente liberam
Assiriorum contritionem eam cognouisse. Nõ
amplius Alvarez, nam vnica ratio, qua probat
conclusionem, nihil habet momenti, quod
supponit præcedere in Deo decretum efficac,
non probat.

Ledesma supra de autoritate solum affert
illud Pauli ad Ephes. 1. *Qui operatur omnia se-*
cundum consilium voluntatis suæ, quo præcede-
re decreto efficac ad omnem operationem
re ex Le-
creatam probari putat. Sed non est ad rem: nõ
desino.

4

sensus planus Pauli est, omnem Dei operationem fieri non casu, sed suscepto consilio, eo- que prudentissimo.

Quatuor congerit rationes. Prima pro- cedit ex decreto efficaci infundente pramo- tionem, quod esse supponit. Secunda quod tale decretum prius est ordine causa, & nos- tro modo intelligendi, quam res sit futura. Tertia ex eo quod hoc decretum necessariam haber connexionem cum contingenti futuro. Quarta ex essentiali subordinatione, quam voluntas creata habet in genere causa efficien- tis efficacissime diuinæ. Hæ quatuor rationes, quas ipse fuisse profectur; & non sine fastidio apud eum leges, negato antecedente cor- runt. At anobis exigunt, vt explicemus, cuius natura sit decretum hoc, quo Deus vult exis- tere actum liberum, & voluntatem nostram ad ipsum concurrere; nam negari non potest

Deus non solum vult vt omni- potentia assentiat vt reuera cooperationem velit, etiam in actu nostro, cooperatur directa per intellectum Dei, & applicata per voluntatem Dei cooperatur, & vt tam non dedecet concurrere in actu secundo ad liberas operationes voluntatis, ita diuinam voluntatem non dedecet velle concursum ipsam, & effectum, vt est ab omnipotentia. Dixi id negari non posse, & finon me latet quos- dam doctis, magistros ex nostris aggressos ho- die defendere non terminari Dei volitionem ad cooperationem, sed ad duas negationes in omnipotentia, de quo agam disp. 19.

47

Nostri frequenter decretum hoc per hanc propositionem conditionalem declarant, Deus vult esse actum liberum, & suam omnipotentiam ad ipsum cooperari, si voluntas creata cooperari velit. Itaque dicunt esse conditiona- tum ex parte obiecti. In re ipsis consentio; in principis, qua sequuntur erga libertatem Dei in modo loquendi non nihil inuenio difficulta- tis, quia conditionalis illa, si proprie sumatur, denotare videtur aliquam antecessionem, à parte voluntatis create ad actualem Dei con- cursum, nullam autem antecessionem, aut rea- lem aut rationis esse, ex parte concursus crea- ti, constat ex eo, quod is ex proprio conceptu concursus creati, & causa secunda habet essen- tialem dependentiam à cooperatione causa primæ, vnde nec ratione nostra possumus ei da- re antecessionem aliquam; nam intelligere li- ceret, existentem concursum causa create, & secunda in aliquo signo rationis prius coope- ratione primæ, liceret etiam in eo signo intel- ligere independentem, quod constat falsum esse: quia independentiam ab essentialibus nec ratio tribuere potest rei, si eam vt est in se,

consideret. Si consideraremus, rationem com- munem concursus, ad concursum primæ, & se- cundæ cause, admitteremus præcisionem ali- quam rationis, at cum consideramus concurr- sum causa, vt secunda in particulari, nec ratio ne à dependentia essentiali, à concursu causa primæ existente, præcindere possumus, ergo modus ille declarandi, in quantum denotat an- tecessionem, non est accommodatus ipsi rei, in qua nulla est antecessio causa secunda ad primam, quod adhuc grauioris esset incommo- di in actibus supernaturalibus; etenim si influ- xus nature aliqua ratione antecederet influ- xum gratiæ (de qua eadem est prius ratio, qua de cooperatione causa primæ, eum etiã gratia determinetur a libero arbitrio, ad ope- randum sicut cooperatio cause primæ) non pos- set non secundum eam rationem gratia esse pe- disequa nature. Sed de hac re alias.

Declaro hoc à simili. Voluntas Petri tecum currendi, si tu cucurreris, non applicat poten- tiam cursuam, nec imperat cursum suum, do- nec præuideat te, iam mouentem ad currendum, ergo si diuinum decretum solum vult ex- hibere suum concursum, sub pari conditione, si voluntas creata velit, non videtur sufficiens decretum, ad hoc vt omnipotentia applicetur, & cooperetur, nisi prius prioritate aliqua præuideat voluntatis causalitatem iam inci- pientem, & cum nulla antecessio præcedere possit, vt satis probaui, non videretur, natura eius decreti bene declarata, per eam conditio- nalem locutionem. Nec mirandum, si modus is loquendi, aduersarijs bene paratis ad con- tradicendum, occasio fuerit offensionis.

Propter hæc, & alia, quorum non est is op- portunus locus, opus esse existimo maiori ex- plicatione. Duplici modo potest Deus applica- re suam omnipotentiam, ad cooperandum cum voluntate creata. Duplici item modo, po- test velle ipsam cooperationem, & effectum in actu secundo. Primo modo, vt non solum velit cooperari voluntati, & effectum fieri ab ipso, vt à concausa; sed etiam, vt velit coope- rari, præmouendo præmotione determinante, & redigente indifferentiam ad determinatio- nem vnius extremi. Secundo, vt solum velit, cooperationem concausæ, & applicationem, ad sic cooperandum sine præmotione deter- minante, sed cum excitatione; & vocatione cooperante. Exempli gratia: si habitus super- naturales essent præditi intellectu, & volunta- te, possent quidem velle cooperari voluntati, & confici supernaturales actus ab ipsis, non autem possent velle cooperari, determinando principium, quia natura sua non habent vim, determinandi: in aduersa vero sententia adstru- te præmotionem determinantem: si ea pariter gauderet

oiazoz

oiazoz

48

Authoris alia declaratio.

oiazoz

oiazoz

gauderet intellectu, & uoluntate, non posset velle cooperari voluntati, quim simul etiam vellet prædeterminare, non enim habet virtu- tem cohibendi suum concursum, ita vt solum sit cooperatio, & non prædeterminatio: Quo fit diuinæ omnipotentia, in quantum eminenter co- tinet vtrumq; modum præmotionis, & coope- rantæ, & solum cooperantæ, & determinatæ, dupli- citer applicari posse à decreto diuino, vno modo, vt aduersarij dicunt, quando ponunt il- lud decretum absolutum, & efficacem intrinsecum; alio vero modo, quando vult eam concurrere per modum habitus, & tunc vult cooperatio- nem, & effectum sine determinatione princi- pij: vnde per hoc decretum, & Deus vult coope- rari, & fieri actum ab omnipotentia coope- rantæ, & vult non determinare cooperan- do.

49

Decretum concurrendi cum libero arbitrio, non est ex natura sua efficacem, ab effectu tamen potest accipere denominationem efficacis.

Addo decretum hoc non esse efficacem; & ab- solutum ex natura sua, ita vt ex natura efficaci- tate inferat actum liberum; nam hoc pugnat cum libertate, vt satis ostendi, posse tamen ac- cipere aliquam denominationem extrinsecam efficacis, ex adiuncto effectu, quociescumque eum secum affert; exemplum est in pramo- tione congrua ad omnem actum, quæ est efficacem in bona opinione, non quia ex virtute natura physica inferat actum, sed quia secum affert ef- fectum; ita decretum Dei cooperandi, efficacem non incongruè appellari potest, quia suppo- sita præscientia futuræ cooperationis ei annectitur effectus infallibiliter, maxime si vt efficacem includit Dei cooperationem, vt dicemus dis- 16. cap. 10.

An vero conditionalis appellanda sit, seu simplex quadam complacentia absoluta ad questionem denominem spectat. Non esse ex his conditionalibus, quæ requirunt conditionem præcedentem, iam ostendi, neque enim sensus decreti est, si voluntas creata velit sine Dei coo- peratione, vel si prius velit aliqua prioritate, ego volo cooperari, vt aliqui ex aduersarijs nostris impeggerunt; probe enim norunt Doc- tores nostri causam primam, & secundam, etsi adæquate sint in ratione causa primæ, & secun- dæ; at absolutè partiales esse partialitate causa & neutram ex causis partialibus incipere sine alia, aut prius ea posse, in quo non placent ad- uersarij, & nominatim Ledesma supra dubio- lo secundo, putat ex eo quod causa prima sit totalis in suo ordine, prius incipere, quam cau- sa secunda, eamque trahi à prima: nam dum effectus pendet à qualibet in suo genere, vlla prioritas nature, aut rationis, de qua his loqui- mur, alicui ex hic concedi potest. Melius dixit Leonardus Lesius de gratia efficaci cap. 4. nu. 4. & 5. vbi explicat, quo pacto causa prima, & secunda influant cum mutua dependentia ex-

Ledesminus notatur.

Lesius. Melius re- explicuit

plo potentia, & habitus supernaturalis; nam, hoc ipso quod non sint causa totales, quarum neutra per se sola potest producere effectum, neutra per se sola, aut prius alia in eum potest influere. Itaque decretum illud Dei simplex quadam voluntas est, quæ vult suæ omnipoten- tiæ cooperationem, & effectum, respicit etiam ex parte voluntatis conditionem concomitan- tem, non antecedentem, vult etiam negatio- nem determinationis per cooperationem, ne- gationem etiam prioritatis nature, aut ratio- nis, negationem quoque prohibitionis in om- nipotentia, quatenus à Deo prohiberi poterat, ne concurreret, vt explicui, non loquor de prioritate dignitatis.

Lesius non placet in modo lo- quendi.

Vnde non placet, quod concedit idem Lesius supra cap. 10. num. 11. 12. 13. scilicet inter causam primam, & secundam esse prioritatem mutuam rationis, licet negat omnem priorita- tem nature. Mouetur, quia si petas quare actus ille liber existat hic & nunc, recte respondetur quia principium liberum se determinauit; si vero petas quare sit supernaturalis, bene res- pondebis, quia procedit à gratia. Non inquam placet, hanc appellare rationis prioritatem, nam licet in ipso actu libero, prædicata com- munita priora sint ratione particularibus, quia ab eis non conuertitur essendi consequentia, particularibus namque pereuntibus, vniuersa- lia manent, at non prius ratione influit causa secunda in existentiam actus, quam prima, & natura, quam gratia, quia vt dicebam causa se- cunda à prima, & natura à gratia habet in his influxibus dependentiam essentialem, ac proin- de nec ratio, rem vt est in se concipiens, intelli- gere potest prius causam secundam influere, quam primam, in quemcumque actum libe- rum; aut naturam, quam gratiam in actum su- pernaturalem, nam vt omnis prioritas respec- tu alterius in hoc genere fundatur in indepen- dentia, ita vt sit prioritas rationis, aliqua inde- pendentia, in ipsa ratione locum habere debet, & cum nec ratione, præcindere possumus à dependentijs essentialibus, non debet con- cedi prioritas rationis, sed omnimoda simul- tas, & concomitantia.

Nec ratio Lesij probat prioritatem ratio- nis, sed attributionem commodam rationis, si Res- p. ad ra- ne prioritate fundatam in prædicatis in effec- tionem Les- tu relucens; cum merito tribuimus huic, si, qua pro- babat mu- aut illi ex causis particularibus secundum ea- rum virtutem agendi, respondentem eis præ- tuam prio- dicatis, ideoque supernaturalitas actus liberi ritatem ra- directe respondet gratiæ, non tamè prius quã tionis in- eius libertas, & existentia, quæ directe ref- tert causam- pondet voluntati, non tamen prius quam primam, & secun- tus hic & nunc respondet directe libertati dam- create

creata; quia Deus decreto suo aeterno veluti ei commisit suam omnipotentiam, ut ea vteretur instar habitus, ut liberet, ex quo liberum arbitrium condidit; ut ei praeo esset, ad cooperandum, ne per cooperationem Dei fieret quominus in actum liberum erumperet quoties vellet, unde Deus se nobis hoc decreto quasi obligavit, ut per ipsum non deesset, itaque quando operamur, exercitum operationis tribuimus voluntati, non sine Dei cooperatione, item, quando non operamur negationem operationis, nam cum per Deum non fiat, stat per voluntatem. Quia vero haec omnia semper involunt doctrinam actuum liberorum Dei, mens nostra petenda ex tractatu de voluntate disp. 16. & 17. interea magis disputamus ex communibus principiis, ut saepe motum.

Quae nam vero sit diversitas in modo volendi, & concurrenti ad actum bonum, & ad malum, non est nobis necessaria pro huius difficultatis resolutione, id tractatu de praedestinat. Deo dante saepe explico.

51 Tertia conclusio, in voluntate secunda conclusio declarata, scilicet a silentia omnipotentia cum voluntate creata; & cooperandi in sua scientia, & in voluntate permittendi peccata conditionalia, sufficienter Deus certo cognoscere potest in decreto omnes actus liberos absolute futuros. Haec conclusio, adeo est perspicua, ut ipsa eius explicatione sufficienter probetur, etenim si Deus certo cognoscit hanc conditionalem, si ego paratam praestitero meam omnipotentiam, ad hunc actum hic, & nunc efficiendum, ea sic vteretur voluntas per suam cooperationem ut de facto producendus sit, sed iam praesto paratam de facto meam omnipotentiam hic & nunc, ergo erit actus. Pariter si Deus cognoscit hanc conditionalem, si ego voluero cooperari hic, & nunc, cooperabitur voluntas creata, & fiet actus, sed volo cooperare, & scio me vellem, ergo erit actus denique cognita hac conditionali, si hominem in tali labendi occasione constitutum, non munivero hac vocatione, & non subtraxero generalem concursum, ille tentationi succumbet, sed nullo dare talem vocationem, nec subtrahere generalem con-

cursum, & me nolle scio, ergo pariter scio peccatum futurum, unde cum ex ea duplici praemissa, evidenter nota, evidenter colligatur actum futurum, cui utraque praemissa evidenter nota est, futuru etiam absoluta actus evidenter nota sit, necesse est.

Ex quo constat in praedefinitione absoluta actus boni etiam certo cognosci posse, eum esse futurum, ut bene docet P. Suarez cap. 6. nu. 4. An vero, haec praedefinitio omnino absoluta concedenda sit, nec ne, in tract. de praedestinatione fuisse disp. 23. Quo denique sit Deum praesupposita scientia conditionata non solum cognoscere actum liberum futurum in se ipso ut declaro cap. 6. 7. & 8. Sed in aliquo antecedenti, quod se habet, ut causa non antecedenti omnem futurationem etiam conditionatam, sed absolutam, nam haec voluntas, in qua diximus futura absoluta cognosci, praesupposita scientia conditionata; necessario antecedit absolutam futurationem rerum, quia nulla res creata, esse potest absolute futura sine voluntate Dei, a qua in genere causa efficiens suam capit futurationem, ut explico infra cap. 5.

P. Suarez cap. 4. tractat. an haec futura cognoscantur in ideis divinis. Consulto huius rei tractationem omitto, tum quia multa de ideis necessario essent permiscenda, tum quia parum difficultatis est in ipso puncto rei. Non dubium Deum cognoscere futura per ideas, in quantum scientia ipsa Dei in idea includitur, non vero in quantum idea ad scientiam addit ordinem cause, quia scientia futurorum ut sic non est practica, nec causa eorum, sed tantum speculative, & ratione posterior, ut doceo disp. 10. cap. 1. quae veritas in peccatis futuris manifesta est, nec dubium est, has ideas non representare naturaliter futura contingentia, nec ante omnem liberam terminationem voluntatis Dei, alias esset necessaria connexio actus liberi cum suo principio, nec essent futura contingentia, sed futura necessaria, denique non dubium est, post scientiam primam liberam horum futurorum in se ipsis per aliam reflexe eam cognoscentem, iterum ipsa cognoscere posse. Id satis constat ex dictis disput. 5. cap. 3. §. 2.

Cap. 4. Futura non coexistere aeternitati tota ex aeternitate.

54 Sententia affirmans.



AOSTRI temporis Thomistae dominici constanter defendunt, omnes res futuras esse nunc praesentes divinae aeternitati, imo & semper praesentes, si per particulam nunc, &

semper non significantur instantia nostri temporis sed instantia divinae aeternitatis. Itaque an tequam sint in sua propria duratione per extrinsecam, & alienam mensuram dicunt, eas coexistere semper aeternitati, seu aeternitati ex

Cap. 4. Futura non coexistere aeternitati tota ex aeternitate 107

ex aeternitate. Difficilis sententia, difficile explicatur. In progressu ex veritatis explanatione difficultas eius, imo rerum involucrium pate fiet.

Caiet.

Primus huius sententiae assertor ipso teste est Caietanus ducentos, & quinquaginta annos Angelico Doctore posterior, quod non sine fructu refero, in hunc articulum §. Ad has obiectiones iste, inquit, locus ab adversariis S. Thomae iudicatur plenus contradictionis, & erroris, a sequentibus autem doctrinam illius reputatur adeo obscurus, ut neminem hactenus viderim, siue scripto siue verbo assertivae tueri hoc dictum, & me fateor latuisse quindecim annos, sed nudius tertius dum huius articuli commentationem meditarer, ut arbitror, Divi Thomae operae veritas plane illuxit. Ferrariensis 1. contra Gentes. cap. 66. Caietanum plane secutus est, & postea vno agmine eiusdem familiae Thomistae eo impetu in hanc sententiam conspirarunt, ut non desit inter eos, qui putet eam ad fidem, & doctrinam magis sanam pertinere. Quam immerito, is hoc proferat, discursus, demonstrat. Modestus Vañes, in hoc art. §. ante quam conc. 4. qui cum Caietano adhererit, communiter ait omnes scolastici contrariam sequuntur sententiam. Zumel tom. 3. Variarum dub. 1. annexo ad praecedens. Alvarez lib. 2. de auxilijs disput. 8. Ledesma disput. 2. de scientia futurorum contingentium dub. 1. ad secundum argumentum difficultatis principalis. Scio alios ex eadem familia, quos consulto non nomino, quia nihil noui afferunt. Noto primo in Caietano eius doctrinam contineri expresse in Capreolo in 1. distinct. 36. 37. & 38. quod non latuit Caietanum, cum hic ad Capreolum lectorem remittat versic. Et per haec patet. Videat ille quam noua sit lux, quae ipsi affulsit. Et cum Capreolus tam fidelis sit Divi Thomae interpretis in ea distinct. 36. quaest. 1. art. 2. cum formidine dixit; eam videri sententiam Divi Thomae, noluit tamen ita asserere, sed potius sibi cauit, ne posset haec sententia, aut expositio illi tribui; nam in fine articuli, de his nihil ait, omnino assero, sed videtur mihi, illa fuisse mens Divi Thomae, & paulo ante post responsionem ad 13. respondens ad quaedam argumenta, haec inquit, tenendo primam viam praedictam, hoc est affirmatam, quam tamen non assero. Nec frustra Capreolos, tam diligenter expressit, se non asserere hanc sententiam, nam eo tempore, hoc est, centesimo, & quinquagesimo anno, a morte S. Thomae in auditum erat hanc esse eius sententiam. Itaque Capreolo tanta, ac Caietano lux affulsit, non tamen irrepsit tanta nouiter opinandi libido.

Petr.

Vañes.

Zum.

Aluar. Ledesma.

Notatur 1. Caietanus

55 Notatur

Noto deinde, in Ledesma supra imposturam in Patrem Suarez, dicente sententiam ipsi esse

ita manifestam, & per se notam, ut autores, qui deinde Le non sunt ex schola D. Thomae (intelligit im-desmi, im-merito scriptores Societatis) fateantur sententiam eam maximum habere fundamentum in sanctis Patribus, & D. Thomae, eam dicendi rationem sumpsisse, ex patribus antiquis, praecipue ex Augustino. Et cum P. Suarez oppositam sequatur, ei impingit se se opponere antiquis Patribus, & Augustino, & D. Thomae in sententia, quam agnoscit esse ipsorum, ibi etiam imponit Patti Vazquez scientiam Dei futurorum, & praesentium ratione esse distinctam, quod ex professo impugnat disput. 64. cap. 4. §. deinde dicit, & quod ridendum est, accipit ab ipso Ledesmius rationes impugnantis. Hoc praetermissum, quia non est ad rem, non possum non monere lectorem meum, solempne esse Thomistis nostri saeculi, non pati quemquam discernere inter cogitata sua, & sententiam S. Thomae, a nullo dicunt, in dubium, vocandum esse, clauem mentis D. Thomae ab ipsis solis haberi. Quoties haec lego, & audio, vel inuitus in mentem venit illud Plutarchi, non facere Philosophum barbam, & pallium gestatum, & Herodis Attici in hominem indutum veste philosophica, video, ait, pallium, & barbam Philosophi, Philosophum non video. Ego sane in his Doctoribus, homines video, & suspicio doctissimos, at in quibusdam opinionibus pallium Thomisticum video, Thomistam non video. Haec abs re non esse dicta in praesenti controuersia testimonia, quae ex D. Thomae subsidio, manifestum facient. Itaque P. Franciscus Suarez eam, quam ipse sequitur sententiam, & quae reuera est D. Thomae, ait, esse coexistentem sanctis Patribus, quibus ipse semper adharet, non eam, quae paucis hinc annis moderni Thomistae dicunt esse S. Thomae.

Fundamenta huius sententiae ad finem commedius, subijcio, & diluo, pro more.

Opposita sententia negans hanc coexistentiam futurorum in aeternitate ante ipsorum propriam durationem, & solum concedens coexistentiam obiectiuam aeternam, non quidem tantum secundum cognitionem quidditativam Dei, cui rationes quidditativae creaturarum obijciuntur, sed etiam secundum cognitionem intuitivam, cui praesentialitas illa temporalis, qua res sunt realiter praesentes, tunc solum cum existunt in sua mensura ab aeterno obijciuntur. Haec inquam sententia imprimis est omnium scholasticorum, qui Thomistae non sunt, ut ingenuè fatebatur Dominicus Bañes, ita docuit Magister sententiarum in 1. distinct. 35. vbi, ideo, inquit, dicuntur Deo omnia temporalia ab aeterno praesentia, quia ut ait S. Ambrosius, ita cognoscit ea, quae non sunt, ut ea quae sunt. Et paulo post testimonium S. Augustini, aper-

56 Sententia negans.

Magister.

te eor-

de constaret, qua intelligentia accipienda sint illa verba, omnia sunt Deo presentia, quia ineffabilis omnium cognitio in illo est. Et in dist. 36. in principio post testimonium S. Augustini, serm. 11. de verbis Apostoli, Ecce (inquit) aperte dicit Augustinus Deum apud se habere res omnes non in natura illarum, sed in scientia. Idem docuit Alensis, 1 part. quaest. 23. nu. 4. art. 3. Bonaventura in 1. distin. 39. art. 2. quaest. 3. Durandus, quaest. etiam 3. Scotus, quaest. 1. §. aliter ponit. Gregorius, distin. 38. quaest. 2. art. 2. Aureolus eadē distin. art. 2. §. secunda propositio. Gabriel, quaest. 1. art. 2. Ex scriptoribus Societatis fere omnes acriter contra Cai. insurrexerunt. P. Molina in hoc art. disput. 13. in concordia disput. 46. qui optime explicat verum sensum, in quo eorum sententia defendi potest, in eo vero displicet, quod arbitretur D. Thom. planē in ea fuisse sententia, quam putavit Cai. Fons. 3. to. met. lib. 6. cap. 2. quaest. 4. secc. 2. phrasim Molin. secutus: at P. Suarez, supra cap. 7. P. Vazq. 64. Valentia hic pucto disp. Lefsius libello de Auxilijs, cap. 20. num. 8. & sententiam, & D. Thom. defendunt.

Alenf.
Bonavent.
Durandus.
Scotus.
Aureolus.
Gabriel.
P. Molin.
P. Fons.
P. Suarez.
P. Vazquez.
P. Valent.
P. Lefsius.

Ad opinandum vero mentem D. Tho. alienam esse ab his Thomistis moueor; primo, testimonio Aegidij Romani professione Augustiniani, doctrina Thomistae, acerrimeq; D. Tho. propugnatore, ipsosq; auditore, is in opusculo contra corruptorem doctrinae S. Thomae, art. 3. refert primo verba, calumniatoris, quae continent Doctrinam S. Thomae, vt à Caietano intellectam. Deinde haec eiusdem verba refert. *Hac propositio continet errorem manifestum, quia non intendit dicere, quod Deus a quo certa cognoscit futura contingentia, ac si essent presentia, sed intendit, quod quia aeternitas est praesens omni differentiæ temporis, et omnis differentia temporis aeternitati, ideo contingentia, quae non sunt realiter in tempore, iam sunt realiter, et actualiter per naturas suas in aeternitate, et sic subiacentur divinae visioni, quod maxime exprimitur verba illa S. Thomae, omnia quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno presentia, non solum ea ratione, quia habet rationes rerum apud se praesentes, sed quia eius intuitus fertur super omnia ab aeterno, prout sunt in sua praesentialitate, quod est simpliciter falsum, et erroneum, quia hoc est ponere contingentia ab aeterno, in aeternitate esse, licet in tempore sint producta de non esse ad esse. Hæc ille calumniator S. Thomae. Aegidius vero pro defensione ad huc articulum, 13. Ex his (inquit) patet, quod D. Thomas non intendebat, prout isti illi falso imponunt quod omnia, quae se inuicem succedunt in tempore, in natura propria coexistant in aeternitate, licet eorum praesentiam aeternaliter intueatur, et sic omnia illi dicantur presentia, et paulo inferius di-*

57
Quid senserit D. Thom. Aegidius Romanus.

endum, ait, quod res sunt praesentes Deo ab aeterno, non in sua existentia actuali, sed quia ipse actu intuetur eorum praesentiam aeternaliter. Et post pauca sic debet intelligi, quod dicit (intelligit D. Thomas) intuitum Dei ferri aeternaliter super omnes praesentialitates, non solum, quia habet rationes earum apud se praesentes, sed intuendo ea aeternaliter. Denique concludit in haec verba, Quod dicit D. Thomas, omnia, quae sunt in tempore esse Deo presentia, prout sunt in sua praesentialitate, intendit dicere, et satis clare, quod diuina notitia praesens est omnium, quae sunt successiva in tempore praesentialitas, et actualis existentia à Deo aeternaliter cognita, non autem cum eo aeternaliter existens in natura propria. Expendat modo lector expositionem Aegidij esse omni maiorem exceptione, quippe, qui non ponit doctrinam S. Thomae ignorare. Primo quia eius auditor. Secundo, quia propugnator. Tertio, quia eam docuit uiuentibus eius condiscipulis quibus non fuisset ausus, sic eam ex planare, nisi certus esset, eam sic intellectam à D. Thomae, aliorum enim condiscipulorum testimonio posset redargui ab illo calumniatore S. Thomae contra quem scripsit.

Moueor secundo autoritate Heruzi, qui ante annum quinquagesimum à morte S. Thomae scripsit in defensionem doctrinae eius, contra Henricum Gandanensem, et Durandum, vt refertur M. Ferdinandus à Castillo, 2. part. Historiae S. Dominici, lib. 1, cap. 38. Is in primo, distin. 38. quaest. 5. §. quantum ad tertium relata hac sententia, quam impugnamus, intendo (inquit) ostendere, quod res non fuerint Deo praesentes ab aeterno secundum existentiam actuali in propria natura. Et post pauca hac habet notanda verba. *Dupliciter intelligi potest, aliquid esse praesens Deo. Vno modo per existentiam realem in suo esse, et sic non coexistunt res aliae à Deo ipsi Deo ab aeterno, vt dictum est. Alio modo possunt dici res praesentes Deo, vt intuenti siue per intuitionem, et sic omnia futura sunt Deo ab aeterno presentia, non solum quantum ad suas rationes quidditatiuas, sed etiam quantum ad suas existentias actuales secundum intuitionem. Notaui haec verba, quia perspicue explicant propositionem illam S. Thomae, in qua offenderunt, scilicet omnia sunt Deo ab aeterno presentia, non solum quia habet rationes rerum, hoc est, quia quidditates earum per scientiam simplicis intelligentiae praesentes habet, sed etiam quia eius intuitus fertur super omnia ab aeterno, prout sunt in sua praesentialitate, hoc est, quia Deus ab aeterno intuetur existentiam rerum, quae aliquando, dum in se fuerit coexistet aeternitati. Expendat lector, cui sit maior adhibenda fides de mente S. Thomae, an Caietano, an his Doctoribus.*

58
Heruzi.

Moueor

59
Syluester.

Moueor tertio autoritate Syluestri Magistri Sacri Palatii, coeui Caietani. Is in eo opere quod inscripsit *constatum doctrinae S. Thomae* post duos supra quadraginta annos positos in eius doctrina enucleanda, vt ipse testatur in praefatione eius operis, 5. parte quaest. 14. artic. 16. qui respondet artic. 13. quem interpretamur, *in eo (ait) articulo agit, quo modo futura sunt presentia Deo*, circa quod quidam Thomistae patiuntur maximas anxietates, quia intelligere nequeunt, quomodo vera sint quaedam falsa, quae imponunt Sancto Doctori, & relata sententia Heruzi, & Capreoli dubitantis, venit ad Caietanum, cuius nomen suppressit honoris causa, refertque verba eius. *Deinde sensus (ait) Sancti Thomae planissimus, et apertus est, ille, quem iam diu expressit praeclarus Discipulus Sancti Thomae Heruzius. Et paulo post §. Quantum ad secundum refert Sancti Thomae verba huius articuli, et ait, istud dictum fuit, occasio errandi, et putandi, quod Diuus Thomas intelligat praesentiam, in esse reali, quod non est verum, sed vult dicere, quod Deus non solum habet praesentes rationes futurorum, quae representant earum quidditates, sed etiam per illas fertur super praesentialitates, et existentias. Quod probans, ait, quia hic sensus est necessarius, alius autem est inexcogitabilis, quem nullus Thomistarum, praeter vnum, (intelligit Caietanum) ausus est affirmare, quia ex illo videtur sequi aliquid contra fidem, hoc est, creaturas fuisse ab aeterno. Hæc Syluester. Expendat lector à solo Caietano contra sensum auditorum Sancti Thomae, qui maxime fuerunt solliciti de eius doctrina contra Syluestrum, cuius non est contemnenda autoritas, propter tot annos in Magistri doctrina positos, nouiter aliter intellectam mentem Diui Thomae.*

60
Didacus Deza.

Moueor quarto, propter Didacum Dezam Archiepiscopum Hispalensem, qui etiam circiter ad ea tempora scripsit. Is in primo distinct. 38. quaestione, & articulo 2. §. 2. cum in reliquis exponendo Sancto Thomae Capreolum regulariter sequatur, in hoc ab eo discedit, dicens, *Nonnulli male intelligentes verba Sancti Thomae, putant quod mens illius fuerit, ponere res praesentes Deo ab aeterno secundum modum praesentialitatis, quem in se ipsis extra Deum habuerint, quod falsum esse, et contra intentionem Sancti Thomae apparet ex multis. Et post relatum quoddam testimonium patet (ait) quod mens Sancti Thomae non fuerit, res esse ab aeterno praesentes Deo secundum praesentialitatem, quam habent in se ipsis. Et infra plura habet ver-*

ba relatis ex Heruzo, & Syluestro similia.

His testimonijs opus non esset, si verba Diui Thomae sincere, & nulla praecipua affectione inspicerentur. Pro re ipsa, & mente eius declaranda; noto, id, quod est alteri praesens, duo habere, primum est ipsam praesentiam, qua vt performam praesens constituitur, secundum id, quod respicitur in re, quae praesens denominatur ab ipsa praesentia, quod est, vt quid materiale in re praesente. Vnde licet res respecta in re praesenti realis sit, siue essentia sit, siue existentia, non denominatur realiter praesens, si praesentia ipsa non sit realis, si vero sit solum intentionalis, res tantum erit obiectiue praesens, non vero realiter V. G. quia omnes res possibiles per scientiam simplicis intelligentie sunt menti diuinae praesentes, tantum dicuntur obiectiue praesentes, quia scientia est forma, per quam constituuntur praesentes, etsi ea terminetur ad veram, & realem quidditatem earum. Hoc posito. Primum testimonium afferro ex Sancto Thoma in verbis huius articuli, quae magis fauere videntur opposita parti. *Vnde (ait) omnia quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno presentia, non solum ea ratione, quae habet rationes rerum apud se praesentes, vt quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab aeterno super omnia, prout sunt in sua praesentialitate.* In his verbis expendo, primo duas velut praesentias Diuum Thomae constituere, aliam, qua habet rationes rerum apud se praesentes, & hanc esse praesentiam obiectiuam, nec aduersarij negant, quia illud, *Non solum ea ratione, quae habet rationes rerum praesentes apud se, vel significat scientiam simplicis intelligentiae, quatenus habet rationem ideae. Quod vero addit (vt quidam dicunt) reor esse propter Alexandrum Alensem, qui 1. part. quaest. 25. membro 2. & 3. tenuit futura cognosci à Deo in Idæis diuinis, & cum Diuus Thomae fuerit eius auditor, ea verba, vt quidam dicunt, Alensem referre credibile est: vel essentiam Dei, quatenus continet species intelligibiles possibilem, quae solum adsunt Deo, praesentia obiectiua, quia forma, qua praesentes Deo constituuntur, est intentionalis, non realis, scilicet scientia simplicis intelligentiae Dei, aut ratio speciei intelligibilis. Aliam praesentiam quam expendo est quae per scientiam visionis intuetur hæc futura in sua ipsorum existentia, quam habebunt intra aeternitatem, hæc etiam praesentia intentionalis est, quia est praesentia Dei, terminata ad res creatas, in sua differentia temporis existentibus. Ex quo expendo,*

61
Duo consideranda in re quae est alteri praesens.

62
S. Thom. 1. Testimonium.

K pendo.

pendo. Secundo etiam in illis verbis, *sed quia eius intuitus fertur, &c.* agere de presentia obiectiva. Hoc sic proba, ideo ait, *sunt presentes, quia eius intuitus fertur ab aeterno supra omnia, prout sunt in sua presentia*, non vero dicit à contrario, ideo intuetur Deus futura, quia coexistent Deo, quidem dicere de buisset, si hæc coexistentia esset ratio ea intuēdi. Ergo ratio formalis, quare sunt presentes, est ipse Dei intuitus, ergo non sunt presentes presentia reali, sed obiectiva in Phrasi Diui Thomæ, nec coexistentia coexistentia reali, sed obiectiva, nam exempli gratia is modus loquendi, ideo est mihi Petrus presentens, qui intueor, denotat meam intuitionem, esse ipsam presentiam, sicut è contra ideo intueor, quia est presentens; denotat ipsam presentiam realem, ita in proposito Sancti Thomæ, ex quo explicatus manet hic locus, & simul pro nostra sententia inductus.

63
2. Testimonium.

Secundum testimonium afferō ex quæst. 16 artic. 7. vbi tractat S. Thomas; vtrum veritas creata sit æterna, & in corpore habet hæc verba. *Vnde si nullus intellectus esset æternus, nulla veritas esset æterna, sed quia solus intellectus diuinus est æternus, in ipso solo veritas æternitatem habet, nec propter hoc sequitur, quod aliquid aliud sit æternum, quam Deus, quia veritas intellectus diuini est ipse Deus.* In quibus verbis in primis negat, quidquam creaturæ esse Deo coæternam, atque coexistens. Deinde negat vllam esse æternam veritatem, nisi in intellectu diuino; quod si creaturæ ab æterno Deo coexisterent eo modo, quo Deo existunt ab æterno, non possent non habere aliquam veritatem.

64
3. Testimonium.

Tertium, ex hac prima parte quæst. 20. artic. 2. ad secundum vbi cum sibi obieisset, Deum nõ amare nisi se ipsum, quia amor Dei æternus est, & quia creaturæ non sunt ab æterno, & quia vt in Deo sunt, non sunt aliud ab ipso Deo. Respondet, *Quod licet creaturæ ab æterno non fuerint, nisi in Deo, tamen per hoc quod ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno cognouit Deus res in proprijs naturis.* In quibus verbis, distinguit, esse creaturæ in se ipsa, & esse creaturæ in Deo, nec aliud tertium membrum constituit, esse creaturæ in mensura æternitatis, & sicut in Diuo Thoma non est aliud membrum in scientia, si præter simplicis intelligentiæ, qua cognoscitur creaturas in omnipotentia, & præter scientiam visionis, per quam cognoscitur creaturas, existentes in propria mensura; ita non est aliud esse obiectiuum coexistentiæ creaturarum in æternitatis extrinsecæ mensura.

65
4. Testimonium.

Quartum denique sumo ex prima, se-

cundæ quæstione 91. artic. 1. ad primum vbi an sit aliqua lex æterna, & cum sibi obieisset, non esse: quia non est ab æterno, cui imponatur, quia solus Deus fuit ab æterno, non respondet creaturas futuras coexistere æternitati, quo directè satisfaciebat argumento, sed ait, *Ea, quæ in se ipsis non sunt, apud Deum existunt, in quantum tamen sunt ab ipso cognita, & præordinata.* In quibus euidenter solum agnoscit existentiam obiectiuam per cognitionem, nec de alia, quæ ad suum institutum maxime intererat, facit mentionem. Alia habes testimonia apud alios auctores.

Hanc esse sententiam Diui Thomæ, ideo aliquanto fufsius ostendi, quia hodie cum nostris aduersarijs ad hoc præcipua controuersia reuocata, nam si rationes spectes, mihi nihil probabilitatis habet eorum sententia. Vt a radice rem euoluam, & modis loquēdi quibusdam Patrum verum tribuam sensum. Notō primo, instans æternitatis, quod est mensura existentie Dei adæquatè, & prout est in se sumptum omnia creata præterita, presentia & futura habere sibi, non solum intentionaliter, verum etiam realiter presentia, nam vt immensitas Dei, per quam Deus indiuisibiliter existit in loco, habet sibi presentes spatio res omnes, in quousloco existentes, ita æternitatis infinita duratio, cum indiuisibilis sit, propter suam infinitudinem, & interminabilitatem necessario habet sibi coexistentes res omnes, quæ fuerunt, sunt, & erunt, imo, si Deus vt potest, ante hunc orbem, alium produxisset, & ante illum, alium, & sic in infinitum, item si post hunc alium, & alium, aut si is sine termino duraret, necessario rebus omnibus coexisteret. Ratio a priori sumenda est ex natura instantis æterni bene perspecta, quod, & habet indiuisibilitatem, qua est totum simul: Etenim nec ipsum per partes existit, nec diuinam essentiam per partes ipsius instantis durare facit, & ex alia parte habet talem permanentiam in esse, vt nec potuerit incipere, nec finire. Videndus S. Thomas in hac prima parte quæst. 10. artic. 1. vbi eleganter Molina. Instans æternitatis, in illo priori conceptu conuenit cum instanti nostri temporis, & cum Angelorum a Eno, in secundo ab vtroque differt; vt constat. Ratione huius secundi conceptus docent Theologi hoc instans æternitatis virtuale quendam successione, eamque infinitam continere, etenim hæc sine principio, & sine consistentia, est ratio coexistendi omnibus successiuis. Etiam Dei immensitas, partem habet

66

Nota. 1.
Instans æternitatis adæquatè sumptum, omnia habere realiter sibi presentia.

67
Naturam instantis æternitatis explicata.

bet uirtualem diuisibilitatem qua omni spatio diuisibili coexistit.

68
Iob. 14. Locutiones sacræ paginæ, quæ videntur fauere aduersæ sententiæ, explicatur. Paul. ad Hebræos 1. 1. Sa. 40. Eccles. 3.

Ex hac doctrina explicanda veniunt quædam sacræ scripturæ testimonia. Primo illud Iobi 14. *Numerus mensium eius apud te est. Gregorius super hunc locum causam reddit: dicens, quia apud Deum etiam res labiles stant.* Et illud ad Hebræos 1. *per quem fecit, & seculum.* Et Isaiæ 40. vbi dicitur, *fecisse ventura.* Secundum Septuaginta. Et Ecclesiastici 3. *Opera omnis carnis coram illo sunt a seculo, & in aeternum, &c.* Per quæ verba ideo, vt aduersarijs videtur, dicitur res futuras fecisse Deus, quia illæ presentes sunt suæ æternitati, antequam existant in propria duratione. Cæterum vel sensus est, quod licet in seculo, in mensibus sit successio, & futurum, & præteritum. At in ipso nunc æternitatis infinite permanenti, aut respectu illius plene sumpti nullam esse successione, nullam præteritionem, nullam futuritionem, aut sensus est diuine intuitioni omnia esse presentia sic explicat Augustino in Psalmum 49. circa illa verba, *Et pulchritudo agri meum est.* Omnia (inquit) apud Deum esse dicuntur, quia antequam essent omnia ei nota erant. Quæ etiam phrasi vsus est Diuus Thomas 1. 2. quæst. 91. art. 1. ad primum cuius verba supra retulimus. Alteruter ex his modis explicandi quadrat Sanctis Patribus, vt Augustino 4. de Trinit. cap. 17. cum ait. *Apud Deum præterita, & futura stant.* Et cap. 16. *Nec præterita transferunt, nec futura facta sunt.* Et de cognitione veræ vitæ cap. 31. *Nihil præteriti ei accedit, nihil futuri accedit, sed quidquid est, vel fuit, vel erit, totum sibi presentens adest.* Hoc est, vel instanti æternitatis sumpto completè, vel scientiæ visionis omnia intuenti. Nam etsi non omnia sint presentia instanti illi æternitatis in adæquatè sumpto, vt infra proba. At ei adæquatè sumpto nihil est præteritum, nihil futurum in motibus, in mensibus, & annis, item scientia visionis Dei omnia sibi habet presentia per actualissimam intuitionem, quia scientia præcedentium rerum non præcedit scientiam subsequendum, sed præcedentia & subsequenda in rebus, in scientia simul sunt sine antecefsione & consecutione. Alios etiam Patres ita intellige, vt Ambrosium circa illa verba ad Rom. 4. *Qui vocabit ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt.* & lib. 5. de Fide ad Gratianum cap. 7. S. Isidorum 1. de summo bono cap. 8. dicentem, *in Deo nec præteritum, nec futurum ceruitur, sed omnia presentia in Deo dicuntur, quia æternitate sua cuncta complectitur.* Et Anselmum lib. de casu Diaboli cap. 18. & 21. & lib. 1. de Concordia prædestinate cap. 1. & 2. Boetium lib. de Consolatione prossa vltima. Ex

August.

69
Explicatur Sancti Patres. August.

Ambros.

Isidor.

Ansel.

Boetius.

his Patribus, quædam verba statim subijcio in confirmationem nostræ sententiæ, è quibus constabit, eos locutos in alterutro ex prædictis sensibus.

Id etiam sibi voluit Diuus Thomas in duobus exemplis, quibus hoc declarauit. Primum in hoc articulo in responsione ad 3. de existentia in alta specula, & contemplante sine successione res ad inuicem succedentes. Secundum, primo contra Gentes cap. 66. ratione sexta, vbi eleganter explicat instans æternitatis per similitudinē puncti centrici, nam, vt hoc cum sit indiuisibile, actū respondet omni parti circuli descriptæ, non respondet vero describendæ, non quod in puncto aliquid desideretur, Sed quod in circulo. Item infra quæst. 57. artic. 3. *Quia Deus (ait) videt omnia in sua æternitate, quæ cum sit simplex, toti tempori adest, & ipsum concludit.* In quibus verbis solum agnoscit existentiam obiectiuam.

70
D. Thom. Duo exemplis, quibus hoc declarauit. Plaquebus Thom. ex

Varijs demōstrationibus Theologicis nostri Doctores hanc exagitant sententiam. Ego contendam probare, aut eam pugnare cum veritate fidei, quæ dēssinit Deum in tempore creasse omnia, aut solum constituendam esse coexistentiam rerum in æternitate, dum illæ sunt in breui propria mensura. Pro quo pono primo nihil ab æterno a Deo fuisse creatum, ita vt in propria extiterit mensura. Id significat illud Genesis primo. *In principio creauit Deus Calum, & terram, & Psal. 89. Priusquam montes fierent, & aut formaretur terra, & orbis, a seculo, & in seculo tu es Deus.* Et Pro- uer. 8. *Dominus possedit mē, antequam quidquam faceret, &c.* Eleganter id docuit Augustinus, 12. de Ciuit. cap. 25. *Si potentiam suam fabricatoriam, vt ita dicam, Deus rebus subtrahat, ita non erunt, sicut antequam fierent, non fuerunt.* Et lib. 4. de Genesi ad litteram cap. 18. *res, ait, antequam fierent, erant, & non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sua natura.* Nihil clarius pro coexistentia solū obiectiua dicere poterat. Isidorus lib. 1. de Summo bono c. 8. *Si semper aliqua essent cũ Deo tempora, non esset tempus sed esset æternitas, non mutaretur tempora, sed starent.* En significat realem temporis coexistentiam cum æternitate chimericam esse, repugnātem temporis labili naturæ. Sanctus quoque Fulgentius lib. 1. Ad Modicum cap. 12. & alij Patres id expresse docet Vbi notanda verba Concilij Rhemensis, quod refert P. Vazquez 2. tom. in 1. parte disp. 120. cap. 2. *Credimus, ait, & confitemur solum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum æternum esse &c.* Quo fit ab æterno fuisse negationes existentie rerum omnium, quæ aliquando existent, nam necessarium est,

71
Nihil ab æterno creatum fuit.

Genes. Plal. 89.

Prob. 8. August.

Idem.

Isidor.

Fulg.

Conc. Bhemete. P. Vazquez

72

In eodem instanti eternitatis simul existit res eius negatio.

73 Quid sit duorum coexistentia.

Aristot.

74 Formatur argumentatio.

Responsio.

Confutatio.

est, quod aut res existat, aut eius negatio sit, ergo in tota duratione eternitatis ante momentum illud temporis, in quo Adamus creatus fuit, fuit negatio existentie proprię eius. Fit etiam in eodem indivisibili eternitatis instanti simul existere Adamum, & negationem eius proprię existentie. Quare negari non potest instans eternitatis a nobis concipi posse cum successione virtuali, vel cum duratione æquivalenti ad successivam quandoquidem coexistit rebus, quas inter se coexistere repugnat, vt existentie, & negationi ipsius.

Potio secundo, coexistentiam realem duorum extremorum supponere in extremis aliquas proprias existentias, nam coexistentia est communis duorum existentia rebus vero nullo modo existentibus, coexistentiam communem competere non posse, lumen ipsum nature clarior intuetur, quam verbis exprimere possit. V. G. coexistentia duorum in loco supponit existentiam propriam vniuscuiusque in loco proprio. Hac ratione Aristoteles 4. Phys. textu 14. explicans res singulas inferiores contineri Cælo tanquam communi loco, ait, ad id necessarium esse, quod ipsæ proximè contineantur loco proprio sibi adæquato.

His positis formo hoc dilema, cum dicunt adversarij res omnes futuras coexistere eternitati ab æterno, & ex eternitate, aut concedunt propriam existentiam rebus futuris, aut non concedunt. Si primum; ergo existentia hæc est creata. Patet hæc consequentia, quia nulla creatura habet à se realem propriam existentiam. Vt etiam ergo constituunt creationem ab æterno, & ex eternitate contra primum suppositum fide catholica sanctum. Probo hæc consequentiam, quia omnis res, que habet realem propriam existentiam, non à se habet ab alio per verum & realem influxum, sed per te omnes res future habent proprias existentias, non solum coexistentes eternitati in propria mensura, sed etiam ab æterno, & ex eternitate antequam in se sint, ergo etiam ab æterno & ex eternitate fuit verus & realis influxus, producens eas, ac proinde creatio. Respondebis habuisse quidem existentiam propriam, non vero in propria durationis mensura, sed in aliena, scilicet in instanti eternitatis, creationem autem solum necessariam esse ad dandam existentiam rei in propria mensura. Sed contra 1. existentia hæc creaturarum est quid creatum existens per te, nec enim est aliquid increatum, ergo existens per a. tionem, ergo vt existentia illa propria coexistit eternitati ab æterno, ita actio eā producens, atque adeo contra fidem ponis crea-

tionem ab æterno eternitati ex eternitate co-existent.

Contra secundo, implicat in terminis aliquid creatum habere propriam existentiam creatam, & non habere propriam durationem creatam, qua mensuretur, nam aut duratio non distinguitur ab existentia rei, vel solum ei addit modum intrinsecum ab ea inseparabile, quemadmodum implicat rem creatam habere propria existentiam, & non habere presentiam ad aliquod spatium.

Contra tertio, quando Angelus Gabriel productus fuit, vel accepit à Deo propriam existentiam, vel solum propriam durationis mensuram. Hoc secundum dici non potest, quia vt creatio est productio rei ex nihilo, ita dat esse simpliciter, hoc est substantiale, ergo non dicit solam propriam durationem. Si dicas primum; ergo Gabriel Angelus, & cunctę res creatę bis à Deo productę fuerunt, primo ab æterno, vt per propriam existentiam Deo sine principio ex eternitate semper coexistenti, secundo in tempore, quo nihil Theologo indignius est.

Contra quarto, ex tua doctrina, euidenter infero omnes res creatas in propria mensura ab æterno Deo coexistisse, quod etiam tibi absurdum est. Probo sequelam, quia ideo, ais, res coexistere eternitati per suas existentias, quia dum existant, ei coexistunt, & cum eternitas partes non habeat, non possunt non ei toti coexistere, vnde vt sic mensurantur eternitate, sed etiam propria rei duratio, & mensura, dum est in eternitate existit, & eternitas respectu etiam mensurę proprię indivisibilis est, & partes non habet, ergo non potest non ei toti coexistere, atque ideo vt res creatę coexistunt eternitati ab æterno, ita mensura propria rerum creatarum, & cum mensura hæc necessario insit in subiecto quod mensurat, vt illud toti eternitati coexistit, ita illa, & vt illa non coexistit toti eternitati, nisi in subiecto, ita subiectum non coexistit toti eternitati, nisi in propria mensura. Quatuor hæc obiecta specialem difficultatem habent in liberis actibus, ac maximè in prauis, nam si coexistentiam habuerunt ab æterno eternitati Dei, ante quam voluntas creata in propria mensura existeret, eam propriam, quem habuerunt existentiam Deo auctore habuerunt, cum voluntas creata non existens, propria duratione liberè operari nequeat, imo cum ea præsupposita coexistentia ab æterno, iam non possit non existere in propria mensura, vt constat. Fit cum voluntas iam existit in mensura propria dominium, ac potestatem non habere cohibendi eam actionem in actum prauum, fitque eueri libertatem, vt ostendi supra capit. 2. & 3. Si

75 Aluarez; Obiecta adversarium. 1. Obiectio. 2. Solutio.

Replica.

Responsio.

Si secundum, scilicet, negat propriam existentiam rebus futuris coexistentibus, ergo negat aliquid creatum coexistens, & sola Dei omnipotentia Deo coexistet, nam existentia increata, quam habent res omnes in causa, an tequam accipiant propriam existentiam, solum est existentia omnipotentie Dei, atque adeo non creaturæ, sed omnipotentia coexistet instanti eternitatis. Probo consequentiam ex secundo supposito, quo ostendi ad duorum coexistentiam præsupponi necessario propriam vniuscuiusque existentiam. Nec enim res aliqua coexistere potest mensurę superiori, nisi existentiam habeat in propria mensura, & sicut non potest res aliqua coexistere in loco Deo immenso, nisi ea prius sit in loco propria presentia, ita in nostro proposito. Quo exemplo bene ostenditur absurditas oppositę sententię; nam vt res omnes in loco existentes, Deo etiam in spatio coexistunt, non tamen adæquate, & in omni spatio, ita et si res omnes existentes, coexistent eternitati Dei, non tamen toti eternitati adæquate, prout complectitur, & implet omnium rerum successivas, & permanentes durationes. Modo si quę restant aduersariorum argumenta diluenda, & imprimis testimonia Diui Thomę, Sanctorum Patrum, & Sacrę Scripturę ex supra dictis num. 45. satis superque explicata sunt.

Magister Aluarez his vtitur rationibus. Prima Deus habet claram, & intuitiuam cognitionem omnium futurorum contingentium, ergo omnia illi sunt presentia in eternitate secundum propriam existentiam. Consequentiam, quę neganda est in sensu, quem intendit, probat, quia cognitio intuitiuam est rei presentis prout presentis est secundum propriam existentiam. Distinguo hanc propositionem, prout presentis est mensura propria, qua coexistit scientię Dei infinite, atque eternę, dum creatura existit in se, concedo; prout presentis est mensura aliena, & extrinseca, per quam coexistit eternitati ex eternitate nego, imo hæc vt chimerica à nobis explosa.

Dices, res antequam sint in mensura suę durationis, subduntur cognitioni intuitiuę Dei, sed solum possunt subdi secundum presentiam, non vero quatenus futura sunt, ergo res antequam sint in mensura suę durationis, sunt presentes realiter eternitati Dei. Respondeo cognitionem intuitiuam Dei ab æterno ferri in obiecta futura, vt sunt presentia

realiter eternitati, non tamen tanquam in obiecta realiter ab æterno presentia toti eternitati, sed tanquam in obiecta quę solum quando sunt in sua mensura, sunt realiter presentia eternitati.

Secunda ratio sumpta ex Ferrariensi, Adamus, & Antichristus vel coexistunt Deo in nunc eternitatis, vel non; sed Adamus coexistit de præterito, Antichristus de futuro. Si primum videtur eis dari intentum. Si secundum ergo in eternitate est futurum, & præteritum quod est absurdum, quia instans eternitatis est indivisibile. Respondeo, concedendo primam partem dilematis, scilicet Adamum, & Antichristum coexistere eternitati secundum proprias existentias reales, nego ex hoc dari eis intentum; quia instans eternitatis virtualement habet successionem, vt dixi, vnde et si Adamo modo sit presentis, non tamen est presentis adæquate, vt coexistit tempori nostro, sed vt coexistit tempori durationis Adami. Pariter in Antichristo, et si sit ei presentis instans eternitatis, eique coexistat, non tamen vt comparatur ad hoc tempus nostrum sed vt coexistit tempori durationis Antichristi; instantiam habemus manifestam in diuina immensitate, per quam coexistit omni rei existenti in loco, non tamen adæquate; nec enim vt existit in hoc spatio, quod ego repleo, Cælo Empyreo coexistit, alias ego etiam vbi que existerem. Sic in nostro proposito. Ex quo non fit in instanti eternitatis esse formalem futuritionem, & præteritionem, sed virtualement, & eminentem, per quam nobis præbet fundamentum, vt illud in adæquate, diuersis que conceptibus exprimamus, & relate ad res antecedentes, & ad subsequentes.


Tertia ratio, Antichristo nato, ille coexistet eternitati, ergo toti eternitati. Probo hæc consequentiam, nam eternitas non habet successionem. Hoc argumentum in solutione ad secundum dilutum est. Distinguo igitur illud consequens: ergo toti eternitati formaliter, & vt est in re, concedo, secundum virtualement successionem, quam continet nego.

Non refero aliorum argumenta, quia aut nihil addunt aut capite 5. commo-
dior se se nobis offert
occafio.

\$\$\$\$\$\$\$\$
\$\$\$\$
\$\$

Cap. 5. Quid intersit coexistentia rerum in æternitate ad certam cognitionem Dei.

76. 2. Corolarius.



Ad dictis capite superiori duo constat. Primum creaturas futuras non habere coexistentiam in æternitate ab æterno, eo sensu, quo Caietanus, & sectatores adstruere conati sunt. Ex quo fit eam coexistentiam in eo sensu non esse rationem infallibilitatis scientiæ Dei erga futura, ut mox magis explicio.

2. Corolarius.

Secundum creaturas habere presentiam aliquam in æternitate, dum ipsæ ponitur propria mensura, eamque necessariam esse, ut Divinam intuitum terminent, non ut scientia Dei ab ipsis aliquam perfectionem, aut certitudinem accipiat. Restant modo declaranda quedam, quæ aliquam ingerunt difficultatem.

Augustinus. Obiectio. Ang. negasse videtur præscientiam futurorum.

Primum qua ratione Augustinus lib. 11. Confess. cap. 18. videatur negare præscientiam futurorum Deo in hæc verba. *Cum ergo videri dicantur futura, non ipsa, que nondum sunt, id est que futura sunt, sed eorum cause forsitan videntur, que iam sunt.* Item lib. 2. ad Simplicianum docens improprie esse præscientiam in Deo, sicut penitentiam, id hac ratione probat.

Boetius. Gregorius. P. Vazquez

Quid enim est præscientia, nisi scientia futurorum, quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora, si enim in scientia res ipsas habet, non sunt ei futura, sed presentia, ac per hoc non iam præscientia, sed tantum scientia dici potest. Eodem modo loquitur Boetius lib. 5. de Consolatione prosa vltima. Gregorius 9. Moral. cap. 26. alias 25. & 20. cap. 24. alias 23. verba refert P. Vazquez cum alijs Patribus.

77. P. Vazquez Explicatio. Aug. & aliorum Patrum, ex P. Vazq.

Respondeo 1. ex eodem P. Vazquez cap. 4. solum intendere hos Patres Deo non esse duas scientias rerum existentium, more humano, aliam subobscuram, & quasi sub umbra coniecturalem futurorum ut sic, quales ab hominibus haberi solet, aliam claram, & distinctam eorum cum presentia sunt. Cum ergo negat præscientiam, solum negat illam priorem scientiam imperfectam, unde idem Augustinus in eo loco ad Simplicianum hæc subiicit verba. *Si Deus futura præuenit scientia sua, bis ea sentit, uno quidem modo secundum futurorum præscientiam, altero quidem modo presentium scientiam.* Quæ verba egregie confirmant interpretationem P. Vazquez,

78. Authoris alia explicatio.

Respondeo 2. alium modum interpretandi eas Patrum locutiones non contemendum adhiberi à nobis posse. Nam ut ipsa Dei substantia est prior duratione infinita omni mensura rei creatæ ita scientia Dei, quæ eadem æternitate mensuratur, duratione prior est,

omni reali existentia creata sui obiecti. Vnde propriè nullus catholicus negabit, scientiam Dei secù est in Deo dum hanc antecessionem propriissime præscientiam esse, & dici: nam, ut quæ in tempore prouidentia Dei erga res creatas disponit, est ab æterno præordinatio, prædefinitio, prædestinatio, & ita propriè appellatur, ita scientia, qua hæc eadem ab æterno præsciuntur, & est, & propriissime nomine præscientiæ nuncupanda est. Vnde non semel in sacra pagina hoc nomine significatur. Sapient. 19. ibi: *Præsciebat enim futura illorum.* Ad Roman. 8. *Quos præsciuit, & prædestinavit.* Et 1. Petri 1. Astorum 2. & alibi passim. Imò August. ipse sapissime ita loquitur lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 9. cui titulus est De præscientia Dei, & libera hominis voluntate, contra Ciceronis definitionem frequenter scientiam Dei futurorum appellat præscientiam. Primo, ibi: *Nam & confiteri esse Deum, & negare præscientiam futurorum, aperissima insania est.* Secundo, ibi: *Quia id nos facturos, ille præscit, cuius præscientia falli non potest.* Mitto alia. Id etiam ostendo hac ratione. Pone per impossibile scientiam hanc Dei liberam futurorum æternam, postquam infinitè durauit æternitate, à parte ante, infinita sua ex illa parte virtuali successione, tandem antequam futura hæc in tempore per propriam mensuram existent, absolutam fuisse scientiæ illius Dei durationem, ac proinde ea nunquam in propria mensura scientiæ diuinæ coexistisse. An ne in hoc casu negandum erit, hæc futura adeo præcognita tota ea duratione antecedente? Minime sane, inde enim fieret, modo etiam de factis non præcognosci, sed tunc solum in tempore denuo à Deo cognosci, cum per propriam mensuram ei coexistunt. Hoc autem esse absurdum, nullus Theologus ignorat. Quod vero id sequatur, probo manifestè nam præscientia Dei, non ideo præscit hæc futura, quia illa habitura est infinitam durationem à parte post, nam si antequam Deo coexistant per propriam mensuram omni ea duratione, qua scientia Dei ea antecedit, non sunt cognoscibilia, non cognoscuntur à Deo omni illa duratione antecedente, ac proinde non præsciuntur, donec accedat duratio communis coexistentiæ, quod si sunt cognoscibilia, cognoscuntur, & si in æternum duratura non sit propter infinitam simplicitet perfectionem in ratione scientiæ, quam nihil cognoscibile latere potest, ergo nihil refert scientia Dei ad hoc, ut futura cognoscat duratio, aut non duratio æterna à parte post. Ideoque non ex co-

Sapient. 19. Ad Rom. 8. 1. Petri. 1. Ast. 2. August.

79. Est scientia Dei no durasset, usque ad propriam futurorum durationem, ea præsciret.

Confirmatur argumentum ad efficaciam.

Responsio ex Caiet.

80. Locutio Patrum explicatur.

P. Suarez. Non placet alia P. Suarez

xistentia reali, sed ex perfectione scientiæ Dei & ex obiectiua futurorum cognoscibilitate, quam declaro duobus cap. proxime sequentibus, eius infallibilis certitudo constituenta est.

Quoddam Scoti argumentum hoc bene confirmat, Aeuum Angelicū indiuisibile est, & in hoc communem habet rationem cum instanti æternitatis, & ei coexistunt omnia, quæ intra Aeuum existunt, sicut coexistunt æternitati omnia, quæ intra æternitate, ergo ut coexistentia hæc, cum Aeuo adæquate sumpto, non sufficit, ut Angelus cognoscat futura, quæ intra Aeuum sunt secundum omnes Theologos, ita nec similis coexistentia præcisse Deo sufficeret.

Respondet Caietanus & ex eo Thomistæ, Angelicam cognitionem non mensurari Aeuo, sed instanti discreto temporis, sed pone id, quod in opinionibus Thomistarum frequentissimum est, scilicet Angelum necessario esse in perpetua sui contemplatione, & tunc argumentum Scoti reddit cum omni sua vi, ut constat, aut pone quod nullus negare potest, durare Angelum pro arbitratu in alicuius rei contemplatione per integram diem, & tunc omnia quæ eueniunt in tota die, coexistunt ei cognitioni. An ne ideo Angelus ineunte die cognoscere valet futura, quæ ad eius occasum succedunt? Nullo modo, ergo coexistentia in vna extrinseca mensuram latiori insufficiens est, ut futura cognoscantur.

Modo ad Patrum locutionem, vel dic secundum nostram doctrinam, eos negare futuritionem, & præteritionem in scientia Dei, in quo omnia stant sine vlla successione, & mutatione in ipsa, sed in ipsis. Vel dic eos locutos de scientia Dei, prout æternitate adæquate sumpta mensuratur, cui omnia sunt presentia in æternitate adæquate sumpta, non in omni temporis differentia, sed in aliqua, ut satis constat ex dictis articulo superiori.

Pater Suarez lib. 1. de absoluta scientia futurorum capit. 7. num. 18. vult Sanctos per quandam exaggerationem dixisse, Deum non præscire futura, ut declarent perfectionem scientiæ Dei, quæ tam distincte scit futura, ac presentia. Verum cum Patrum locutio propriissimum habeat sensum, quem explicui, non est, cur recurramus ad figuratos, & hyperbolicos sensus.

81. Dubiolum occurrens. P. Molina.

P. Vazquez P. Suarez. Alarez. S. Thom.

82. Subscribitur author. Probatio. 1.

2. Probat.

3. Probat.

R. ad rationem. P. Molina.

Occurrit etiam alterum dubium, an hæc præscientia Dei quatenus duratione antecedit futura abstractiua, vel intuitiua appellanda sit? P. Molina hic disput. 14. abstractiuam, aut simplicis intelligentiæ appellandam putauit. Mouetur quia scientia intuitiua propriè terminatur ad obiectum sibi coexistens, sed futura nondum coexistunt scientiæ Dei, ut constat, ex nostra doctrina, ergo non est intuitiua.

Oppositum docuerunt P. Vazquez disput. illa 64. cap. 4. P. Suarez supra cap. 8. Consentit Didacus Alarez lib. 2. de Auxilijs disput. 9. conclusione 3. est expressa S. Thomæ in hac quæst. 14. artic. 9. ibi: *Quædam enim licet non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt, & omnia ista dicitur Deus scire scientia visionis.* Hoc testimonium mihi sufficit, ut huic parti subscribam. Quæ probatur primo, quia hæc præscientia Dei, ut sic terminatur ad rem existentem in se ipsa, pro sua differentia temporis, & duratio ipsius scientiæ talis est, ut necessario eam faciat coexistere ipsi obiecto, dum ipsum est, ergo est intuitiua.


Probat secundum, quia hæc scientia Dei, ut antecedit, & ut coexistit rei cognite, nec ratione distinguitur in ratione scientiæ. Nam ex parte obiecti eadem existentia rei respondet in eadem mensura, unde semper idem affirmat quod vero duratio, in qua illa est, sit antecedens, vel non, nihil refert ad rationem scientiæ sed ut coexistit rei cognite, est intuitiua, ergo etiam ut antecedit.

Denique probo, quia in sententia P. Molina dicendum esset, scientiam Dei in tempore ex abstractiua transire in intuitiuam, quod quia nescio, quid mutationis subinnuere videtur, vitandum.

Ex quo ab ipsius rationem Respondeo, extrinsecam illam denominationem, aduenientem scientiæ ex obiecti coexistentia nullam constituturè discrimen in ratione scientiæ, quod si ante illam esset abstractiua, post illam intuitiua, in ratione scientiæ discrimen constitueret. Vnde negamus scientiam visionis proprie petere obiectum sibi coexistens, sed in se, & existens.

(. § .)

Cap. 6. Quid sit contingentis futuritio.



Xcursis obiectis, in quibus Deus futura contingentia non cognoscit, accedo iam ad explicandum obiectum, in quo ante quam illa in se sint, certo, & infalibiter cognoscere possit.

insigni testimonio Augustini, lib. 11. Confes. cap. 20. ubi negans proprie dici tempora tria, sic ait, sed fortasse proprie diceretur tempora sunt tria, presens de preteritis, presens de presentibus, presens de futuris, sunt enim hae in anima tria quaedam, & alibi ea non video: presens de preteritis memoria, presens de presentibus contuitus, presens de futuris expectatio.

Quaedam in hoc modo dicendi excutienda sunt. Et primo iudico, aliqua in eo inuolui, qua nihil prorsus referunt ad id institutum, propter quod futuritionem contingentium omnes declarandam suscipimus.

Dicunt intuitionem hanc non esse iudicium de existentia rei in tempore futuro, sed aut quandam simplicem apprehensionem, aut veluti speciem intelligibilem.

Contra secundo, sicut iudicium supponit cognoscibilitatem determinatam in obiecto, ita simplex apprehensio, ergo sicut sine presenti futuritione potest esse obiectum determinate cognoscibile, ante quam in se sit, in ordine ad

ne ad apprehensionem, ita in ordine ad iudicium, ac proinde haec praesentia futuritionis nihil refert ad intentum.

Si supponebatur aliqua actualis futuritio, antecedens ad illam representationem, ergo in ea non consistit formaliter prima futuritio.

Augustin. Nec Augustini mens ea est, ut existimet actualis futuritionem constitui per mentalem representationem, nam tum Augustinus, tum Isidorus, lib. 1. de summo bono, cap. 9. cum ait, tria ista praeterita, praesentia, & futura in animo tantum inueniri constat, praeterita rememoris re- niscendo, praesentia contuendo, futura expectando, solum volunt abusive, & improprie dici tria esse tempora in rebus.

Idem Isidorus, cap. illo 20. tempora ait, sunt tria praeteritum, praesens, & futurum, sicut abutitur consuetudo. Reddit rationem, dicens, neque id, quod futurum est, esse iam, neque id, quod praeteritum est, pauca sunt enim, quae proprie loquimur. Constat igitur Augustinum non affirmasse futuritionem, aut praeteritionem, esse praesentem, sed nec ex parte rei praeteritae, nec futurae, esse aliquid praesens, sed solum cum haec cognoscuntur; aut cum futura sperantur praesentem esse istarum cognitionem, aut spem.

Deinde, iudico in eo allucinosos fuisse quod existimauerint, Augustinum constituisse futuritionem, & praeteritionem in mente, quia extra mentem nihil rei praeteritae, ac futurae, ea agnouit, nam licet cognitio rei praeteritae, & futurae praesens sit, at illa inepra est, ut rem, quae est eius obiectum, denominet, & constituat futuram, aut praeteritam, nam ut expendi, in mea logica, ubi in principio, ut albedo inepta est, ut pallidum constituat, ita cognitio futurum, & praeteritum, & ut albedo constituit album, ita cognitio, & amor rem denominant cognitam, & amatam, non futuram, aut praeteritam.

Qua forma re praeteritam, aut futuram denominet. Ratione a priori est, quia futurum, & praeteritum sunt propriae temporum rationes, & differentiae, & si, quae forma apta est, ut rem, quae erit, denominet futuram, & rem, quae fuit praeteritam, est haec ipsa praesens duratio, comparata cum rebus ipsis, ita ut Antichristus futurus, pro materiali dicat ipsam eius existentiam; pro formali vero, aut connotato, aut hoc tempus antecedens, seu negationem

eius durationis, in qua ipsa erit; pariter Adamus praeteritus pro materiali importat ipsam realem Adami existentiam, pro formali, seu hoc tempus subsequens, seu negationem eius durationis subsequenter ei, in qua ipse fuit.

Exempli gratia, spatium loci, si comparetur cum rebus spatio inferiori praesentibus eas de nominat sursum constitutas, ita in nostro proposito. Qua propter, vel duratio vera, vel imaginaria, seu ipsum instans aeternitati in adaequate sumptum attenda eius virtuali successione, supposita rei denominata existentia in sua temporis differentia, eam commodius poterunt denominare praeteritam, praesentem, aut futuram, prout facta fuerit comparatio.

Modo quaedam obiecta diluenda, & dum ea diluimus, res tota declaranda. Obijcis primo haec est bona causalis, Quia Antichristus est futurus, ille erit, ergo actualis futuritio praesens antecedit realem eius existentiam in suo tempore.

Respondeo primo ex Augustino improprie, & abusive in rigore sermonis dici hanc enunciationem. Antichristus est futurus. Huius rei rationem hanc reddo, nam propria significatio verbi est, destruitur per significationem propriam participij futurus, quia verbum est, importat per suam significationem, aut con- significationem aliquid de praesenti, participium futurus, negat totum, quod de praesenti fuerat importatum, unde ut acute aduertunt Dialectici quidam, Antichristus est futurus, perinde est ac, dicere Antichristus est erit: inde fit propositionem illam, quia est futurus erit, non esse causalem, sed eandem enunciationem diuersis vocibus significatam, ut iam explico.

Illa vero, quia est futurus, cognoscitur a Deo causalis est secundum rationem nostram, non quia actualis futuritio antecedit existentiam rei, sed quia haec ratione nostra supponitur ad scientiam visionis, in quantum omne obiectum distinctum a scientia, propter independantiam in cognosci habet, prioritate rationis in ordine ad illam, ut docui, disput. 5. cap. 3. num. 14.

Respondeo secundo, illud est futurus, per compositam vocem, idem significare, ac illud, erit, per simplicem, nam erit, significat existentiam, conueniens tempus, modo non existens,

83 Nona Theologorum opinio tres continet positiones

August.

85

August.

86

August.

87 Iudicium auctoris,

Respon.

Consut.

Secunda cogitatio.

Instantia.

89 Obijcis

Respondeo Hec enuntiatio. Antichristus est futurus impropria est in rigore, ex August.

90 Hec enuntiatio, quia aliquid est futurum erit, non est causalis. Haec quia est futurus cognoscitur a Deo causalis est aliqua ratione. Respon.

tens quodque supponitur extitutum, ita etiã per illud est, significatur existentia rei, suspensa tamen, & indifferens ad omne tempus, & per futurum, determinatur consignificatio temporis futuri, unde est futurum, idest, existentia futura, quæ etiam, voce incompleta significatur, per erit.

91 Obiectio. Obijcies secundo, quãdo res existit, non est futura, sed præsens, sed aliquando est actu futura, ergo necessario ponenda est actualis futuritio antecedens. Aduerto, qui futuritionem actualem antecedentem rei existentiam omnino illa priorem poneret in mente, propter hoc argumentum præiudicaret libertati, nam ut ipsi fatebantur, hæc actualis futuritio rei in mente, tam strictam habet connexionem cum existentia eius, ut nec de potentia absoluta possit se iungi, quia tam impossibile est, quod factum non fuerit, quam quod futurum non fiat, si igitur futuritio actualis in mente est omnino antecedens existentiam actus liberi, & ea posita non potest non poni actus liber, per talem futuritionem actualem in mente læditur in differentia principij, & libertas actus.

Solutio. Futuritio præsens, omnino antecedens actualem existentiam præiudicat libertati.
 Modo respondeo propositio illa, quando res existit, non est futura absolute prolata, & de existentia primo accepta vera est. Dico de existentia primo accepta, quia ea ut conseruata tempore sequenti, habet esse futuram aliquo modo. Aduerto vero, etiam quando res actu existit, habere id, ratione, cuius tempore antecedenti vere pronuntiamus illam, non solum esse possibilem, sed etiam esse futuram

id autem nihil aliud est, quam ipsa realis existentia, nam ut notabam, illud est futurum duo, significat, primum existentiam, secundum durationem, modo non existentem, & cum res quando existit, habeat existentiam, habet aliquid, ratione cuius propositio de futuro, prolata tempore antecedenti, vera est. Ideo igitur solum propositio falsa est, quia tempus consignificatum non debet existere de præsentibus, imo negatio eius, sed postea extitutum est. Et hæc est ratio à priori, quare futuritio habeat necessariam connexionem cum existentia rei.

92 Quare futuritio necessaria habeat connexionem cum existentia rei. Hæc enuntiatio futuritio aliquando est actu falsa est, quia implicat in terminis, nam cum rei futuritio constet ex existentia rei, & ex negatione durationis illius, in qua erit, est affirmare, simul esse rem existentem actu, & existentem negationem eius, seu existentem negationem durationis in qua ipsa erit. Unde etiam propositio hæc Antichristus est actu futurus, secundum sensum adæquatam implicationem inuoluit. Hæc vero duæ propositiones, prima, Modo est Antichristi futuritio, secunda Antichristus erit, longe distant; nam prima falsa est, obiectum petit de præsentibus, nempe actualem futuritionem, quæ ut dixi implicationem inuoluit, secunda vera, obiectumque absens postea futurum. De hac re iterum redibit sermo cap. 7. & 8.

Cap. 7. Propositiones de futuro contingenti absolute, vel esse determinate veras, vel determinate falsas.

93 Sensus proposita dubitationis

TERMINI titulo præfixi prius explicandi, in quo non abs re, ex obiectis harum propositionum ad earum naturam declarandam, sermonem traducimus, esse propositionem de futuro determinate veram, vel determinate falsam solum sibi vult, exempli gratia, formata hac propositione, Antichristus peccabit, aut eius contradictoria, cuilibet singillatim, & ut distincta ab alia, ita conuenire veritatem aut falsitatem determinate, ut negata falsitate, nõ posset etiã veritas ideterminate, & cõfusse negari, imo eã determinate conuenire, & è conuerso negata veritate determinate, nõ possit, etiam falsitas negari; imo concedendam deterninate esse. In his, si attente consideres, duo asserimus. Primum propositiones ipsas non esse indifferentes, & quasi suspensas ad veritatem, & falsitatem, sed determinatas ad alterum ex his extremis; etenim cũ

ipsæ proptissimè sint propositiones aliquid actu affirmantes, vel negantes, non possunt nõ esse orationes veræ, aut falsæ, hoc est, actu conformes, vel difformes suo obiecto. Secundum veritatem, aut falsitatem non competere illis indistincte, & disiunctim, prout conceptus noster confusus solet significare, cum dicimus alterum ex oculis requiri ad videndum, nec determinate dextrum, nec determinate sinistrum, sed indeterminate disiunctum, & in confusio dextrum, aut sinistrum, in qua enuntiatione de neutro sigillatim, sed de vtroque disiunctim, ut dixi, dicitur necessarium esse, ad videndum. Itaque in titulo præfixo affirmamus, cuicumque designatæ ex his propositionibus veritatem determinate, aut falsitatem determinate competere, & licet nos diiudicare non valeamus; Vtri earum propositioni efformatæ conueniat, quia cognitio nostra rei contingenti existentiam spatio temporis di-

distantem, non assequitur: at Deus cui omnia adsunt, clare videt in vna quaque ex his aut veritatem in ipsa existentem, aut falsitatem, quippe, qui attingit omnia prospectu suo à fine vsque ad finem.

94 Sententia affirmans eligitur

Conimbr.

- Boetium.
- Iandunus.
- Burleus.
- Tarracetus.
- Essephanus.
- Barricetus.
- P. Suarez.
- Scotus.
- Okamus.
- Gabrielus.
- Marfil.
- Maior.
- Ricardus.
- Corduba.
- P. Vazquez.
- Capreolus.
- Sotus.
- Holcorus.
- Zamel.
- Aluar.

Hanc igitur sententiam affirmantem, sic explicatam, nos amplectimur cum communiori nobiliori que Theologia, atque Philosophia propterea quosdam solum referam recentiores, in quibus antiquiores continentur. Primum Conimbricenses in logica lib. 1. Periherm. capit. 8. quæst. vnica artic. 4. vbi habes pro ea Boetium, Iandunum Burlæum, Tartaretum, Alenssem, Bonauenturam, Gregorium, quandam etiam Stephanum Burleserum affirmantem, nescio, quo fundamento, oppositam Romæ fuisse damnatam. Secundo P. Franciscum Suarez, lib. 1. sæpè citato de absoluta sciencia futurorum, cap. 2. vbi præter dictos habes Scotum Okamum, Gabrielem, Marsilium Maiorè, Ricardum atque Cordubam, Deinde P. Vazquez in hac 1. part. disput. 66. cap. 2. vbi præter dictos habes Capreolum, Sotum, Holcotum, è recentioribus huius sæculi thomistis à nobis est Zumel, tom. 3. variarum, disput. 3. §. resolutio, conclus. 3. Etiam allegari potest Didacus Aluarez, lib. 2. de auxilijs, disput. 13. conclus. 1. quatenus, etsi ante decretum diuinum, quod ipse ponit, constanter negat, aliquam ex his propositionibus esse determinate veram, aut determinate falsam, at post decretum, & in quolibet instanti temporis, quia in quolibet est decretum Dei, sententiæ nostræ assensum exhibet.

95 Probatio ex patribus.

Probatum est efficaciter primo ex ea Patrum sententia, peritiorumque Theologorum, non ideo hæc contingenti esse futura, quia præsciuntur à Deo, ne præscientia natura antecedens impedimento sit eorum contingentie, sed è conuerso, ideo ea præsciri sciencia visionis, quia ipsa determinate futura sunt, ex libera suæ causæ determinatione in vnam partem, & ut ideo sciencia simplicis intelligentie cognoscit creaturas posibles, earumque naturas, quia ipsæ posibles, talisque naturæ sunt, ita in nostra sciencia visionis, hanc vero esse communem Patrum sententiam, grauiorumque Theologorum ex professo ostendo infra disput. 10. cap. 1. Modo eam subsumo, & sic nostram sententiam ex illa infero. Si hæc futura, prius ratione, quam præsciantur à Deo sciencia visionis, habent iam aliquid esse determinatum, à suis liberis causis determinandis, simul concurrente Deo, quo quomodo concurrat, ergo propositio, quæ affirmauerit, tale esse determinate futurum, v. g. Antichristus erit, est determinate vera, & negans, determinate falsa; sicut in sententia aduersariorum, vel

96 Probatio ratione.

post hanc scienciam, quam dicunt esse causam futurorum contingentiũ, aut post decretum, habent determinatam veritatem, ita in hac sententia ante illam, quia sciencia visionis non est causa, imo cum opposita causalis vera sit ratione nostra, determinatio obiectiua contingentis futuri præsupponitur ad hanc scienciam. Hic aduerte nos, non constituere determinationem obiectiuam, seu futuritionem contingentiem, sine causa, nam cum futuritio includat existentiam rei, vt explicui, cap. 6. nu. 55. & 56. & cum omnis rei creatæ existentia sit ab alio, nõ potest esse futuritio sine causa, potest tamen esse sine causa prædeterminata indifferentiam principij liberi euertente, qualis est præscientia, si natura præcedit, aut decretum absolutum. Damus ergo causam obiectiuæ determinationis futuri contingentis, liberam tamen, & indifferentem, qualem exigit natura eorum. Hoc admonuerim, quia sæpè audiui viros alias doctos id nobis imponentes, rati nostram in hoc deficere sententiam, sed patienter in allucinationem.

97 Secundo probo demonstratione theologica, hæc propositio, Antichristus erit, est de fide, ergo est determinate vera, & in quacumque mente sit, ei annexatur veritas determinata, necesse est, & contradictoria eius est determinate falsa, at sunt de futuro contingenti absolute, vt constat, ergo &c. Confirmatur Deus intuens hanc propositionem, in cuiuscumque menti existat, videt ei determinate competere, esse conformem suo obiecto, & contradictoriam esse difformem, ideoque præcipit Deus suis Prophetis passim in sacra scriptura suo nomine id genus futura contingentia vulgari, non autè id præcipere, si nõ essent determinate vera. Quis hoc nõ videat? si ei effulsit lumen fidei! Confirmo secundo, cap. 2. demonstrauimus omnes res, quæ aliquando existunt, contineri intra plenum æternitatis instans, non tamen ei coexistere ab æterno, seu ex æternitate. Tunc sic Dei sciencia ab æterno, & ex æternitate, cum antecessione infinita ad peccatum Antichristi, habet hoc iudicium Antichristus peccabit, ergo illud determinate verum est, & eius contradictorium determinate falsum. Pariter, quæcumque mens existens ante Antichristi tempora pronunciet affirmantem propositionem verum habet iudicium, & negans falsum; nec enim propositio ideo est vera, aut falsa, quod ab hac vel illa mente proferatur, sed quod obiectum ita est, aut non est, sicut affirmat, aut negat propositio.

Concedet Aluarez totum, dicit vero id ita esse propter decretum absolutum antecedens, lib. 2. de Auxilijs, disput. 13. Sed contra hoc decretum pugnauimus supra, cap. 3. Deinde Tertia.

Confir. 1.

Responso confutato.

98

Tertia ratio, quam iam eformo, probat nos- tram se attentionem, etiam secluso decreto abso- luto, pro quodam rationis priori ante libe- ram determinationem Dei.

Tertio proba demonstratione naturali, Anti- christus in quacumq; determinata duratione, aut peccat, aut non peccat, nam vel in ea dura- tione existit peccatū, aut nō existit, in duratio- ne namq; indivisibili quodlibet est, aut nō est, non nego, in instanti reali atque indivisibili duo esse rationis & naturę signa. Primum quo intelligimus Antechristi voluntatem indif- ferentem, & præscindentē a peccato, & nega- tione peccati. Secundum posterius, quo eam intelligimus, ut iam in re est determinata ad alterum ex extremis contradictorijs, nem- pe ad peccatū, seu negationē peccati, nec ne- go pro eo signo priori rationis indifferentiæ so- lum affirmari posse, disjunctum illud peccatū erit, vel nō erit; illud tamen nō est cōtingens, de quo est sermo noster, sed necessariū; contin- gens enim est illud, quod cum sit, potuit nō es- se, at illud disjunctum, erit, vel non erit peccatū, nunquam potuit non esse, sed affirmo in qua- cumque reali duratione, siue ea diuisibilis sit, siue indivisibilis, prout complectitur omnia rationis signa, quæ intra illam continentur, vel peccatum Antichristi determinatē existere, vel negationem eius, id, quod clarius est, quā ostēdi possit: ratio a priori est, quia etsi causa priori natura sit indifferens, neque potius ne- gatio peccati, quam peccatum determinationem habeant, ex causa antecedente, at re vera in ista mensura alterum illorum determi- natē existit, licet neutrum necessario, aut pec- catum, aut negatio peccati. Tunc sic, ergo hæc propositio *Antichristus peccabit* prolata tem- pore antecedenti est determinate vera, si tem- pore subsequenti existet determinatē peccatū, est enim conformis suo obiecto, quippe quæ non affirmat, aut peccatum, aut negationem peccati determinate existere pro signo ratio- nis, seu naturæ indifferenti, sed indeterminate, reali duratione puta si dicat propositio, *Anti- christus peccabit instanti*. A. pariter si non exi- sit, est difformis ob eandem rationem; est ergo determinate falsa, & contradictoria de- terminate vera. Hac etiam ratione hæc propo- sitio *Adam fuit* est determinatē vera, & si ob- iectum eius modo non existat, quia tamen in sua differentia tēporis ei respondet, determi- natē existēs, ut enunciatur propositio; hæc ratio, ut mihi videtur, rem demonstratiue declarat.

99 Quid Ari- stot. iense- rit.

De Aristotele quid in hac parte sēserit, cōtro- versum. Nominales varijs expositionibus vtū- tur, ut eum vel intuitum trahant in nostram sententiā, sed eas vanas esse, cōstavit legēti. Ari- stotelem non refero, nec refello, quia id opti- me præsitūm a nostris Theologis: legantur P.

P. Suar.
l. 1. cap.

Suarez, & P. Vazquez supra. Non mirandum, si Arist. erret, qui plures in hoc ex gentium Phi- losophis hausit errores, providentiam, & præ- scientiam Deo negantibus. Tres ego errores ^{Tres Ari- stot. erro- res.} in eo deprehendo. Primus contra fidem nos- tram, dum eorum præscientiam Deo negat. Secundus in Philosophia, quatenus asseruit disjunctum illud solum in rebus esse, *erit, vel non erit*, cum tamen disjunctum illud solum a nobis concipiatur, dum rem confusse concipimus; quippe inuoluit indeterminationem, & rationem quandam vagam, quæ solum esse potest in mente concipientis, non in rebus; etenim ut ostendi alterum ex extremis contra- dictorijs debet determinate existere in qua- cumque reali temporis mensura, hoc non ni- hil indicat Aristotelem solum locutum de fu- turo contingenti formaliter, secundū eam cō- tingentiā, quam in causa habet, quā ego ratio- nem Aristotelis interpretandi fui in logica am- plexus. Tertio erravit in dialectica. Nam con- celsit has propositiones. *Omnis homo peccabit cras, aliquis homo non peccabit cras*, contradic- torias esse; ac proinde alteram veram, alteram falsam, & negavit de singularibus, nam cum propositio vniuersalis, propter suppositio- nem distributiua descendat ad omnes propo- sitiones singulares, & propter earum singu- larem veritatem, aut falsitatem, vniuersalis vera, aut falsa existat, non potuit in bona dialectica affirmare, propositionem vniuersalem ve- ram, aut falsam, habereque contradictoriam, & negare de propositione singulari.

Grauisimi e nostris scriptoribus adhæse- runt in hac parte Aristoteli, saltem in phrasi, ij sunt P. Molina, hic disput. 17. §. verum ta- men contingentia, & disput. 18. num. 1. P. Fon- seca, lib. 4. met. cap. 7. in explanatione textus, & tertio institutionum, cap. 6. Pererius in Da- niclem supra illa verba *responderunt Chaldaei*, Henricus Enriquez, tom. 2. lib. de ultimo fine hominis, cap. 4. Bellarm. tom. 3. de Gratia, & libero arbitrio, lib. 4. cap. 4. & 15. Toletus ad cap. 8. Perhierm. Hi tamen, si attente expen- dantur, solum voluerunt, has propositiones, in quantum regulantur per esse, quod in causa habent futura contingencia, nec determinatam veritatem, nec falsitatem habere posse, at ab eo non possum eos excussare, quod truncatam mutilamque tradiderint doctrinam, quod alteram partem non declarauerint, nempe has propositiones, ut regulantur a determinato, esse obiecti, vel a determinato non esse, ha- bere veritatem, aut falsitatem determina- tam, alienos contra nos opinantes, mitto ip- si se satis produunt.

Pro diluendis argumentis contrarijs, & con- cordia libertatis, & præscientiæ infallibilis Dei instituo caput, quod sequitur.

Cap.

Cap. 8. Concordia infallibilis præscientiæ Dei, de futuris con- tingentibus cum libertate.

101



Quare di- nitium in- titium su- gere non possint su- tura.

OBVS capitibus proxime præ- cedentibus explicui, tum obiecti- uam veritatem horum futurorū, quæ nihil aliud est, ut constat ex cap. 6. quam ipsa rei futuræ deter- minata existentia, quæ erit in mensura dura- tionis propria, tum formalem veritatem enun- tiationum de futuro, quæ ut constat ex capi- te superiori nihil aliud est, quam cōformitas, quam propositiones habent cū obiecto prius duratione, quam ipsum existat. Et licet non facile a nobis percipiatur, quo pacto fieri pos- sit, ut res, quæ nunc nō habet existentia, modo sciatur existens pro sua temporis differentia, propter quam rationem non dubitavi affirma- re cap. 1. non esse demonstrabile ratione natu- rali, hæc futura a Deo sciri, ante quam in se sint. Nihilominus cum scientia Dei sit in ratione sciētiæ omni ex parte infinita, eam la- tere non potest, hoc esse determinate, & si modo non sit, quia futurum determinate est; nam ut facultas videndi propter perfectionē, qua superat reliquos sensus externos, porri- git se ad videndum res, longo loci distantes intervallo; ita virtus cognoscendi diuina prop- ter infinitam, qua pollet, perfectionem, por- rigit se ad obiecta infinito temporis spatio distincta, quin ea impedimento sit, quo mi- nus pertingat determinatam cognoscibilita- tem, quo suo tēpore habebunt, ut magis expli- co in progressu cap. nostri, idque sibi voluit D. Thomas in suo 13. in eis verbis. *Sed etiā quia eius intuitus fertur ab aeterno super omnia, prout sunt in sua presentia. Quæ saepe explicui supra. Modo noto illud ab aeterno referri ad intuitum Dei, quia solus ille est ab aeterno, illud prout sunt in sua præsen- tia ad mensuram propriam futurorum, quia solum habent existentiam, dum in se du- rant, ergo intuitus, qui est ab aeterno, hoc est infinita duratione antecedens existentiam fu- turorum, deuisa difficultate intuendi res, spa- tio durationis infinito distantes, ea penetrat, suæque menti presentia facit.*

D. Thom.

102

Quare D. Thom. exi- gat coexis- tentiā fu- turorū in- aternita- te, ad eorū cognitio- nem.

Sed non abs re petat verus Thomista, qua- ratione, si hæc ita sunt, ut præcul dubio sunt, Diuus Thomas quotiescumq; sermonē insti- tuit de hac futurorū intuitionē, mentione m- facit coexistentiæ earum in aternitate? Maxi- me cum ea cōexistentia nihil referat, ut do- cuit cap. 5. num. 94. Difficilem in hac parte mentem Diui Thomæ ita intelligo. Duo sunt necessaria, ut futura contingencia ante quam in se sint, videantur. Primum ex parte ipso-

rum; scilicet veritas obiectiua determinata. Secundum ex parte cognoscentis, videlicet infinita virtus cognoscendi; nam a finita virtu- te, seclusa eleuatione, superari non potest dif- ficultas, quæ consurgit ex spatij temporis dis- tantia. Hanc ergo difficultatem ea solum scien- tia vincere potest, quæ suapte natura perit æternitate mensurari. Quo fit optime Diuū Thomam exegisse coexistentiam aliquam ob- iecti cum sciētia in eandem mēsuram; nam vt sola scientia Dei, ex sibi intrinseca perfec- tione sibi vendicat coexistentiam cum omni futuro, ita ea sola cōnaturaliter potest vsque ad existentiam futuram se penetrare.

Ex his omnimodam certitudinem, & infal- libilitatem sciētiæ Dei circa hæc futura col- ligo. Distinxi futura in duplici differentia, priora, quæ a solo Deo procedunt, & deno- minatiue contingentia sunt, posteriora, quæ a Deo, & voluntate creata, & in se contingencia sunt. Vide cap. 3. num. 27. Priora a scien- tia simplicis intelligentiæ dirigente, & a decre- to efficaci applicante, & determinante om- nipotentiam ad operandam suo tempore acce- perūt esse. Itaq; hæc, his positis ex parte Dei, & sunt futura per suamet ipsorum existen- tiam, & negationem eius antecedentem, ut ex- plicui, c. 6. nu. 5. & 56. & a decreto illo effica- ci, quasi efficienter etiam futura sunt imme- diate in quodam posteriori rationis, incipit in Deo horū scientia visionis. Quæ sanè eandem habet infallibilitatē, immutabilitatē, atq; cer- titudinem in sua veritate, quam decretum effi- cax cum suo effectu. Nam primo, ut decretum illud in quantum liberum, ita est in Deo, ut simpliciter potuerit non esse, ita scientia hæc ut visionis est, ita est in Deo, ut potuerit ab- solve non esse. Secundo ut decreto illo po- sito, infallibile, atque necessarium est effec- tum poni inenitabiliter, & immobiliter, ita posito effectu, esse in Deo scientiam hanc vi- sionis infallibile est, atq; necessarium immobi- liter, & inenitabiliter. Tertio ut repugnat, Deum non durare in æternum, nulla interpo- sita mutationē in decreto, quod habuit ab æterno, ita in scientia, ergo eius veritas est om- nino infallibilis; certa, atque necessaria ex sup- positione, quod est.

103 Certitudo omnino in fallibilis sciētiæ Dei colligitur

Explica- tur infalli- bilitas sci- entie com- paratione decreti ef- ficacis.

In posterioribus futuris res obscurior est. Pro declaratione distinguenda in Deo duplex voluntas, alia efficax creandi liberum arbitriū, alia concurrendi cum eo, toties, quoties ipsi libuerit. Hanc satis explicui supra capi- te 3. Hæ voluntates licet non sint ita neces- sario,

104

Voluntas Dei creandi liberum arbitrium ex natura rei connexionem habet cum voluntate concurrendi.

105 *Infallibilis obiecti scientia Dei explicatur*

Ansel.

Idem est obiecti formale propositionis de presenti, de preterito, & de futuro.

sario connexa, vt secunda, a prima separari nequeat per absolutam potentiam; at ex natura rei habent connexionem inter se, nam vt liberum arbitrium creatum suapte natura operatum est, petitque concursum Dei. ita voluntas producendi illud, petit voluntatem cooperandi.
Hac voluntate presupposita, etsi agitur de actibus supernaturalibus, proposita elevatione necessaria, ad hoc vt liberum arbitrium constituatur in actu primo sufficienti proximo in ratione causae secundae, actus liber futurus a duplici illo principio, scilicet a libero arbitrio, in actu primo constituto, & a concursu ex parte Dei oblato, pro qualitate actus efficiendi ipsi proportionato, ille actus in quocumque durationis momento, vel existit determinate, vel negatio eius, vt ostendi capite 7. ratione 3. Quod si actus existit, puta in instanti, D, ipsum exiturum instanti, C, verum erit, & in instanti, A, & ab aeterno: pariter verum est, ipsum habere obiectivam cognoscibilitatem determinatam, & latere non posse intuitum Dei infinite perspicacem, vt dicebam in principio huius capitis. Idem est iudicium, si negatio eius actus existat. Quo fit primo, vt potuit absolute non existere determinate actus, aut determinate negatio actus, ita potuisset Deum non videre determinate actum, aut determinate negationem actus. Fit secundo, vt implicat ex suppositione, quod existat actus determinate in instanti, D, eum non existere in instanti, D, & vt ex illa suppositione hoc a deo est firmum, & necessarium, vt nec de potentia absoluta effici possit, vt non existat in instanti, D, ita in scientia Dei visionis, ex eadem suppositione implicat, tum non esse, tum non esse veram, non certam, non infallibilem, etiam in ordine ad potentiam absolutam. Anselmus lib. de Concordia praescientiae, & praedestinationis, &c. capite 2. necessitatem hanc his verbis expressit. *Non enim aliud significat hac necessitas, nisi quia, quod erit, non poterit simul non esse.*
Itaque antequam existat actus ille liber in instanti, D, verum est, illum exiturum etiam ab aeterno; vt cum existere verum est, si proferatur propositio in eodem instanti, & vt verum etiam est, illum exiturum toto tempore subsequenti: Vnde licet propositiones ex appellentur de futuro, de praesenti, & de preterito, eandem prorsus enuntiant veritatem ex parte obiecti, & idem habent formale obiectum, scilicet eandem actus liberi existentiam in eodem instanti, D, & ideo solum prima appellatur de futuro,

quia duratio, in qua ipsa est in mente indicantis, est antecedens ad durationem, in qua existit actus liber, & pro qua eum existere affirmat: Secunda dicitur de praesenti, quia duratio in qua iudicium existit in mente, est coexistens durationi, in qua existit actus liber, & pro qua existere affirmat: tertia dicitur de preterito, quia duratio in qua iudicium est in mente, est posterior duratione, in qua actus liber existit, & pro qua existere affirmat. Haec, si verses attenda mente, non modicam rei lucem adferunt. Ex quibus fieri videtur, quod vt eadem res significatur, & affirmatur ab his propositionibus, idemque tempus significatur ex parte obiecti ex eadem suppositione existentiae rei, haec propositiones sumunt suam veritatem, & certitudinem, ita nec esse in se specie distinctas, nec inaequalem continere veritatem in certitudine, & immutabilitate. Imo eandem numero propositionem, si per horam duret, & affirmet existere actum liberum in puncto dimidia hora, in eius initio denominari posse propositionem, de futuro in puncto medio de praesenti, ad finem de preterito.
Contra hanc doctrinam est difficilis obiectio ex Diuo Thoma in hoc articulo decimo tertio, in responsione ad secundum, vbi post impugnatas aliorum solutiones, hanc ipse subiicit argumento, quod proposuerat. *Vnde dicendum est, quod antecedens est necessarium absolute, nec tamen sequitur (vt quidam dicunt) quod consequens sit necessarium absolute.* Antecedens vero, de quo ibi loquitur Sanctus Thomas, est haec propositio de preterito, *Deus scivit hoc esse futurum.* Consequens vero *Ergo hoc erit.* Vbi propositioni de preterito contingenti, maiorem dat necessitatem, quam propositioni de futuro contingenti; nam illam appellat absolute necessariam, non hanc.
P. Suarez supra c. 9. §. Solutio 3. n. 12. & 13. explicans hoc testimonium, etiam concessit maiorem esse necessitatem in propositione de preterito, quam in propositione de praesenti, & de futuro, quod etiam videtur obstare nostrae doctrinae. Et probat quia haec propositio, *Adam fuit*, si in praesenti tempore est vera, in omni tempore subsequenti, etiam per totam aeternitatem erit vera; nam si hoc tempus praesens est posterius, omne tempus subsequens posterius necessario erit, ergo iam nullum tempus restat, nec restare potest, in quo vera non sit. Propositio vero de praesenti, & de futuro, in aliquo tempore falsa est, quia aliquod tempus subsequens, est praeteritum, & in eo falsa est propositio de praesenti:

Haec propositiones non distinguuntur specie.

Eadem numero propositio potest denominari de praesenti, de preterito, & de futuro.

106 *Obiectio a S. Thom.*

P. Suarez. *Explicatio P. Suarez.*

107 *Anselm. D. Thom. Non placet.*

Aequalis esse firmitudine veritatis in propositione de praesenti, de futuro, de preterito.

August.

108

praesenti: item quia aliquod tempus subsequens est praesens, aut praeteritum, in eo falsa est propositio de futuro. Vnde inaequalis est veritas in his propositionibus, ac in propositione de praeterito.
Verum vt reor doctrina haec, etsi subtilis, nec rem exhaurit, nec altam Diui Thomae mentem. Et primo eam video esse contrariam Anselmo vbi supra, qui vt aequalem necessitatem ponit in obiectis harum propositionum, ita aequalem veritatem in ipsis. Et re vera id euidentissimum mihi est, nec id inficiatur P. Suarez: etenim necessitas omnis duplex solum est, Prima antecedens, Secunda sequens. Vtramque declaro, aureis verbis Anselmi. *Ortus vero solis duabus necessitatibus futurus esse intelligitur, scilicet, & praecedente, quae facit rem esse, ideo enim erit, quia necesse est, vt sit, & sequenti, quae nihil cogit esse, quoniam id circo necessitate futurus est, quia futurus est, &c.* Atqui nulli actui libero necessitas antecedens competere potest, vt demonstraui cap. 2. & 3. ergo in omni actu libero solum est necessitas consequens, ac proinde in omni actu libero, siue praeteritus sit, siue praesens, siue futurus solum est ea necessitas, quae sumitur ab eius existentia in propria mensura, ergo in omni propositione solum est ea veritas, quae radicari potest ab eadem existentia, ergo aequalis. Quod sic affirmat iterum, & expresse Anselmus, *Pariter autem verum est, quia fuit, & est, & erit: aliquid enim est ex necessitate, & quia necesse est fuisse omne, quod fuit, & esse, quod est, & futurum esse, quod erit, quippe non est idem, rem esse praeteritam, & rem praeteritam esse praeteritam, aut rem esse praesentem, & rem praesentem esse praesentem, aut rem futuram esse futuram, sicut non est idem, rem esse albam, & rem albam, esse albam &c.* In quibus tam expresse constituit parem veritatem in assensibus, qui dicuntur de praeterito, de praesenti, & de futuro, & parem necessitatem in obiectis ex suppositione existentiae in sua mensura, vt nullus relinquatur tergiversandi locus. Idem docuit Diuus Augustinus lib. 26. contra Faustum, capite. 4. ibi: *Tam non possunt futura non fieri, quam non fuisse facta praeterita.*
Ex qua doctrina hanc formo rationem pro nostrae confirmatione. Propositio est vera, vel falsa ab eo, quod res est, vel non est, vt illa enunciat, ergo etiam veritas illius erit magis, aut minus necessaria, a maiori, vel minori necessitate rei enunciatae. Hac ratione haec propositio, *Antichristus est animal rationale*, simpliciter continet veritatem ne-

cessariam, non vero haec *Antichristus existit*, quia magis necessaria est connexio identitatis inter Antichristum, & eius naturam, quam connexio eiusdem Antichristi, & exercitium existendi extra causas. Tunc sic, Antichristus existens, siue comparatur cum tempore antecedenti, siue cum praesenti, siue cum subsequenti, eandem retinet necessitatem existendi in sua mensura, ergo propositio de praesenti, & de futuro aequalem habet, imo potius eandem veritatem cum propositione de praeterito. Minorem declaro ratione Anselmi; sicut actus praeteritus non fuit ex necessitate praeteritus, quia potuit non esse praeteritus, at quod actus praeteritus, sit praeteritus necessarium est, ita actus praesens, & futurus non fuit ex necessitate praesens, aut futurus, quia potuit nec esse praesens, nec futurus: at quod praesens sit praesens, & quod futurum sit futurum, quia a parte subiecti inuoluitur suppositio, necessarium est, ergo propositiones haec *Adam fuit, Christus est, Antichristus erit*, aequalem habent veritatem, atque necessitatem.
Non ideo nego, quod dicebat Pater Suarez, aliquid speciale esse in re praeterita, *Numquam enim fieri potest (ait Anselmus) vt res quae praeterita est, fiat non praeterita sicut res quaedam, quae praesens est, potest fieri, non praesens, & aliqua res, quae futura est, potest fieri, vt non sit futura.* Sed nego hac ratione, aut in ipsa re praeterita esse maiorem necessitatem obiectivam, quam in praesenti, & futura; aut in ipsa propositione de praeterito, magis necessariam veritatem, quam in de praesenti, & futuro: Etenim solum sibi voluit Anselmus id, quod omnibus conspicuum est, scilicet in re praeterita, iam impossibilem esse aliquem temporis decursum, in quo praeterita non sit, quatenus Deus efficere non potest, quod non sit elapsum iam omne tempus, in quo Adamus erat futurus, & praesens; in re autem praesenti, & futura, hoc fuit naturaliter ipso temporis elapsu. V. G. actus amoris durans per horam, A, in hora, B, praeteritus est, & is erat futurus in hora, A, & praesens in hora, B, & praeteritus in hora, C. Ex hoc autem non fit, propositiones de praeterito, de praesenti, & de futuro, quae versantur circa hunc actum amoris, non esse aequalis necessitatis. Quod sic ostendo. vel loquimur de propositione mentali, vel de vocali. De mentali pone illam durantem per tres horas, & affirmantem amorem Dei existere per horam, B, nullam in ipsa facta mutatione, tempore elabete, in hora,

109



ra, A, dici debet propositio de futuro, in hora, B, de presenti in hora, C, de praterito: illud enim iudicium solum affirmat indiuisibiliter, atque directe amorem Dei existere in hora, B, quod verum est, etsi id affirmetur, in tempore antecedente ad eam horam, etsi in coexistente, etsi in praterio, & ipsa eademque propositio adibus reflexis nostris, qui versantur circa eam, tanquam circa obiectu, denominari potest propositio de futuro, de presenti, & de praterito, fundamentum desumpto ex solo temporis elapsu. Instantiam habemus manifestam in visione Dei, visionibusque Beatorum, quae modo ut intuentur Antichristum, dicuntur a nobis iudicia de futuro, ut Christum de presenti, ut Adamum de praterito, cum tamen semper una visio perseveret, atque adeo eadem veritas.

De vocali, in qua solum est veritas, tanquam in signo, seu instrumento exprimente veritatem mentalem internam, eadem fere est ratio quoad hanc considerationem, nam si proferantur a iudicante, idem iudicium expriment, et si diuerse sonent voces.

110 At in his, illud notatu dignum, quod ultra rei existentiam, quam significant esse pro tempore determinato, & voce significato, con significant tempus, in quo formatur propositio, quia diuersum est in propositione de praterito, in propositione de presenti, in propositione de futuro, ideo existimo quandam diuersam ab eis con significari veritatem. V. G. haec propositio *Adam fuit in instanti, A*, prolata a iudicante, non solum affirmat existentiam Adami in instanti, A, sed etiam con significat, & simul innuit tempus, in quo ea profertur a iudicante esse posterius, relate ad instans, A, in quo Adamus habuit existentiam praesentem. Item haec *Christus existit in instanti, A*, non solum significat, & affirmat Christum Dominum existere in eo instanti, sed etiam con significat, & innuit instans, in quo profertur ea propositio esse coexistens, idemque cum eo, in quo Christus existit. Denique haec propositio, *Antichristus erit in instanti, A*, non solum significat & affirmant eius existentiam in eo instanti, sed etiam con significat, & innuit eam durationem, in qua propositio eformatur esse antecedente ad instans, A, in quo Antichristus existit. Itaque propositiones vocales duas significant veritates, & duo expriment, iudicia in mente proferentis existentia, aliud expresse, & directe, scilicet rem futuram existere in aliquo tempore, vel determinato, vel indeterminato, prout apponuntur termini, tempus significantes: aliud implicite, & per temporis con significationem, scilicet tempus,

in quo profertur propositio, aut esse antecedens, aut coexistens aut subsequens ad tempus, pro quo affirmat rem existere. Quod probat hac ratione, saepe enim accidit, aliquem cognoscere, & etiam intueri rem existentem certo tempore & ignorare an res illa coexistat iudicio quo intuetur ipsam existere, nam contingere potest, quod intuitio rei coexistat & non coexistat rei intuitiue cognitae, ita contingere potest, quod una veritas manifesta sit, scilicet existentia rei in suo tempore, & alia lateat, scilicet coexistentia iudicij, aut non coexistentia.

Secundo, quia iudicium de coexistentia propositionis cum re cognita est actus reflexus, & a parte subiecti cognoscit ipsam propositionem, & eius durationem: a parte praedicati existentiam rei, quae est obiectum primae propositionis, & durationis eius, & facta inter illas collatione, elicit iudicium, quo affirmat, aut propositionem suam antecedere, aut coexistere, aut subsequi existentiam obiecti, ergo haec secunda propositio diuersa est a priori.

Ex quo colligo in prima illa propositione, in qua tota versatur difficultas, nullum esse discrimen quoad necessitatem veritatis inter propositionem de praterito, ex una parte, & inter propositionem de presenti, & de futuro ex alia: in secunda vero veritate, quam suppressa con significari diximus, propositionem vocalem locum habet, quod dicebat P. Suarez supra, nam quando erga rem praeteritam formamus iudicium, & proferimus eam fuisse; ut cum dicimus *Adam fuit*, verum est omne tempus, in quo proferri potest, & iudicium circa illam formari, esse subsequens, atque adeo nunquam iam falsam esse posse, cuius ratio ea est, quia Deus efficere non potest, quod tempus re producatur illud ipsum, quod coexistit rei futurae, aut quod antecessit, ac maxime, cum ea, aut coexistentia, aut connexionem, quam habuit: Erga rem vero praesentem, & futuram res aliter se habet, ut satis liquet ex dictis.

Ex quo etiam praetermissis modo varijs expositionibus, quas refert, & adhibet P. Suarez, ego sic colligo mentem Diui Thomae, in verbis in obiectione relatis. Et noto primo illam propositionem *Deus sciuit, Petrum peccaturum in instanti, A*, duos habere posse sensus. Primus, in Deo esse scientiam eius peccati, in eo instanti. Secundus, hanc scientiam esse praeteritam, hoc est extitisse aliquando, modo vero non existere. In primo sensu vera est propositio. In secundo falsa, quia scientia Dei, cui semel competit existere, non potest competere iam negatio existentiae, propter eius inuariabilitatem, & durationem aeternam. Unde in rigore haec propositio. *Deus*

Contingere potest intuitio-existentia rei certo tempore, & ignorantio. An id tempus coexistat inuentioni.

111 *Vna veritas semper est aequalis non alia.*

Mentis B. Thomae explicatio.

Propositio scit Petri peccatum, & Deus sciuit, eundem reddunt sensum: imo cum comparatione scientiae Dei non sit proprie, & intrinsece praeteritum, atque futurum, melior. & prior locutio est, scit, quam Deus sciuit, nam si per hanc Deus sciuit aliquod speciale significare velimus, ultra id, quod per propositionem de presenti significatum erat, non possumus, non agentes de scientia Dei, falsum reddere sensum. Ex quo euidenter fit propositionem de praeterito non habere maiorem necessitatem, quam propositionem de presenti in scientia Dei.

112 Ex quo noto secundo aliud intendisse D. Thomam cum dixit in obiectione illud antecedens, *Deus sciuit Petrum peccaturum*, esse absolute necessarium; nam cum scientia ipsa Dei, respectu cuiuscunque obiecti existentis, in quacunque temporis differentia existat, eadem habeat necessitatem, ut manifeste monstrabimus, non diceret antecedens esse simpliciter necessarium, non vero consequens, eo quod nostra propositio vocalis de praeterito falsum sensum iam continere non possit, pro de praesenti, & de futuro, hoc enim parui momenti est, nec ad rem praecipua spectat, ut dixi.

113 His positis, veram sic ego adhibeo expositionem ex eleganti doctrina Caietani 1. parte quaest. 19. art. 3. ad sextum; ubi assignans discrimen inter scientiam Dei liberam, & actum voluntatis liberum, ait, ad hunc nullam posse supponi antecedentem suppositionem, ex qua inferatur necessario actus sine prauidio libertatis, bene vero ad scientiam liberam, haec autem suppositio antecedens ad scientiam, nihil aliud esse potest, quam ipse actus existens in sua differentia temporis in ratione obiecti scientiae Dei, nam ut saepe docui, omne obiectum a scientia distinctum in ratione obiecti praecedit scientiam aliqua prioritate rationis; facta vero illa antecedenti suppositione, necessariu simpliciter est illud obiectu sciri a Deo, propter infinitatem virtutis sciendi. Quo fit scientiam Dei magis necessariam esse, quam peccatum futurum, quia ad hoc nihil praecedit, ex praerequisitis, ex quo necessario inferitur; ad scientiam vero praecedit aliquid ex praerequisitis ex quo necessario inferitur, & in hoc sensu, concedo antecedens illud, *Deus sciuit Petrum peccaturum* esse ex antecedente suppositione simpliciter necessarium, ut dixit D. Thomas, consequens vero scilicet *peccatum Petri erit*, non ita. Aduerto; cum dicimus, antecedens illud esse necessarium, nec D. Thomae, nec mentis nostrae esse, inter scientiam liberam Dei, & naturam eius, esse connexionem omnino, & simpliciter necessariam, prouenientem ex natura intrinseca extremorum, qualis est inter Deum

& scientiam possibilem, hoc enim constat falsum esse, sed solum facta aliqua suppositione, ratione nostra antecedente, iam intercedere connexionem necessaria inter Deum, & scientiam eius liberam.

Ex his denique liquet concordia praescientiae Dei, & libertatis creaturae, quam ita declaro, a priori, quia secunda causa horum futurorum est voluntas creata, praesto voluntatem concursu causae primae, exhibito per voluntatem Dei; ut explicavi supra art. 3. cap. 3. ideoque haec praescientia libera, nullo modo est causa eorum, nec totalis, nec partialis, nec conditio se tenens ex parte causae, quod a Deo verum est, ut si Deus per impossibile non foret futurorum praescius, ea non secus euenirent, ac modo eueniunt non aliter, ac nobis ignorantibus succedunt contingetia, ut late demonstro disp. 10. cap. 1. Quod si Deus non est causa per praescientiam, sed ea mere se habet speculatiue euidentis est, ipsam non posse contingetibus necessitatem inferre, nam ea quae a suis principijs fluunt contingenter eis non mutatis, aut alteratis, & seruato modo procedendi iuxta exigentiam principiorum ea contingenter procedant, necesse est. Hac ratione, non quia Dominus praedixit Petro, ab eo se negandum, ideo fuit negatio, ergo pariter in praescientia Dei.

A posteriori probatur, quia si scientia visionis Dei foret causa futurorum, eaque natura antecederet, ut praemotio physica ex parte principij praedeterminans, & decretu efficax libertatem euertunt, ut ostendi c. 2. & 3. ita praescientia. Unde Philophi antiqui Ethnici, & nostro tempore haeretici, ut libertatem conseruent, praescientiam negarunt. Porro, foret peccatorum causa, quae incommoda ut fugeret Patres referendi infra disp. 10. c. 1. dixerunt non ideo haec esse futura, quia Deus praescit, sed e conuerso, eorum praesupposita futuritione obiectiua, prius ratione tanquam obiecto, & termino scientiae Dei, ideo a Deo cognosci.

Hinc vno verbo, corrunt argumenta, quae contra libertatem nostram ex praescientia ab Aristotele, Cicerone, denique a Caluino cum secularijs instructa fuere, ita referente Bellarmino doctissime, ut solet lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap. 13. nam cum dicunt Deum antecedenter infallibiliter atque inuitabiliter ita praenoscere futura haec, ut aliter euenire nequeat alias incidimus in absurdum, videlicet iudicium Dei esse fallibile, & falso obnoxium, namque hoc ipso, quod possint aliter euenire, potest iudicium Dei subesse falsitati.

Respondeo igitur negando primo hanc scientiam Dei, ut visionis horum futurorum esse omnino necessaria ex intrinseca terminorum connexionem, qualiter necessaria est, scientia sui,

114 *Concordia praescientiae Dei, & libertatis creatae.*

115 *Bellarmin. Argumentorum contra libertatem, ex praescientia, dilutio.*

Res prius atque possibilem. Itaque solum est necessa-
 ratione est ria ex iupositione existentia obiecti pro sua
 possibilis duracione, vt dicebam num. 64. Secundo ne-
 quam futu gandum est, esse natura antecedentem, ad
 ra, scientia hanc futura, etsi duracione infinita pra-
 Dei prius cedat. Hoc loco obserua, vt res ipsa possibi-
 ratione est lis prius ratione est possibilis, quam futu-
 scientia sim ra, ita vt pro illo possibilitatis priori esset
 plicis in- indifferens, praescinderetque a determinatio-
 telligētie, ne infuritionem, aut negationem futuritio-
 quam vi- nis, ita scientia Dei pro hoc priori, quo eā intel-
 sionis. ligimus cognoscere possibilem etiam erat indif-
 ferens, praescinderetque a determinatione, vt
 esset scientia visionis determinatae existentiae
 obiecti, aut determinatae negationis eius, cum
 vero pro alio rationis signo posteriori, ipsa
 possibilis transire intelliguntur ex eo statu
 in statum determinate futurorum, per quem
 transitum dederunt scientia Dei determina-
 tam veritatem obiectiuam, ipsa quoque tra-
 nsit ex scientia simplicis intelligentiae, ad

scientiam visionis existentiae obiecti, & cum
 is transitus, seu determinatio in scientia Dei,
 in tempore fieri nequeat, propter ratio-
 nem a nobis explicatam disp. 2. cap. 2. fit
 ab aeterno fuisse in Deo talem determinatio-
 nem, atque adeo scientiam Dei supponi so-
 lum duracione, & quasi materialiter ad hoc
 obiectum, postponi vero secundum Logi-
 cam causalitatem, & rationis posterioritatem.

Tertio cum quidquid est, in Deo aeternita-
 te mensuretur, ac proinde mutationi non sit
 obnoxium, fit scientiam hanc visionis pri-
 ma praesupposita terminatione, quae originem
 duxit ex determinatione obiecti, & esse aeterni-
 tate mensurandam, & inuariabilem. Deniq;
 infallibilem, quatenus quidquid est, dum est,
 necesse est, vt sit, vt satis superque a
 nobis ex doctrina Anselmi
 declaratum est.

(?)



DISPV

I
 Triaratio
 nis signa
 propono.



OLEMNE est Theologis, vt
 rem diuinam distincte disputent
 varia rationis signa, seu instan-
 tia digerere, non pro libito, sed
 desumpto a rebus fundamento.
 In nostra re tria praecipua ante oculos propo-
 nere in ipso limine opere pretium est. Duo

extrema sunt. Primum, quo res intelligimus
 posibles ab omnipotentia Dei, logico flu-
 xu emanantes modo, quem explicui disp. 5.
 cap. 2. Hoc posito fluxu immediate in Deo,
 intelligimus horum possibilem scientiam sim-
 plicis intelligentiae, ac proinde hoc primum
 instans possemus adhuc in duo subdiuidere;
 I 4 primum

DISPUTATIO SEPTIMA.

DE

OBIECTO FUTURO CONTINGENTI

conditionato, Scientia Dei.

Distincta Capitibus Duodecim.

In Primo. Status controuersiae, varia propositionum conditionatarum genera,
 propugnatores affirmantis sententiae.

In Secundo. Testimonia Sacrae Scripturae pro sententia nostra affirmante.

In Tertio. Quaedam testimonia expendo, & effugia praeccludo.

In Quarto. Ex quadam Patrum doctrina proba scientiam conditionalium.

In Quinto. Idem proba ex Sancto Augustino.

In Sexto. Idem, ex Sancto Thoma.

In Septimo. Impugnatio decretorum erga futura contingencia conditionata.

In Octauo. Ratione proba scientiam conditionalem, & declaro obiectum, in
 quo cognoscuntur a Deo conditionate futura.

In Nono. Nullum suum decretum, vt futurum cognoscit Deus.

In Decimo. Veritatem propositionum contingentium conditionalium, men-
 surandum non esse, ex bonitate consequentiae, & quid iudicandum de dispa-
 ratis, & de nomine scientiae mediae.

In Vndecimo. Contrariae sententiae fundamenta, & solutiones.

In Duodecimo. Alia fundamenta contrariae sententiae, & solutiones.

In eundem Articulum Decimum tertium S. Thomae.

Cap. i. Status controuersiae varia propositionum conditionatarum ge-
 nera. Propugnatores affirmantis sententiae.

mitante, vt si cras equitauerit Rex, tonabit. ^{4 Reg. c. 16} Exemplum huius est in 4. lib. Regum cap. 16. ibi, si iaculo percussisses quinquies, aut suppres terram, & sic consummationem Syriam percussisses, in qua ex natura rei ei aculatio terrae, percussioque eius nullam connexionem habet cum Syriæ consummatione. Quid sentiendum sit de his conditionatis, disputo infra cap. 10.

⁷ Affirmantis sententia propugnatores, ex nostra familia.

^{P. Molin.} His praesuppositis, quae apprime necessaria sunt, ad fidei, lateque in hac disputatione dicenda, propugnatores nostrae sententiae affirmantis iam proponamus, & eam prius firmissimis praesidijs communiemus pro more ad finem capite ultimo aduersarios, eorumque fundamenta referemus, & euertemus. Primo res patroni e nostra Societate sunt, inter eos Princeps P. Molina in praesenti disput. 14. & 17. & in Concordia, disput. 52. §. Tripluem scientiam, vbi primus hanc conditionatorum scientiam mediam appellauit. De hoc nomine ago infra cap. 10. quia aduersarijs, vt video exolum magis nomen, quam res. Deinde P. Petrus a Fonseca, 3. tom. Meta. lib. 6. cap. 2. quast. 4. sect. 8. vbi affirmat, triginta annos antequam. 3. tomum in metaphysicam excuderet, eam publice docuisse in materia de prouidentia, & praedestinatione. Excussit autem anno a partu sacro, nonagesimo supra millesimum, & quingentesimum, & lect. 9. in ratione 6. post relata Patrum testimonia satis expressa pro nostra sententia, in admirationem raptus antiquos Theologos, ait ad hanc non attendisse, & scientiam hanc e tenebris, in quibus tot seculis iacuit, non eruisse. At ego opinor, licet scholastica discussione ab eis non fuerit elucidata, quia libri, quorum Commentatores agebant, sermonem specialem de hac scientia non instituerunt, eam supposuisse, non abs re sunt verba Augustini, lib. 1. de praedestinatione sancti. cap. 14. vbi cum rogaretur a Prospero, & Hilario, quare doctrinam suam contra Semipelagianismum, auctoritate praeceptorum Patrum non confirmaret, eis in haec verba respondet, Quid igitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista haeresi oriretur, non habuerunt necessitatem, in hac difficili, ad soluendum, questione versari? Quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur: vnde factum est, vt de gratia Dei, quid sentirent breuiter quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent. Ita nos dicere possumus, ideo antiquos Scholasticos quibusdam scriptorum suorum locis transeunter attigisse, quid sentirent in hac difficili ad soluendum questione, quia non habuerunt necessitatem in ea diu se versandi, non suborta dissensione, quae quadraginta ab hinc annis cepit. Postea hanc eandem sententiam docuerunt, & locupletarunt P. Suarez.

^{P. Suarez.} in opusculis toto lib. 2. de scientia conditionali, & tom. 1. in 3. part. disput. 5. sect. 1. & tom. 1. de gratia posthumo prologo 2. de scientia conditionata, eoque doctissimo, & alibi saepe, P. Vazquez, disput. 67. P. Valentia hic pun. 5. §. sequitur nunc 2. quastio. P. Lessius, libro de Auxilijs, cap. 18. Eam sequuntur, Bellarminus tom. 3. lib. 2. de amissione gratiae, cap. 17. in responsione ad primam Caluini obiectionem, & Iacius, lib. 1. de gratia, & libero arbitrio, ca. 12. & 13. P. Pererius, lib. 16. Commentariorum in Genesim, super caput. 11. disput. 7. & in Ioannem, disput. 8. ad finem, P. Cornelius a Cornelijs eruditissimus Epistolarum D. Pauli commentator in Epist. 2. ad Timotheum, num. 109. & sequentibus. P. Salmeron, tom. 4. in Euangel. parte 3. tractatu 14. in responsione ad secundam dubitationem. P. Enricus Enriquez, 2. tom. lib. ultimo de fine hominis, cap. 4. & 5. P. Martinus Becanus, e nostra Societate doctissimus tom. 1. summe Theologiae, cap. 10. quast. 5. Toletus super Lucam, cap. 10. annotatione 18. Maldonatus Matth. 11. Barrad. ibi, tom. 3. lib. 2. cap. 11. Ioan. Lorinus, act. 16. ad versum 6. P. Petrus Arrubal. tom. 1. in 1. partem, disput. 44.

⁸ Et alij magistri sapientissimi, vbi que terrarum, quorum scripta prelo non sunt mandata eandem docuerunt publice in Hispania, in Italia, in Flandria, & vt ego a quibusdam accepi, omnes in eandem nullo duce conspirarunt. In qua re ego diuinam veneror submisse prouidentiam, & singulare ipsius beneficium in nostrae Religionis magistris collatum agnosco; nam quo tempore, duo Lutheri pestifera dogmata, satanico flatu succensa, magnum seditionum incendium excitarunt, & Ecclesiam Dei multos annos fatigarunt. Alterum, quo sub falsa Euangelij specie, homines ab Ecclesiae reuerentia, atque obedientia subtrahere conati sunt, & Romani Pontificis potestatem eleuare. Alterum, quo liberi nostri arbitrii indifferetiam in operando funditus euertere, remque esse de solo titulo, & iam non liberum, sed seruum arbitrium appellandum esse. Hoc ergo tempore, cum venenum suum magna dissimulatione propinabat Lutherus, serpebatque malum in plures. (Tantum in animo pietatis vinculis ex soluto, impotens potest audacia) contra vtrumque dogma minimam nostram Societatem diuino nomine insignitam erexit conditor omnium, & instruxit Dominus exercituum, eamque Sanctissimus Ignatius, fundator noster egregius, tam arte dedit Romano Pontifici, vt quarto solenni obedientiae voto, contra Lutheri inobedientiam, obstrinxerit, atque sacrarit. Et doctissimos

tissimos eiusdem familiae scriptores, vt canes ad custodiam aduersus hos lupos aduigilantes caelesti lumine perfuderit, hacq; illustrarit scientia, qua libertas arbitrii contra Lutherum, & Caluinum, aliosque sectarios defendi possit. Vnde cum Caluinus praesentiret hac scientia suae peruersioni occurrere posse, in cap. 11. Matthaei ad illa verba si in Tyro, & Sydone &c. ne ex praedictis verbis confirmari posset libertas, & in differentia voluntatis, ea, ait non esse interpretanda, de certa scientia, per quam Christus cognouerit euentum illum poenitentiae, quam sub conditione futuram dixit Christus, Christus, inquit, hic non disputat, quid de eis praueiderit Deus futurum, sed quid facturi illi fuissent, quatenus ex re ipsa percipi poterat, ad communem humanae mentis captum sermonem accommodat. Et infra, humano more, ait. loquitur Christus, non autem profert, quid praueiderit futurum, si Sodomitis Prophetam aliquem misisset. Hac verba ex Caluino ita refert Stapletonius in caput Matthaei citatum. Itaque, vt singulari obedientia, venenū in obedientiae, quod homines imbibebant, sanauit Ignatius, ita hac scientia conditionali Satanicum dogma contra libertatem funditus evertitur.

⁹ Vnde etiam scriptores alieni, ac maxime controuersitae, qui quotidiana bella gerunt cum haereticis, vtraque manu hanc amplectuntores alienique. Ita Stapletonius in Antidotis Apostolicis ad caput 9. Epistolae ad Romanos. Annotat. 1. in illa verba, cum nodum nati esset, & in Antidotis Euangelicis ad caput 11. Matthaei. Magister Alfonso a Mendoza copiosissime, quast. 7. scholastica, conclus. 1. a. num. 3. & sequentibus. M. Curiel, in caput. 4. Sapientiae post longē lateque discussam vtramque partē tandem art. 4. acquieuit nostrae, ratus sacrae scripturae, & sanctis Patribus consentaneam magis, & pene necessariam ad extricandas plures difficultates Theologicas, & ad tutē defendendas veritates fidei. Ferdinandus Mascharenas Episcopus Algarbiorum, tractatu de Auxilijs diuinæ gratiae, part. 3. & 4. disput. 2. vbi haec habet notanda verba. Hac scientia scilicet media, ab his tantum repudiari potest, qui nos diuinas litteras apte interpretantur, nec doctrinam Patrum perspectam habent, nec satis considerat diuinam prouidentiam, praedestinationis, & gubernationis ordinem. Haec verba sunt relata a Nauarre tom. 1. deffensionis scholae D. Thom. controuersia 56. §. 2. versu. Attende obsecro. Tapia, Augustinianus de Incarnatione, art. 3. Zumel. tom. 3. variarum dubitat. 5. conclus. 1. fatetur Deum scire hac futura certa, & infallibili scientia, cui non potest subesse falsum, & infra grauius loquitur de eis futuris, quae sunt in sacra scriptura reuelata, di-

cens, non solum, non esse tutum id negare, sed neque vlla pacto ferendum idem autem dicendum de ceteris, quae non reuelauit, quis non videat? nec enim ideo sciuit, quia reuelauit sed, contra ideo reuelauit, quia sciuit. Et vt haec reuelauit, alia plura poterat reuelare, & nos a posteriori ex eo quod reuelauerit probe colligimus scire. Alexander Pefantius in 1. part. quast. 14. disput. 5. vbi haec habet verba. Ex ijs omnibus patet doctrinam hanc de cognoscibilitate conditionalium solidissimam esse addeoque firmā, vt merito Molina, oppositam sententiam non dubitet vocare periculosa in fide, tum propter loca scripturae, tum quia ex ea valde coarctatur diuina prouidentia. P. Lorca Theologus primarius Complutensis. 1. 2. tom. 1. disput. 4. de actibus humanis, §. 2. puncto circa finem. Corduba, lib. 1. quastionum, q. 55. dub. 10. §. sed nata secunda Driedo in concordia, part. 1. cap. 4. ad 3. Ricardus, artic. 7. Vualdensis in doctrinal. fidei, cap. 23. & 25. Roffensis artic. 32. & sequentibus.

¹⁰ Habemus etiam aliquos ex per illustri Dominicanorum familia, qui certam, & infallibilem scientiam horum futurorum Deo tantum concesserint. Primus Dominicus Sotus antiquior his, cui quibus disputamus, fere centū annis, vir doctissimus, & valde pius hanc sententiam, ita certam, & communem putauit, vt inter prima Dialecticae rudimenta sine disceptatione tradi posse, crediderit: nam lib. 3. summularum, cap. 8. cum egisset de veritate, quam secundum necessitatem consequentiae habent aliquae propositiones conditionales lectione. 3. agit de veritate propositionum, in quibus aliqua est promissio sub conditione: in his, ait, ad veritatem solum requiri, vt conditio antecedens non ponatur sine consequenti, non autem requiri, vt ex antecedenti inferatur consequens. Concludit plures esse conditiones huiusmodi, de quarum falsitate, aut veritate nobis non constat, sed solus Deus, ait scit verae ne sint, an falsae. Et dum ageret de hac conditionali, & promissiuua propositione si dixerit dabo tibi librum, explicans, quam scientiam Deus habeat huius propositionis, solus Deus scit, ait, an si vicisses, dedissem tibi, agebat de hac propositione, si tu in disputatione non vincas, non dabo tibi librum. Expendo modo doctrinam, quam suis tradebat hic egregius Thomista, receptam esse apud suos, quippe quae multos post annos ea nutribantur Theologi Tyrones. M. etiam Alvarez, lib. 2. disput. 7. in solutione nostrorum argumentorum praetermissa antiquiori solutione de scientia coniecturali, quam defendit Ledesma, & Magister Curiel enixus est tueri, et si, vt dixi tandem difficultate oppressus,

pressus occubuerit. Denique Matthæus Rispolis, lib. 1. de Auxilijs conclus. 1. in hæc verba, *antiquam falsitatem huius scientia media ostendamus, aduerte nos cum aduersarijs conuenire Deam habere perfectam scientiam futurorum conditionatorum.* Melius dixisset aliquos ex suis, qui cum viderent testimonijs a parte

nostra prolatis conditionata hæc a Deo prædici, & reuelari prior sententia derelicta nobiscum consentisse, quia eis non poterat aliter fatidari: hi vero differunt a nostris in eo, quod decretum quoddam conditionatū constituent in Deo, in quo ea ipse cognoscat. Cōtra hoc decretum, ego disputo infra ca. 7.

Caput. 2. Testimonia sacra scriptura pro sententia nostra affirmante.

II
Testimonia
ex veteri
testamē-
to septem.
Genesi. 1.

X diuina reuelatione, atque prædicatione euidenter colligitur præscientia, quippe ex illa oritur prædictio. In hoc capite fere omnia noni, & veteris testamenti loca, qua potero breuitate excurram, in quibus ea prædicantur, in sequenti quædam expendam, & cōfugia præcludam.

Primum testimonium, Genesis 11. de primis illis hominibus, qui dixerunt, *venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius cuiemen pertingat ad caelum, & celebremus nomē nostrū, &c.* de quibus dixit Deus, *ceperunt hoc facere, nec desisterent, a cogitationibus suis, donec opere eas compleant.* Ecce Deus prædicit futurum subconditione ædificationem illam perfectam, si manerent in vno labio, nec linguam eorum cōfunderet; certissime enim nouerat Deus, quid homines illi fuissent facturi, nisi essent impediti.

12
1. Exodi.

Secundum testimonium Exodi. 34. vbi inter alia præcepta Moyfi a Deo reuelata, iubetur Iudæi non accipere vxores filias Gentiliū, *ne postquam ipsa fuerint fornicata, fornicari faciant, & filios tuos in Deos suos.* Ecce prædicit fornicationem spiritualem per vitium idololatricæ, sub conditione, si acciperent filias gentium in vxores. In quo nota, non solum prædici periculum, sed etiam ipsum Idolatriæ vitium; quod ita esse experientia comprobauit lib. 3. Regum, cap. 11. vbi sic ait, *non ingredimini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestra, certissime enim auertent corda vestra, vt sequantini Deos earum.* Vbi ponderanda est, vox illa, *certissime*, quæ prædictionem euentus ex certa, atque infallibili scientia prædictam significat. Quod etiam exemplo Salomonis, qui eis ardentissimo amore copulatus est, satis comprobatur, *nam cum iam esset senex, deprabatur est car eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Vbi obseruetur in Salomone euentus iste ab solutè futurus fuerit, posita copulatione; at in alijs, qui nunquam copulati sunt, fuit pure conditionatus. Ergo prædictio illa est de pure conditionatis.

13
3. ex lib. 1. Reg. cap. 11.

Tertium testimonium satis euidenter ex 1. libro Regum, cap. 23. vbi, cum Dauid in Ceila ciuitate Iudææ percussisset Philistæos, & saluasset Ceilam, posteaque ibi manens, rescuisset Saulem maturare aduentum suum in Ceilam, Dauidque Deum consulisset, *Domine Deus Israel audiuit famam seruus tuus quod disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat urbem propter me, si tradent me viri Ceila in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Indica seruo tuo. Et ait Dominus descendet: Dixitque Dauid: si tradent me viri Ceila, & viros, qui sunt mecum in manus Sauli. Et dixit Dominus tradent.* In his verbis duplex prædictio conditionata continetur, alia descensus Saulis, alia traditio Ceilanorum. In his vero moralem cōiecturam locum habere non posse, ostendo capite sequenti, num. 13.

14
4. Reg. 4.

Quartum testimonium ex lib. 4. Regum, cap. 2. vbi cum Elias dixisset ad Elisæum, vt quodcumque vellet, postularet, ante quam tolleretur ab eo, dixissetque Elisæus, *obsecro, vt fiat in me duplex spiritus, tuus, hoc est, magnus, & eximius, seu bona pars eius.* Respondit Elias, *rem difficilem postulasti, attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi, quod petisti si autem non videris, non erit.* Quo loco duplex reuelatur euentus conditionatus, scilicet infusio duplicis spiritus appositâ conditione, si videret Eliam, & negatio infusionis, si non videret.

15
Eodem lib. cap. 17.

Quintum testimonium ex eodem libro cap. 17. vbi dixit Elisæus Regi Ioas, *Peroute iaculo terram, & cum percussisset tribus vicibus, & stetit, iratus est vir Dei contra eum, & ait: si percussisset quinquies, aut sexies, siue septies percussisset Syriam vsq; ad consummationē.* Quo loco Elisæus ex Dei reuelatione prædicit Regi euentum conditionatum; quænam autem sit connexio inter percussione iaculi, & consumptionem Syriæ ostendo, cap. 10.

16
Ex heric. 7.

Sextum testimonium, ex cap. 38. Hieremie, vbi postquam Propheta per Abdemelech de lacu liberatus est, & Sedechias Rex rogauit eum, ne absconderet sermonem Domini, & securum

securum fuisset Hieremiam de sua vita, sic prædicit. *Si profectus exieris ad Principes Regis Babilonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & saluus eris tu, & domus tua. Si autem non exieris ad Principes Regis Babilonis, tradetur Ciuitas hæc in manus Caldæorum, & succendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.* In prima parte huius prædictionis quatuor reuelat conditionate futura, quæ antea in principio capitis prædixerat, quæ propter in cænium fuerat detrusus; Primum eum viuam conferuandum, secundum ciuitatem non comburendam, tertium ipsum fore saluum, quartum, totamque domum eius. Hæc autem fuisse purè conditionata constat ex capite sequenti, in quo enarratur ipsum non exiuisse, nec deditum Regi Babilonis Nabuchodonosor, filios eius cum omnibus nobilibus Iuda in oculis suis occisos, ipsum comprehensum, oculos erutos, domum succensam, muros Hierusalem subuersos. Porro audita prædictione Hieremiæ videtur Rex Sedechias plus timuisse Iudæos, qui ad exercitum Chaldæorum transfugerunt, quam ipsos Chaldæos. Et dixit Rex Sedechias ad Hieremiam: *solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi.* Respondit autem Hieremias *non te tradent.* Ecce cum Rex, iure timeret, quantum est ex dispositione causarū futurā esse traditionem, & illusionem eius, absolute responderet Propheta, *non te tradent:* quod si omnino certum non esset Regem tradendum, & illudendum non esse, sed solum quadam coniectura notum, & Rex filius prædictioni Prophætæ exiret è ciuitate, & se dederet Principibus Babilonijs, & deinde traderetur, & illuderetur, vt contingens erat, quando prædictio illa ex sola coniecturali noticia profecta est, quam iuste, quamque acerbè Rex de Propheta, & de diuina reuelatione conqueri, causarique posset. Ergo prædictio hæc ex infallibili præscientia manauit.

17
Ex Ezech. cap. 3.

Septimum deniq; ex veteri testamento testimonium produco ex Ezechiele cap. 3. ibi. *Non ad populum profundi sermonis, aut ignota lingua tu mitteris, & si ad illos mittereris, ipsi audient te, &c.* Vbi contingens conditionatū a Deo reuelatum est Ezechieli, quo per comparisonem ad Gentes ostendit obstinationem Iudæorum, qui nollebant audire Ezechielem, quem Gentes audiissent, si ad illos missus fuisset.

18
Ex Matth. cap. 11.

Octauum, numero testimonium, & primum ex nouo testamento tam celebre, quam euidenter habemus Matthæi. 11. & Lucæ. 10. Vbi Christus Bethsaidæ, & Corozaino exprobrauit duritiam cordis dicens Tyrios, & Sy-

donios Gentiles idolatria, auaritia, iniustitia, intemperantia, alijsque vitijs corruptissimos credituros in Christum, si miracula, & virtutes, quæ ab ipso apud eos facta sunt, apud Tyrios, & Sydonios facta fuissent. Verba Christi. *Va tibi Corozain, va tibi Bethsaidæ, quia si in Tyro, & Sydone facta fuissent virtutes, quæ in te facta sunt olim (Id est iam diu) in cilicio, & cinere penitentiam egissent.* Aduerto primum ideo Christum Tyrum, & Sydonum ad exponendum obiecisse Iudæis, quia erant ciuitates vicinæ Gentilium. Aduerte secundo, Bethsamitæ, & Corozainos non solum exterius vidisse Christi miracula, atque prædicationem audiuisse, sed etiam ita interius illuminatos, & inspiratos, vt per ipsos solum steterit, quominus conuersi sint, modo enim supponendum contra Pelagianos, externam legis propositionem, atque prædicationem sufficientem non esse, dum non adest illuminatio, & inspiratio interna à Deo diuinitus immissa. De quo Tra. 2. cap. 2. disputatio 25. fuisse. Aduerte tertio, veram penitentiam, quam Tyrii & Sydonij adiri essent ex hypothesi prædictæ conditionis, tam seuerè exprobrare duritiam cordis eorum, vt re vera propter maiorem obstinationem, durius cum illis agendum sit in die damnationis, quam Tyro, & Sydone. Hæc enim adiecit Christus, præscriptis verbis. *Veruntamen dico vobis, Tyro, & Sydoni remissius erit in die Iudicij, quam vobis.* Ex his quis non videat hanc prædictionem profectam ex præscientia certa, & infallibili penitentia Tyriorum, & Sydoniorum ex hypothesi eius conditionis? nam si solum morali, & probabili coniectura hoc Christus cognosceret, & ex ea solum prædicaret, foret illud inane terriculamentum, & facile Bethsamitæ, & Corozaini negarent Tyrios, & Sydonios credituros, quos nouerant idolatria obcæcatos, vitijs humanis implicatos; nec enim erit aliquod prudens fundamentum, ad id ita indicandum, inanis ergo atque leuis foret hæc Christi in Iudæos obiectio, & redargutio. Vnde Stapletonius num. 7. relatus, hanc expositionem refert nomine Caluini a pertissimamque (ait) esse Verbi diuini corruptelam, ac propterea apud Catholicum male audire debet.

Nonum ex Lucæ capite. 16. vbi diues ille auarus dixit Patti Abraham; si quis ex mortuis veniret ad prædicandum fratribus, penitentiam acturos, qui diues loquebatur ex communi impiorum hominum opinione, qui cum propter scripturarum testimonia non credant, quæ de præmijs, atque supplicijs alterius vitæ narrantur, dicere solent, facile credituros se, si quem videant inde redeuntem, qui ea sic

20
Ex Luca. cap. 16.

M se

Notantur
quædam
circa
huc
textum.

se habere confirmet, cui respondet Abraham. Si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Ecce prædicatur futurum pure conditionarum. Quod confirmari potest experientia Lazari suscitari à Christo, quem credendum est, multa de altera vita consentanea his, quæ Christus docebat, commemorasse. Tantum abest, ut Scribæ, & Pharisei, qui Christo non credebant, illi crederent, ut occidere etiam voluerint, ut constat ex Ioannis cap. 12. ut obseruauerunt Chrysofomus, & Eutimius.

20 Ex Luc. c. 22. Decimo ex eodem Luca cap. 22. ad finem, ubi cum interrogaretur an Christus esset. Si tu es Christus, dic nobis, ait illis, si vobis dixerò, non credetis mihi, si autem & interrogauerò, non respondebitis mihi, neque admittetis. Vbi prædicantur duo futura contingenti conditionata.

21 Ex Ioan. c. 4. Undecimo, ex Ioannis 4. capite, ibi. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Per quam aquam donu Dei intelligunt Patres. Vbi nota particulam forsitan, non esse dubitantis, sed positam ad significandum facultatem liberi arbitrii, qua poterat mulier illa aquam petere, vel non petere. si vellent, ut obseruauerunt Maldonatus, & Toletus, & ut ego etiam amplius confirmo capite sequenti. Aduertit etiam Toletus Græce affirmatiuam esse, & Latine respondere vique.

22 Ex Ioan. c. 5. Duodecimo, testimoniū ex eodem Ioanne c. 5. ibi. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Et ibi: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis; si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi, de me enim ille scripsit. Vbi notandum primo particulam, forsitan, non esse dubitantis, sed affirmantis, & auctores vetustissimos eam omittere, ut adnotauit Maldonatus, & Aleuinus apud Diuum

Thomam, item Cyprianus, & Augustinus lib. 16. contra Faustum cap. 26. Notandum secundo merito Moysen à Christo eis fuisse obiectum, cui multum tribuebant authoritatis. Hoc posito duplex futurum conditionatum prædicatur, ut constat.

23 Ex Ioan. c. 6. Decimo tertio, ex eodem Ioanne cap. 6. ibi. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Ecce futurum pure conditionatum, scilicet fore aduentum eorum, si expectaret, ut ipsum Regem constituerent, non eo modo, quo iam erat Rex Christus, sed ut Regnum hominum proprium ei conferrent.

24 Ex Paulo Epist. 1. ad Corinthios cap. 2. Vltimum, ex 1. Epistola Pauli ad Corinthios cap. 2. ibi. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. Id est si sapientiam, vel potius gloriam Christi, eiusque prædestinationem cognouissent Pilatus, Anas, Caiphas, alijque Principes Iudæorum, nunquam Dominum ipsius gloriæ crucifixissent. Hæc cum ita sint, expendat lector proprietatem verborum, & sinceram sententiam, quam hæc continent testimonia. Quodnam obsecro futurum absolutum clarius reuelatum est? quod si ex similibus testimonijs, de fide receptum habemus, Deum certò, & infallibiliter ea cognoscere, quare, cum tot, tam expressæque prædictiones contineantur in sacra pagina, ut congepsi in hoc capite, dubitet Theologus, an Deo concedenda sit scientia horum futurorum, an neganda? Sapienter mihi dixisse videtur P. Fonseca supra sect. 9. Mirum est, ait, quod non desint ex recentioribus, qui conentur huius diuinæ scientiæ certitudinē, & euidentiā eleuare tam multorum, ac Sanctorū Patrum sententiam, & sacra pagine interpretationem ad solam coniecturam, & sagacitatem quandam diuinæ cognitionis futurorum traducere, quam vel Ciceronis impia temeritas non negaret.

Cap. 3. Expendo quadam & effugia præcludo.

25 **D**VAS excogitarunt aduersariis solutiones, ut hæc tam expressa testimonia eleuarent. Prima: prædictiones solum affirmare euētum, quantum est ex causarum præsentis dispositione, & morali coniectura, quod satis dicunt significatum per particulam limitantem, forte, seu, forsitan. Hanc solutionem antiquiores ex aduersarijs secuti sunt, eam doctè confirmauit & locupletauit Magister Curiel supra in controuersia illa in cap. 4.

Sapientia, raptus est, ne malitia, &c. cōtendens, nec eorum, nec nostram sententiam efficaciter testimonijs sacra pagine probari, ideo cum ipso manus confert impar ego doctrina, & ingenio, sed neque ille par causa, ut de Machabæis eleganter dixit Chrysofomus super Psal. 43. fundebant aduersarios, non armis fidentes, sed loco omnis armaturæ, pugnae causam sufficere ducentes: alios ex aduersarijs, qui eandem sequuntur non commemoro, quia ut video, ex hoc autore transcribunt

scribunt doctrinam, qui post eum scripserunt qui vero ante, ieiunam tradiderunt.

26 **Q**uid particula forte significet in sacra pagina ex Patribus. Hieronym.

Gregor.

August.

Toletus. Irenæus.

Cyprianus.

August.

Ambrosius.

P. Ribera.

27

Capite superiori insinuauimus locos, quibus est refellenda opposita opinio, in hoc refello effugia aduersariorum. Et primo nimis fidunt particulam forte, nec phrasi scripturæ habeant perspectam in testimonio ex Matthæo c. 11. Nam ut notabam, non est particula dubitantis, sed solum denotat rem contingenter semper euenire, & prænunciat libertatem euentus. Quæ expositio est communis Patrum, Hieronymus in caput 26. Hieremiæ in illa verba. Noli subtrahere sermonem, si forte audiant, Verbum (inquit) ambiguum forsitan, maiestati diuina non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum hominis seruet arbitrium. Gregorius homil. 9. in Ezechielem particula forte (ait) non significat dubitationem in Deo, sed paucitatem eorum, qui responsuri erant. Eleganter Augustinus Tract. 37. in Ioannem cap. 8. Qui omnia scit, cum dicit forsitan, non dubitat, sed increpat, dubitationis verbum est, cum dicitur ab hominē ideo dictante, quia nesciēte, quando vero dicitur à Deo, cum Deum nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Euidens huius rei signum est, quod ubi nulla subesse potest dubitatio, apponitur sæpe hæc particula in Sacra Scriptura, ut Ioannis 8. Si me sciretis, forsitan, & Patrem meum sciretis. Vbi notat Toletus particulam, forsitan, non esse dubitantis, sed affirmantis, sermonisque expletiuam, ideoq; Irenæum lib. 4. cap. 3. Cyprianum lib. 1. contra Iudæos cap. 18. Augustinum homil. 45. de verbis Domini sine ea particula hæc loca legere, ut ego etiam notauimus capite superiori in duodecimo testimonio. Porro Actorum 8. Diuus Petrus sic alloquitur Simonem Magū, Penitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Vbi Ambrosius particulam, si forte, apparentem quidem afferre dubitationem, re ipsa autem nullā. Confirmat ex sacris, & profanis auctoribus. Legat beneuolus lector P. Ribera in caput secundum Ioelis nu. 22. & 28. ubi id copiose confirmat, & affirmat pugnare cum communi Patrum consensu, qui contendit, eam in Sacra Scriptura dubitationem significare, & Patrem Salmeron Prologom. 16. Ex quibus constat, leuem esse coniecturam aduersariorum, negantium Deo certam, & infallibilem scientiam horum futurorum, propter oppositam particulam forte.

Secundo, nec si dubitationem significaret, satisfaceret prædictis testimonijs. Primo quia in vno, aut altero testimonio solū apponitur, at frequentissime prædicantur ea sine particula, forte. Produxi ego capite superiori decem,

& quatuor testimonia, in quibus omnibus (excipio duo, aut tria) cum omni certitudine, & resolutione prædicantur. Id facile cognosces, si testimonia recognoscas. Modo sic argumentor 1. ubi nec verbum est, morale solum innuens certitudinem, quare tu diuinam prædictionem limitas ad minorem scientiæ infallibilitatem, quam verbū sonat? Secundo tam expresse, tamq; frequenter prædicantur hæc conditionata, sicut absoluta, quod si hoc non obstante, licet tibi ea interpretari de coniecturali cognitione, eadem libebit ut interpretatiōne Gentilibus & Hæreticis negatibus præcipientiam Deo omnino certam futurorū absolutorum, nam, quo quæso fundamento testimonia sacra pagine, in quibus prædicantur futura contingenti absoluta, ea intelligis de prædictione profecta ex certa præscientia eorum, & in eis ad coniecturalem notitiam cōfugere, & ad solā causarum inclinationem, atq; dispositionem foret verbum Dei corrumpere, & in conditionalibus futuris, tot expressas prædictiones, quas enarraui, cap. 2. quare ea referas ad coniecturalem cognitionem, & ad causarum liberarum inclinationem, & dispositionem? si ergo illa est vera verbi Dei corruptela, hæc etiam erit, ut optime dixit Stapletonius.

Tertio probo ex quadam Dei ipsius sententiā, qua populū suum erudiebat, ut diiudicaret inter verbum à Deo per verū Prophetam reuelatū, & à falsis Prophetis per arrogantiā dictā persuadebatq; populū, & omnem ab ipso reuelatis adhiberet fidem, sic dicens, qui autē verba eius, quæ loquitur in nomine meo, audire voluerit, ego vltor existam, & addit Sacer textus. Quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbū, quod Dñs non est locutus? ut ergo populo suo det signum, discernēs inter verbum falsi, arrogantiæq; deprauati Prophetæ, & veri. Hoc, ait, habebit signum. Quod in nomine, Domini Propheta ille prædixerit, & non euenierit hoc, Dominus non est locutus, sed per tuum morem animi sui Propheta cōfixit, &c. Obserua hoc loco excipiendas esse reuelationes, continentes aliquam comminationem pænæ, aut promissionem præmij, tunc enim licet sonare videantur sensum absolutum, semper subintelligenda est conditio, ut cernitur in verbis Hierem. cap. 18. Repente (ait) loquar aduersus gentem, ut destruaui illam, sed si penitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego penitentiam super malum, quod cogitavi facere ei. Promissiones itē vitæ æternæ credēti, & bene operanti afferūt semper inclusam conditionē illam, si in gratia decesserint, at prædictiones futurorū contingentium, in quibus nulla est comminatio inferenda pænæ, promissio præmij nullā.

In comminationis reuelationibus, & promissionis conditionē subintelligendam esse.

la, ac maxime cū in testimonio nulla apponitur particula, innuens dubitationem, aut inclinationem solam causarum secundarum, sed prædicetur effectum certissime fore: ut in pluribus testimonijs à nobis allegatis, quis vnquam Patrum, aut interpretum asseruit? Tunc solum prædici causarum dispositionem, non vero euentum, & quomodo si solum prædiceretur euentus, regula illa ab ipso Deo tradita, ad populum erudiendum de prædictionibus diuinis, ut eis adhibeant plenam fidem, fallibilis non esset? Possent enim populus Deo erudienti respondere, et si euentus prædictus nõ eueniat, credere adhuc possumus, dictū à Deo per verum Prophetam reuelatum quando isthac prædictiones, non præmittant euentum, sed causarum secundarum dispositionem, atque inclinationem, & vero, quia per sæpe contingit, has esse causas liberæ, non habere effectum, ad quem inclinabant, nobis nihilominus persuasum possumus habere, à Deo per verum Prophetam reuelata, quia veritas prædictionis non pendet ab euentu, quod si in prædictione in est semper veritas, quid potest obesse, quominus credamus, ea à Deo reuelata? Quod autem veritas in sit prædictioni, etsi secum nõ adferat euentum, constat ex eo, quod causam secundam ad eum inclinatam, dispositamque fuisse ex circumstantijs loci, temporis &c. Verum erit, etsi pro libertate postea se flectat in oppositam partē. Igitur regula illa dignoscendi, prædictionem à Deo Propheta per verum Prophetam, aut per falsum absq; infalibilitate & firmitudine relinqueretur. Quod autem in allegatis à nobis testimonijs non continerentur comminationes pœnarum, aut promissiones pœmiorum, probatione non indiget, legat quæso studiosus lector septem testimonia veteris testamenti à nobis producta cap. 2. ac maxime duo. 3. & sextum. Tertium fuerat ex lib. 1. Reg. cap. 23. in quo secundum causarum dispositionē potius dicendum erat oppositum ei, quod Deus reuelauit, nam Ceilanis David proximum pariter, ac magnum contulerat beneficium, liberans Ceilam à Philistinis, à quibus oppugnabatur, eos percutiēs, unde non poterant non Ceilani esse benè affecti in personam David, nec ipse Deum consulebat de hac ipsorum dispositione, quam satis notam habebat, tum ex accepto proxime tanto beneficio, tum ex eorum verbis, & promissionibus, quas plurimas fecisse Ceilanos David insignem grati animi, nemo dubitauerit. Consulebat igitur David Deum de futura, vel non futura traditione, & Deus absolute respondit fore tradendum ab eis, reuelatur ergo hic futurum conditionatum contrarium inclinationi,

29 In quibusdam reuelationibus oppositum dicendum esset ei, Deus reuelauit secundum causam dispositionem.

atque dispositioni causarum secundarum, & ponere ipsa Dauidem non fore à Ceilanis tradendum in manus Saul, & hoc à Davide cognosci, quam acerbè, atque iuste de Deo conqueri posset, quia propter diuinam reuelationem coacti sunt ille, & sexcenti viri in incertū vagari cum ærumnis, & incommodis; item Ceilani de Deo conqueri possent, quod reuelasset David tantum eorum ingrati animi vitium, quod tamen perpetraturi non essent. Sextum etiam testimonium manifeste reuincit hanc solutionem ex Hieremia cap. 36. ut ibi etiam annotabam, vbi Rex Sedecias plurimum transfugas Iudæos, quā inimicos Chaldæos, nihilominus Hieremias Propheta absolute pronuntiavit, non esse illudendum, & tradendum ab eis. At hæc prænantio inniti non poterat coniecturæ, quæ ex præsentibus causarum dispositione prudenter posset desumi, nam transfugæ illi, & male affecti erant in Regem, & animo proclini ad traditionem, & illusionem eius Regis, à quo fugerunt, ergo prænantio Propheta, de non tradituro Rege, firmiori veritati innitebatur, quam coniecturæ prudenti, quæ nulla inibi erat. Idem probatur manifeste ex alijs septē testimonijs, quæ proposui capite superiori, ex nouo testamento, in quibus neq; esse aliquam cōminationem, nec præmij promissionem, tam est apertum, ut nulla egeat expensione, & cum tam proxime à nobis relata fuerint, neque ea repetere oportet. Quarto probō. In his reuelationibus duplex iudicium in mente diuina possumus considerare. Primum, quo solū affirmat, fore rem sub tali conditione, quantum est ex præsentibus causarum dispositione; & hoc semper verum est, & evidens posita causa dispositione: at sufficiens non est ad absolute affirmandum, rem fore, nam qui sic affirmat, exponit se periculo, affirmandi falsum in euentu libero, id quod alienum est à Deo. Secundum iudiciū considerare possumus circa ipsum euentum, quo Deus affirmat, habiturum existentiam, aut non habiturum; quis dubitet per hoc iudiciū maiori cum proprietate, & rigore explicari? Sacræ pagine testimonia, quam per primū, & diuinas reuelationes veriorē habere sensum, si proficiantur ex euidenti præuisione existentia effectus, quam si solum ex coniectura morali, petita ex præsentibus causæ liberæ inclinatione, nam prædictiones allegatæ non solum reuelant causas liberæ esse in ea dispositione, de qua iudicari possit euenturum effectum ex certa hypothesis, sed etiam ipsum fore, nec causas mutandas, cum possint mutari, nec si solum Deus prænantia ret eam dispositionē ad mētē interrogatiū respōderet, nec ab eis omnē pelleret dubita-

30 Duplex in his iudicijs tamē diuina.

dubitationē, liceretque post diuinam reuelationem de veritate, ac certitudine effectus dubitare absque culpa, possentque Demonium, aut Angelum fere simili cum certitudine consulere, nam etsi Dæmon non intueatur cordis cogitationes, eas tamen ex signis externis morali euidencia colligit, igitur si Deus iudicium illud primum solum haberet sensui proprio, atque riguroso verborum, quæ audiuntur in suis prædictionibus, non possit satisfacere, igitur dubitandum non est, sententiam nostram magis esse sacræ scripturæ consentaneam.

14 Solutio ex Magistro Curiel.

Sed duo dicit magister Curiel supra, & ex eo fere ad verbum Ledesma, primum particulam forte, indifferentem esse ad significandam dubitationem aliquam, non in diuina cognitione, sed in ipso obiecto futuro, & explendum sermonem affirmatē, ipsiisque liberum esse secundum exigentiam materiæ, altero ex ijs modo intelligere testimonium Sacræ Scripturæ. Secundum in testimonio ex Matthæo capite vndecimo cum dubitatione prædici penitentiam Tyriorum & Sydoniorum; probat, quia prædicatur remissius fore Tyrijs, & Sydonijs in die iudicij, quam Iudæis, nam eum in illa die cum nullo sit remissius agendum propter bona opera, quæ faceret, sed propter minora peccata, quæ commisit, signum est solum locutum fuisse ibi Christum de præsentibus dispositione Tyriorum, & Sydoniorum, & dispositione Iudæorum, affirmasseque hos in deteriore existere dispositione, quam illos.

1. Impugnatio.

Sed contra primo, hæc euasio plene nõ satisfacit alijs testimonijs, in quibus non est particula forte, aut forsitan, ac maxime eis, in quibus reuelatur euentus contrarius dispositioni præsentibus, ut sæpe animaduerti, in quibus nisi agnoscat certam præscientiam conditionalium, nullus eis restat sensus probabilis. Cōtra secūdo, nos non affirmamus, ideo remissius fore in die iudicij Tyrijs, & Sydonijs, quam Iudæis; quia Deus præcognouit eos paturos bona opera, si apud ipsos fierent virtutes illæ, nam id Pelagianum est, ut fuisse tracto in materia de prædestinatione disput. 25. capite 2. Imo si fides, & penitentia, & alia bona opera supernaturalia, de quibus ibi Christus loquebatur, præmissa sub conditione futura, quidquam valerent, non solum valerent, ut remissius cum illis ageretur, sed ut omnino liberarentur. Ita etiam testante, Augustin. lib. de dono perseuerantiæ cap. 9. in hæc verba. Porro si etiam secundū facta, quæ facturi essent, si viuerent, mortui iudicantur, profecto quia fideles futuri erant isti. (loquitur de Tyrijs & Sydonijs) Si eis cum tantis miraculis fuisse Euangelium prædicatum, non

August.

sunt vique puniendi, punientur autem. Solum ergo affirmat ibi Christus Dominus, esse in corde Iudæorum peccatum aliquod maiori pœna dignum, quam peccata Tyriorum, & Sydoniorum; hoc vero, ut colligere licet ex verbis Christi, est vitium infidelitatis, cordis obdurati, & in Christum sinistri affectus, Propter quod externis tantis virtutibus, & internis pulsationibus resistebant, quo carebant vitio Tyrij, & Sydonij, teste August. lib. de dono perseuerantiæ capite 14. in hæc verba, non erant ergo sic excæcati oculi, nec sic in duratum cor Tyriorum, & Sydoniorum, quoniam credidissent, si qualia viderum isti signa, vidissent. Ex parte vero Gentilium affirmatur, magna animi penitentia in cilicio, & cinere, quæ affirmatio, tum propter afflictionis firmitatem, tum ob singulas penitentia circumstantias, tam minutè narratas, satis indicat ex certa præscientia, non ex coniecturali cognitione profectam esse, & licet in nulla sententia in mente diuina iudicium probabile, aut dubium admitti possit, ut manifeste ostendunt testimonia, quæ reuli ex Patribus, & lumine naturali est euidentissimum: at nos non solum hoc contendimus, & probamus, sed etiā esse in mente diuina cognitionem euidentem, & dispositionis, & inclinationis causarum, & ipsius euentus sub conditione futuri, ut adnotabam distinguens ea duo iudicia in diuino intellectu in hac quarta probati one. Hæc mihi adeo persuadent, esse in Deo hanc certam omnino scientiam conditionalium, ut nullum videam in sacra pagina fundamentum, ad affirmandum certius, à Deo certò cognosci absolute contingentia futura, quam conditionalia. Vnde plures viri docti veritatis indagatores, omni seposito cōmulationis studio, censent, fidem diuinam cogere ad fatendum in Deo scientiam hanc conditionalium. Sed ego ab omni censura, & specie censuræ abstineo.

Plures viri docti de fide esse certam scientiam conditionalium

Quæ propter Magister Didacus Aluarez lib. 2. de Auxilijs, disput. 7. in responsione ad secundum tractans hoc testimonium, in meliorem frugem se recipiens, fatetur (ait) Christum Dominum certa scientia, & infallibili cognouisse illud futurum conditionatum, si in Tyro, & sydone, &c. vbi desierit antiquam suorum solutionem de scientia coniecturali: & merito quidem propter firmissimas eius expugnationes, quas proposui in hoc capite, adiecit vero, minime hæc conditionalia per scientiam mediam à Deo cognosci (ut vel nomine à nobis distet) sed per liberam, in decreto quodam dandi efficacia auxilia diuinæ gratiæ Tyrijs, & Sydonijs; casu, quo apud ipsos fierent

15 Alia interpretatio aduersariorum. Aluarez Magister Aluarez concedit certam scientiam conditionalium constituit per decreta circa conditionalia



fierent virtutes illæ, de quibus Christus Dominus. Itaq; secundum hunc auctorem constitutum est in Deo decretum quoddam circa conditionalia hæc ex parte obiecti, absolutum vero & efficacem ex parte sua, data hypothesi quod Deus vult, & dare præmotionem efficacem, & fieri penitentiam.

Refellitur. Quia ut video, & in quotidianis audio disputationibus, aduersarij confugiunt iam ad hoc decretum tamquam ad asyllum, eo quod ipsis videtur impugnatum difficilius, contra ipsum insurgo, ex professo infra capite 7. quod iam diu à nostris impugnatum, & à Magistro

Cariel. Cariel in controuersijs controuersia 7. ad c. 4. **Ex decretis conditionatis ex parte obiecti inanis reddetur obiurgatio Christi, de qua Matthai 11.** sapientiarum relato capite primo. Modo accipere breuem, & efficacem impugnationem. Nam ex eius decreti positione, sequitur in hoc nomine testimonio, increpationem Christi in Iudeis, non fore subsistentem: imo facile ab ipsis eludi posse eam tam acerbam obiurgationem; etenim ex probationis sensus est: Si Tyrij, & Sydonij viderent hæc signa à me apud vos patrata, & audiret sermones meos, agerent penitentiam in cilicio, & cinere: quia apud Deum est decretum efficacem, dandi ipsis ex hac hypothesi præmotionem gratiæ efficacem, & prædistinguens eorum penitentiam, ideo ergo vos increpo, & prædico durius vobis futurum in die iudicij, quam illis Gentilibus, quippe qui patratis apud vos miraculis, & auditis sermonibus meis corde indurato, non agitis penitentiam, ad manum enim habebant euidentem huius acerbæ increpationis elusionem, poterant enim dicere, si Deus etiam decerneret efficaci suo decreto, nos penitentiam agere, visis his signis, & voluisset infundere gratiam, prædeterminantem liberum nostrum arbitrium, non aliter, ac illi, nec minus seueram ageremus penitentiam, cur ergo nos increpas? cur destinatis ad acerbiora tormenta?

Alia respō. At dicunt aduersarij iure increpari, quia Iudæi maiora obiecerunt impedimenta gratiæ diuinæ, quam Tyrij, & Sydonij, quæ impedimenta per naturalia opposita sunt, nam licet nullus se possit præparare viribus nature positivæ diuinæ gratiæ: at potest apponere impedimēta. Sed contra, nam, aut hæc positio maioris impedimenti est patratio maiorum peccatorum, aut solum negatio responsionis vberioribus diuinæ gratiæ vocationibus, ubi nec erat præceptum, nec culpa: si hoc secundum, certum est in principiis aduersariorum, & nostris; has gratias non fuisse efficaces, Etenim non stat cum gratia efficaci ut sic, coniungere negationem actus propter quem datur, ita ut simul in vna potētia eodem tempore componantur præmotio efficacem, & ne-

Refellitur. Quia ut video, & in quotidianis audio disputationibus, aduersarij confugiunt iam ad hoc decretum tamquam ad asyllum, eo quod ipsis videtur impugnatum difficilius, contra ipsum insurgo, ex professo infra capite 7. quod iam diu à nostris impugnatum, & à Magistro

gatio actus, hoc notato discrimine inter aduersariorum gratiam efficacem, & nostram, quod illi eam ponunt prius natura, quam eliciat actum prædeterminantem principium, & sibi subdentem liberam facultatem, & in physica entitate distinctam à sufficienti. Nos vero neque prædeterminantem prius natura, neque subdentem, sed subditam libertati; neque Physice distinctam, sed aut ipsum actum secundum inuoluentem, aut ordinem ad illud propter futuritionem conditionatam, quæ est obiectum huius scientiæ, ut sapius in progressu suo explico, fuerunt igitur solum sufficientes, ac proinde per aduersarios eis deerat aliqua virtus, seu energia Physica, quam habet gratia efficacem, & tunc relinquatur iusta Iudæorum querela in sua vi, & redditur inanis Christi obiurgatio: etenim ita possent redarguere Christum Dominum, si Gentiles patratis à te apud ipsos eisdem miraculis solis auxilijs sufficientibus, ut nos, excitasset Deus, nec illi responderent, nam, ut in sententia aduersariorum componi non possunt in eodem subiecto & tempore auxilium ex se efficacem & negatio actus: ita nec auxilium tantum sufficiens, & actus penitentiarum, pro quo datur, igitur dum constanter non ponuntur utrisque, Gentilibus dico, & Iudæis paria auxilia interna, terribilissimum illud Christi Domini fore inane; sicut enim si maiora externa signa foret Christus patraturus apud Gentiles, quam apud Iudæos, eneruaretur omnis increpationis vis: ita, & multo magis constitutis inæqualibus auxilijs internis: quis hoc non videat? Cum auxilium internum, eliciens principium, magis necessarium sit, quam externa prædicatio, quam miraculorum patratio. Ad hæc, impedimenta ista consistere non posse in negatione responsionis, cui nulla subest culpa, manifeste conuincit Sacer Textus, quatenus minatur, durius agendum cum Iudæis, quam cum Gentilibus, & propter negationem responsionis absque culpa, maior pœna infligenda non est, ergo nec durius agendum, primum ergo dicendum, nempe maiora hæc impedimenta esse grauiora patrata facinora, in quo casu etiam inanem fore, Christi increpationem sic ostendo.

Ex doctrina eiusdem auctoris, & magis communi inter huius sæculi præceptores Dominicana familia lib. etim 3. de auxilijs cap. 24. in 2. conclusione tuctur omnem actum voluntatis, etiam malum prædeterminari physice à causa prima in quantum est ens, & in quantum est actus, & licet negarent præmotionem physicam ad malum, ut malum, ac nunquam responderant argumento, quo illis probari solet, ipsam malitiam necessario connexam cum entitate

16

Discrimen
inter gra-
tiam effi-
cacem ad-
uersariorū
& nostrā.

Physica
præmotio
determinās
ad ma-
lum secus-
dum enti-
tatem re-
fellitur.

titate actus mali, Deo adscribendam esse: quod argumentum ego formaui vrgenter supra disp. 6. capit. 3. & modo sic illud compendiose refero, quia ad præsentem controuersiam apprimè necessarium est, ne leue existimetur, quod frequenter non arguitur. Vt dixit B. Prosper Epistola ad Augustinum, ante librum de Prædestinatione Sanctorum circa finem. etenim in ea entitate actus mali considerare possumus, aut rationes vniuersales, aut speciales eum in suo esse specifico, & ultimo constituentes, aut aliquid positiuum, aut priuatiuum distinctum ab intrinsicis ipsi actui, & ab eis manans admodum proprietatis, ergo vel malitia actus odij Dei, exempli gratia, constituitur in vltima differentia especifica eius qualitatis, vel in aliquo positiuo morali distincto ex natura rei ab ipsa, vel priuatiuo in quouis horum consistat, si Deus voluntatem ex se indifferentem præmouet, determinando ad entitatem actus, etiam præmouet, determinando ad malitiam actus, quæ habet necessariam prorsusq; in separabilem connexionem cum ea entitate actus effecti libere, & moraliter à voluntate: hoc est, ex cognitione in differenti, & aduertenti ad regulas morum, hoc ita ostendo, nam concursus Dei, ex præmotione procedens, & concursus voluntatis sunt à parte rei vnus concursus indiuiduus, & solum distinguntur ratione, per connotationem ad principia diuersa, ergo concursus Dei, procedens ex præmotione prædeterminante, realiter producit illam qualitatem actus liberi, & moralis odij Dei, sed cum illa qualitate libere, & moraliter producta à Deo, strictam, atque essentialem connexionem habet malitia, & nec per potētiā absolutam existere qualitas sic possit, quin etiam ad eam malitia consequatur, ergo Deo præmouenti, atque determinanti voluntatem indifferentem adscribenda necessaria malitia est: ex quo fit tum Iudæos in nostra re, tum quoscumque peccatores causari iuste de Deo posse, propter in missam hanc præmotionem in malum actum. Item Iudæos sic reddere posse inanem Christi obiurgationem, nam si ut Iudæi præmoti fuerunt prædeterminatione ad entitatem actus, ad grauiora peccata, ita Tyrij, & Sydonij fuissent prædeterminati, non maiora Iudæi obiecerunt impedimēta diuinæ gratiæ, quam Tyrij, & Sydonij: vnde cum ad primam immisionem huius præmotionis nulla ex parte voluntatis creatæ causa præsupponatur, sed nuda voluntas Dei sic decernens, dicere poterant Iudæi: ideo ipsos opposuisse maiora impedimenta, quia à Deo præmoti sunt cum determinatione ad actus mali entitatem. Verum recentiores quidam Theologi arbitrantur concursum, ut à Deo præmouente, so-

Cōcursum
ut à Deo
terminari

lum directè, & formaliter terminari ad rationem communes actus, non vero ad vltimas nisi indirectè ad si indirectè, & materialitè, propter identitatem cum rationibus communibus: hi vero factentur malitiam moralem in vltima differentia actus consistere, non in priuatiuo, aut positiuo consecuto, quia putant ex hoc non eleuari argumentum propositum, nam si ratio formalis malitiæ essentialem connexionem habet cum entitate specifica actus, parum, aut nihil refert, quod distincta sit, vel indistincta, quod positiua, aut priuatiua ad hoc, ut non ad scribatur Deo, præmouenti, & determinanti actus malitia.

Sed hi Theologi nec fugiunt incommodum, quod vitare prætendunt, nec propositam difficultatem euacuant, denique in absurdum relabuntur. Primum constat, nam etsi gratis demus concursum, ut à Deo solum directè, & formaliter terminari ad communes rationes actus illius: at negare non possunt, eas rationes communes esse a parte rei vnā indiuisibilem entitatem cum ratione differentiali, in qua malitiam moralem sitam esse volunt, ergo tam essentialem connexionem illam habet cum rationibus à Deo directè, & formaliter productis, quam positiuum, aut priuatiuum subsecutum, ad entitatem Physicam actus. Probo euidenter consequentiam hanc, nam Deus cōcurfu suo non producit à parte rei directè, & formaliter rationem entis, aut actus logicè conuenem, quæ reperitur in alijs entibus, & actibus humanis, sed rationem entis, qua actus ille odij Dei est ens, & qua est actus humanus, sed illa ratio existere à parte rei non potest, sine vltima sua differentia, sibi identificata, ut perse se conspicuum est, ergo tam essentialē connexionem habet malitia cum ratione Deo directè, & formaliter producta, ac priuatiuo, seu moralitas positiua, subsecuta ad entitatem actus, igitur si propter connexionem essentialē priuationis cum entitate actus non vitatur incommodum, quo constituimus Deū auctorem malitiæ peccati, nec etiam propter directum influxum, & formalem in rationem entis, quæ est in ipso peccato.

Secundam nimirum non satisfacere difficultati propositæ constat ex hac eadem ratiocinatione & ex sequenti confirmatione, quia Deus cognoscit priuationem illam, seu moralitatem positiuam essentialiter connexam esse cum actus entitate specifica, & sciens præmouet voluntatem indifferentem, determinando ad entitatem totam actus, sit ipsi malitiam adscribendam esse, sed etiam rationem entis seu actus, quam directè, & formaliter attingit, esse essentialiter connexam cum malitia, quæ in vltima differentia eius actus

18

sita est, & præsciens, producit directè, & formaliter eam rationè, ergo non minus cogitur adscribere Deo malitiã in sua opinione, quã in alijs ab ipso impugnatis propter hanc rationè.
Tertium denique relabi in absurdum sic ostendo: nam concursus ille Dei non est attingentia intentionalis effectus, sed realis productio eius, ergo non est præcisissimus rationum communium à rationibus particularibus, non ergo attinguntur à Deo rationes communes directè, & formaliter, rationes vero particulares indirectè, & materialiter, aliqua enim esset præcisio in modo attingendi, & licet in Trinitatis mysterio aliquid sit simile huic præcisioni, quatenus Pater diuinus reali communicatione naturam suam Filio communicat, non communicata Paternitate, & Filiationem producit, non producta natura: at hoc singulare est ipsi mysterio beneficio virtualis intrinse-

cæ cuiusdam distinctionis, quam fusè explico tractatu de Trinitate, nec ad res creatas extendendum, in quibus perspicaciores metaphysici nostra tempestate non admittunt præcisionem intentionalem, suffulti ad hanc opinionem firmissimis præsidij, ne dum admittenda erit vlla præcisio in attingentia physica, & reali, ut est productio qualitatis peccati à Deo.
Non me latet hos Theologos varijs vti exemplis, vt aliquam dent probabilitatis speciem suæ opinioni, sed is non est opportunus locus longius protrahendi sermonem hunc, si attente discernas in exemplis permissionem à cooperatione, & concursu in peccatum ea, ad rem non esse facile cernes. Quod autem sit discrimen in modo concurrendi in actum bonum, & in malum, repulsa prius omni præmotione physica determinante, & posito modo concurrendi indifferenti, alibi explanandum.

Caput. 4. Ex quadam Patrum doctrina probo scientiam conditionalium.

19



PVD scriptores Societatis abunde probatum habes Patres Ecclesie absque dubio concessisse Deo infallibilem conditionalium scientiam, ego in præsentis capite vnicum efformo argumentum ex quadam ipsorum doctrina, & noua aduersariorum effugia præcludo.

Cyrillus.

Antiquis Patribus cum infidelibus fuit controuersia quædam, quam his verbis proponit Cyrillus lib. 9. in Ioan. cap. 10. *si omnia scire Christus creditur, cur Iudam, qui futurus proditor erat, elegit? & infra, cur Saulem elegisti, quem sciebas gratiam tuam speretum? cur primum hominem de terra formasti, quem sciebas mandatum non seruaturum? cur Angelorum naturam creasti, cum vt Deus prævideris futura nonnullorum rebellionem?* Eandem agitatio qua stio

Hieronymus. Tertulianus. Damascenus.

nem Hieronymus, lib. 3. contra Pelagianos, cap. 2. Tertulianus lib. 2. aduersus Marcionem, cap. 5. 6. & 7. Damascenus lib. aduersus Manichæos prope medium, & alij.

Cyrillus per hæc verba respondet, *ex istis, caterisque; huiusmodi istud porro sequitur, vt præ cognitionis causa, aut nihil omnino creare debuerit, aut insensatam naturam solummodo producere, ecce ex incommodo illato quæstionem dirimit, & apertissime fatetur omnia conditionata præcognosci à Deo.*

Hieronymus sic respondet, *vis audire rationem? Deus præsentia iudicat, non futura, nec condemnat ex præscientia, quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat, sed tanta bonitatis est, ineffabilis clementia, vt eligat eum, quem*

interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & penitentia. Sic fere respondet Tertulianus, vt verba referre non sit opus.

Damascenus denique respondet bonitatem Dei fuisse in causa, quæ vicit præscientiam, ita etiam loquitur Chrysostomus tom. 1. homil. de Adam & Eva. Ecce cum facilis esset responsio negata præscientia in Deo de lapsu Angelorum, si creasset, de peccato primorum hominum, si condidisset, de impietate Saulis, si elegisset in Regem, de prodicione Iudæ; si in Apostolatū. Nullus ex relictis Patribus negat eam præscientiam, imo concessa, quæstionem dirimit, modo per bonitatem, quæ dedit potestatem conuersionis, & penitentia, & his, quos præsciebat malos futuros: modo per iustitiam Dei, quæ non damnat propter peccatum sub conditione futurum, modo ex incommodo illato, vt retulimus ex Cyrillo.

Magister Curiel in controuersia illa 7. in cap. 4. sap. articulo 2. numero 44. & sequentibus, & ex eo Ledesma fere verbum pro verbo respondet hos Patres non admittere in præfatis testimonijs præscientiam lapsus Angelorum, & Adami, quæ præcedit voluntatem eos creandi, sed quæ eam subsequitur: cum vero quærunt, cur creauit naturam Angelorum, cum præuiderit futuram nonnullorum rebellionem? Solum significat ipsam creationis executionem fuisse post scientiam, non vero voluntatem creandi. Hanc esse horum Patrum mentem colligit Curiel duplici signo: primū, quia

20

Ledesma. Curiel.

Responsio ex Mag. Curiel confirmata duobus signis.

quia quæstio hæc erat, vel Deus præsciuit lapsus suarum creaturarū, vel non? si non præsciuit, auferatur præscientia à Deo, ac proinde diuinitas; si præsciuit, ergo non peccat creatura; imo peccatum eius Deo tribuendum, qui talem eam condidit, vt ne diuinæ præscientiæ resisteret, necessario peccaret. At quis dicat diuinitatem Deo tolli ex negata conditionalium præscientia? Ergo sermo fuit Sanctis Patribus de præscientia absoluta. Secundum, nam controuersia de scientia conditionalium nimis noua est in scholis inaudita, nisi nostro sæculo, igitur infideles nõ certabant cum Patribus de hac subtiliori, quàm ab eis moueri posset, quæstione.

Cófutatío.

Sed multa euidenter expugnant hanc rationem interpretandi; & primo contra eam adferri possunt omnia testimonia Sanctorum Patrum, ac maxime Augusti. qui ex hac præscientia reddunt rationem, quare quosdam præmature rapit, antequam labantur in alia peccata, in quæ lapsuros præsciuit; euidentem verò est præscientiam eorum peccatorum non esse posteriorem voluntate eos diutius conseruandi in hac vita; nam cum Deus, quod efficaciter semel statuit, nequeat mutare, & cum nollit conseruare cū de facto rapiat à vita, nunquam habuit efficaciter decretum conseruandi, præcessit igitur præscientia illa voluntatem conseruandi. Quod vero præuiderit lapsuros, si conseruarentur, euidentissime docent Patres allegati supra, & frequentissime August. cap. sequenti, vbi de ipsius mente.

Contra secundum, si Patres non admitteret præscientiam lapsus creaturæ ante voluntatem, eam condendi, quæstioni facile respondere poterant, negando præsciuisse lapsuram creaturam, donec decerneret creare, post autem creandi decretum, propter immutabilitatem, & constantiam voluntatis suæ, iam decretum reuocare non posse, neque oportebat eos recurrere ad bonitatem, quæ vicit præscientiam, nec ad sufficientes vires elargitas ad non peccandum, neque ad alia, quæ retuli supra; vt controuersiam motæ ab infidelibus satisfacerent, igitur non agunt Patres de præscientia, post voluntatem creandi.

Contra tertium, voluntas creandi liberam

21

Quatuor Augustini testimonia pro scientia conditionalium ex lib. de bono perseverantiæ, cap. 9.



Hoc caput remissi testimonia ex Augustino, in quibus ipse proficitur, ideo quosdam à Deo præmature raptos ex hac vita, quia præiudicet, si viuere, fore, vt laberentur in maiora peccata, Primum profero ex lib. cap. 9.

creaturam per se non habet connexionem cū lapsu earū, imo nec voluntas permissiua peccatorum, nisi præsupposita futuritione conditionata lapsus, & præscientia eius, vt fusè ostendi disp. 6. cap. 3. Ergo, & si gratis daremus Sanctos locutos de præscientia absoluta post voluntatem condendi, coguntur fateri præscientiam conditionatam, ante voluntatem condendi Probo hæc consequentiam, nam si post voluntatem absoluta præscientia præsciuntur peccata creaturæ à Deo, cum ea voluntas creandi, nullam per se connexionem habeat, cum lapsibus solum præsciuntur in futuritione determinata absoluta, quam in se habent; ergo etiam ante voluntatem præsciuntur saltem conditionate, si adsit in Deo voluntas creandi, vt vrgeo magis infra cap. 7.

22 Responsio ad duo in dicia.

Ad duo signa à Magistro Curiel concedo eam fuisse controuersiam, vt ipse refert, nego vero ex sublata præscientia conditonalium, non tolli re vera diuinitatem posita cognoscibilitate conditionalium, ac maxime in nostris principijs, de quibus disp. 3. cap. 3. vbi defendimus actuali scientia, constitui diuinitatem, & licet verū esset scientiam Dei esse extra conceptum essentialem eius, sublata conditionalium scientia, tolleretur maxima, atque intrinsecā perfectio Dei, ac per consequens ratio deitatis, quatenus ex se est omnium perfectionum cumulus; quo quid perfectius cogitari non potest & quemadmodum posita futuritione absoluta contingentium, vel præscientia eorum constituenda, vel tollenda diuinitas est, ita & in nostra præscientia. Cum vero dico in his præscientijs liberis Dei constitui diuinitatem, aut perfectionem aliquam intrinsecam, loquor de illis, secundum perfectionem, quam in recto, & ex parte Dei afferunt, non secundum terminationem, & connotationem liberam obiecti, quod attingunt efficaciter. Vide dicta disp. 2. cap. 2.

Ad secundum nego nouam, atque inauditam a Sanctis Patribus hanc quæstionem, erit noua, & inaudita, quibus noua, & inaudita scripta Sanctorum Patrum, ac maxime Augustini. Qui scire voluerit rationem, quare nego hanc scientiam nouam esse in Deo, legat cap. 5. sequen.

Caput. 5. Idem probo ex Augustino.

de dono perseverantiæ cap. 9. cuius hæc sunt. Aug. prima verba; certe poterat illos Deus præsciisse esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita. Vbi explicabat Augustinus, quomodo possibile sit Deo auerfas, & aduersas in fidem suam conuertere hominum voluntates, ita vt ab

ab ipso, neque aliqua superati tentatione discedant, confirmat ex Apost. 1. Corinth. 10. & ad Corinat. 10. vt modum aliquem, quo Deus non permittat hominem tentari supra id, quod potest, subijcit præscripta verba, in quibus perscribit, saltem rapiendo ex hac vita, ante aggressionem eius grauis tentationis, qua præcuiuit lapsurum, id prestare posse. In eodem capite, & contra Pelagianos, & pro præscientia nostra conditionalium, sic egregie scribit. *Cur enim non dicatur, & ipsum Euangelium, cum tanto labore, passionibusque Sanctorum frustra esse predicatum, vel adhuc etiam predicari, si iudicari poterant homines, etiam non audito Euangelio: secundum contumaciam, vel obedientiam, quam præsciuit Deus eos habituros fuisse, si audissent. Ecce constituit præscientiam contumaciae seu obedientiae, quæ nunquam erit, foret vero, si audiretur Euangelium à gentibus, & non quæcumque præscientiam, sed eam, quæ sufficiens est ad distributionem poenarum per vindictiuam; dicant quæso aduersarij, an præscientia coniecturalis sufficiat ad hæc perfectissimo promissori Deo? Porro in eodem capite hæc habet non minus perspicua verba. Hoc quippe, vt scitis, cum Christus, quare post tam longa tempora venit, quæreretur: dixi, quod in his temporibus, & his locis, quibus Euangelium eius non est predicatum, tales omnes in eius predicatione futuros esse præsciebat, quales multi in eius corporali presentia fuerunt, qui in eum, nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Hæc verba ipse allegat à se dicta in alio libro, vbi sex quibusdam questionibus Paganorum satisfacit, & ex eodem libro eademque questione hæc adiecit verba. Quid mirum si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, vt eis predicari merito nollet, quos nec verbis, & miraculis suis creduros esse præsciebat? Nam ex vno solo capite quatuor habemus tam expressa pro sententia nostra Augusti. testimonia, vt alia referre puderet, nisi ad tundendam contumaciam aduersariorum, iudicarem necessarium.*

Secundum testimonium profero ex lib. de correptione, & gratia cap. 8. vbi agens de his, qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum, deficientem bonam voluntate, moriantur: Respondent (ait) si possunt, cur illos Deus cum fideliter, & pie viuere, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fictio deciperet animas eorum, utrum hoc in potestate non habuit? an eorum mala futura nesciuit? nempe nihil horum nisi peruersissime, & insanissime dicitur. Vbi aduerte tam indubitatum fuisse Augustino Deum præscire peccata illa, quæ commi-

fissent, si diu uiuerent, quos rapuit, quam potuisse auferre de vita.

Magister Curiel supra num. 50. & ex eo Ledesma semper persistunt in sua solutione de præscientia coniecturali, & nihil aliud sibi voluisse Augustinum confirmant ex testimonio eiusdem Augusti. lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 14. vbi explicans verba illa Sapient. cap. 4. contra Pelagian. contendit ex eo probare, Deum non punire ob peccata, quæ nunquam facient, facturi tamen essent, si uiuerent. *Dicitur est (inquit) secundum pericula vite huius, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præsciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat, id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset, ergo testimonium illud rapturus est, &c. non refert Aug. in præscientiam certam peccatorum, quæ commitienda forent, si uiuerent, sed inconiecturalem, quæ prudenter desumi posset ex periculis huius vite, & crebra tentationum impetitione.*

Verum, qui mentem Augustini hoc loco caluerit, perspiciet verba ipsius ad rem non afferri, et si in primo cortice aduersarijs fauere videantur. Scopus Augustini ibi erat, ostendere Pelagianis, non ideo è duobus paruulis, alterum decedere cum remedio baptismi, alterum sine illo propter bona opera prauisa, quæ alter facturus esset, & propter mala, quæ alter, & postquam statuit testimonium illud Canonicum esse, & Deum nec premio afficere bona opera, nec pæna mala, quæ essent patraturi, si uiuerent, ait, dictum esse secundum pericula huius vite, non secundum præscientiam Dei; hoc est, non secundum præmissionem operum, quæ digna sunt, vt premio, aut pæna afficiantur, quia illud opus solum Deus sic præsciuit, quod futurum erat, hoc est, quod absolutam existentiam habiturum est, non quod futurum non erat: id est quod nunquam de factō existeret, et si existeret ex aliqua hypothesi. Illud vero dictum est secundum pericula huius vite, non significat Deum ex periculis huius vite depromere sibi præscientiam coniecturalem lapsum, sed raptum, ne malitia mutaret intellectum eius secundum pericula huius vite, hoc est, mutatione promanente ex periculis, & tentationibus huius vite. Hanc esse mentem Augustini colligo, primo quia cum saepe cum his Pelagianis contenderet, nunquã contra ipsos agit, negando præscientiam operum sub conditione, quo vno verbo totum eorum robur eneruabat, sed ea præscientia concessa sapissime, ac maxime in locis à nobis allegatis conatur ostendere solum opera, quæ aliquando vere existunt, esse premio, aut pæna dig-

Curiel. Ledesma.

23

Aduersarij explicent Augustini testimonia de notitia coniecturali.

Impugnatur ex Augustin. me.

digna. Secundo colligo, quia saepe ab Augusti. affirmatum, Deum præscire conditionalia futura contra presentem causarum dispositionem, verbi gratia, omnes Sancti Patres, vt diximus capite superiori, fatentur præscientiã lapsus Angelorum ante decretum eos creandi, quis vero non videat Angelicam illam naturam, quantum erat ex presenti dispositione, propter tot singularia beneficia, tum naturalia, tum supernaturalia à Deo proxime accepta, magis propendere in obedientiam, reuerentiam, & amorem in suum conditorem, quam in rebellionem? idem expendat Lector de primis hominibus à Deo conditis in paradysso voluptatis iustitia originali præmunitis. omniscientia, & gratia perfulsis cum perfecta subiectione, atque subordinatione sentientis appetitus ad rationale: idem in Saule in Regem electo, & in Iuda in Apostolatum. Igitur hæc solutio hæc plene satisfacit alijs testimonijs, nec in nostro ad rem est mētis Augustini. Hoc testimonium cum alijs radicatus explico cap. 11. vbi ad fundamenta aduersariorum respondeo.

Tertio produco doctrinam Augustini pro nostra sententia, quam ipse saepe docet pluribus scriptis suorum operum, nimirum dari misericorditer à Deo quamdam vocationem, quam epist. 107. ad vitalem appellat altam, atque secretam, qua sic Deus agit hominis sensum, vt eidem legi, atque doctrinæ accomodet assensum. Item lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. explicans discrimen inter vocationem congruentem, & non congruentem, vocat electos, qui congruenter vocati sunt, illi vero, qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi non electi (ait) quia non secuti, quamuis vocati, vbi plane vocationem congruentem explicat per ordinem ad operationem subsecutam. Porro hæc habet verba cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, vt vocantem non respuat. Ecce expresse vocationem congruam explicat per ordinem ad præscientiam bonæ operationis futuræ, si congruens detur vocatio, & lib. de Prædestinatione Sanctorum cap. 8. ex instituto docet esse quamdam secretam, & occultam Dei gratiam præuenientem, per quam, si moueatur creata voluntas infallibiliter elicit consensum, eamque significatam in illis verbis Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum; & in illis. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Valde, inquit, remota est à sensibus carnis hæc schola, in qua Deus auditur, & docet, multos venire videmus ad filium, quia multos credere videmus in Christum, sed vbi, & quomodo à Patre audierint hoc, & didicerint, non videmus, nimirum gratia ista se-

creta est, gratiam vero esse, quis ambigit? hæc ita que gratia, qua occulte humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur, ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur; & paulo post, si illos quibus stultitia est verbum Crucis, vt ad Christum veniret, docere voluisset, procul dubio venirent & ipsi; non enim fallit, aut fallitur, qui ait, omnis, qui venit ad Patrem, & didicit, venit ad me. Denique hoc eodem lib. cap. 16 ait esse quamdam certam vocationem eorum, qui secundum propositum vocati sunt, quos præsciuit, & prædestinavit conformes imaginii filij sui; & explicans illa Pauli ad Rom. 9. Non ex operibus, sed ex vocatione, non quacumque (ait) vocatione, sed qua vocatione fit credens, agnoscit ergo Augustinus quamdam vocationem, quam modo appellat altam, atque secretam, modo congruentem, modo secundum propositum, modo electorum propriam, quam Deus largitur misericorditer, præsciens infallibiliter futuram conuersionem, si derit; at qui hæc conexio infallibilis consensus cum ea alta vocatione fundari non potest in natura physica talis vocationis, qua ita ferere voluntatem, adigat, & sibi subdad, vt extorqueat consensum, nec in decreto efficacis præuio consensus, nam vt ostendi fufè disp. 6. cap. 2. & 3. manifeste ledit indifferentiam libertatis; ergo sumenda est ea infallibilis conexio in ordine ad futuritionem conditionatam actus, & præscientiam eius futuritionis, vt ipse etiam August. innuit in verbis à me relatis, quæ transcripsi, vt hoc animaduertat Lector, ac maxime in questione illa secunda ad Simplicianum ibi, quomodo scit congruere, vt vocantem non respuat.

Hoc argumento male vrgetur Magister Curiel vbi supra, & merito, quia cum physicas præmotiones prædeterminantes non admittat, imo respuat, vt contrarias Augustino, nulla ei suppetit ratio, qua naturam harum vocationum possit explicare, & infallibilis connexionis consensus cum illa, nisi per futuritionem conditionatam, & præscientiam eius. Nihilominus in omne latus se vertens, triplicem excogitat solutionem.

Prima retorquet in nos hoc ipsum argumentum, nam nostri Theologi contendunt ex Patribus hanc non esse bonam causalem, ideo liberum arbitrium, si congrue vocetur, consentiet, quia Deus sciuit infallibiliter consensus, imo è conuerso causalem formandam esse, quia liberum arbitrium, si congrue vocetur, consentiet: ideo Deus sciuit infallibiliter consensus. Ergo cum affirmamus rationem infallibilis connexionis consensus cum congrua vocatione desumi ex præscientia conditionalium, committimus viciosum circuitum, pater

Paul. ad Rom. 9.

Prima solutio. Triplex solutio Magistri Curiel.

patet hæc consequentia; quia simul affirmamus, & ideo Deum scire, quia liberum arbitrium consentiet, & ideo liberum arbitrium consenturum, quia Deus infallibiliter scit.

Secunda solutio declarat, vnde proueniat infallibilis hæc connexio, atque prouenire ex opportunitate, & modo vocationis, qui constat ex vario rerum occurfu artemperato, & dispositione vocati secundum diuinam sapientiam, nam licet, quæcumque alliciunt voluntatem vocati ad consensum in particulari, & sigillatim connexionem infallibilem cum consensu non habeant, habent tamen omnes simul rationes, quæ hinc, inde intrinsece, atque extrinsece voluntatem alliciunt ad cõsensum, id quod aliqui confirmant ex Augustino, dum vocationem hanc appellat contemperatam subiecto, ipsique congruentem.

Tertia solutio aliam explicat connexionem, & ait, esse subordinationem, & obedientiam voluntatis creatæ ad diuinam prædeterminationem, qua Deus vtrumque vult, & vt voluntas consentiat suæ vocationi, & vt libere consentiat, cum vero omnis creatura ex ratione creaturæ hanc præstet subordinationem, & obedientiam suo Creatori, negandum non est liberum arbitrium eam præstare; quod si ex intrinseca natura sua creatum liberum arbitrium sic subordinatum est, per infallibilem connexionem, modus operandi indifferenter non mutatur, non destruitur, sed perficitur; euertetur vero, atque destrueretur, si infallibilis hæc connexio obesset indifferentiæ voluntatis. Hic nota Magistrum Ledesmam retulisse responsionem hanc, non probasse, quia in ea physica præmotiones determinantes reprobantur. Et re vera triplici solutione vni non satisfacit argumento.

26 Et primo retorsio processit ex non penetrata nostrorum Theologorum mente, atque doctrina, in qua vt notabam capite primo stri Curiel status conditionatus consensus nostri præcedit ratione statam absolutum eiusdem, quo fit scientiam conditionalium posteriorem estur doctrinæ ratione futuritione conditionata, seu statu conditionato consensus, quatenus omne obiectum distinctum à scientia præcedit scientiam ratione, vt eius mensura, & vt minus dependens in cognosci, quam scientia, vt fuse explicui disp. 5. cap. 4. Vnde scientia conditionalium respicit consensum sub conditione futurum tanquam obiectum, non causatum ab ipsa, nec aliqua ratione dependens, & hac ratione illa causalis bona est, ideo Deus scit conditionata scientia flectendam esse voluntatem in vnam partem, si congrue vocetur, quia ipsa se flectet, cum possit non se flectere. Post modum vero in alio signo posteriori rationis

intelligimus in Deo decretum congrue vocandi voluntatem, per quod consensus ille ex statu conditionato translatus est in statum absolutum, modo à me explicato disp. 6. capit. 3. In hoc vero statu duplici ratione: præuisione sua absoluta cognoscit Deus consensum nostrum connexionem habere infallibilem cum congrua vocatione. Prima in existentia consensus è conjunctione cum voluntate in propria duratione, quæ existentia, atque conjunctio etiam ratione præcedit ad præscientiam absolutam eius, & hæc est bona causalis, quia consensus voluntatis erit in ipsa tali tempore, ideo Deus cognoscit futurum. Secunda in ipsa vocatione non sumpra secundum se, propter aliquam intrinsecam virtutem physicam, ratione cuius necessario adnectitur cum consensu, sed dependenter à præscientia conditionata, quæ præcessit ratione in alio statu, vt explicui, ratione cuius dependentia præscientia absoluta ratione subsequitur conditionatam, & tunc hæc causalis bona est, ideo Deus præscit scientia absoluta in vocatione congrua, decreta iam, & præuisa existere, voluntatem responsuram, quia præcognouerat per scientiam conditionatam, si daretur vocatio congrua, voluntatem responsuram. Nam cum vocatio ex natura sua non inferat physice effectum, & cum logice eum inferat, præsupposita scientia conditionata, vt constat in hoc discursu, quem eminenter format Deus in mente sua. Ego præscio futurum consensum voluntatis creatæ, si congrue ipsam vocaero, sed modo per meum decretum eam congrue voco, ergo infallibiliter scio consensum illum fore, seu habiturum determinatam connexionem cum voluntate beneficio præscientiæ conditionatæ, quod si roges, vnde Deus præsciat consensum futurum conditionate, si congrue ab ipso vocetur voluntas? quæ erat maior propositio syllogismi, iam dixi præscire ex futuritione conditionata consensus obiectiua præsupposita ratione ad ipsam scientiam, quo fit egregie à nostris assertum in statu absoluto connexionem infallibilem vocationis cum consensu desumpti respectu Dei ex præscientia conditionata ratione antecedente. Hinc euacuatur tota retorsionis, vis concedimus antecedens seruata debita proportione obiecti ad suam scientiam, semper enim comparari debet obiectum ad scientiam conditionatam; & absolutum ad absolutam, & sic subsistunt causales illæ, non vero comparari debet obiectum absolutum ad scientiam conditionatam, inter quæ nullus est ordo, nulla prioritas, aut posterioritas realis, aut rationis, non realis, quia consensus non pendet à scientia conditionata in suo esse absoluto, consensus enim hominis foret

ret positâ vocatione congrua in ipso, siue Deus præsciret fore, siue non, non rationis, quia licet logice inferatur ex duplici præmissa futurum consensum, altera, in qua continetur præscientia conditionata, altera, in qua præuisio absoluta vocationis: at hoc conducit, vt Deum ipsum certum reddat de euentu ex medio à se adhibito, vt decet perfectissimam prouisionem dirigentem creaturam suam rationalem in finem vitæ æternæ, & disponentem de præmio, & de pena respondentem operibus bonis, aut malis: at ex hoc non fit esse aliquæ ordinem rationis inter præscientiam conditionatam, & consensum absolute futurum, sed disparate se habere, nego ergo primam cõsequentiam, nimirum nos committere circum vitiosum. Ad probationem concedo primam partem, & nego secundam, si intelligit de scientia conditionata, quæ nullum habet influxum in consensum absolute futurum, & nullo sensu verum est, ideo infallibiliter consensuram voluntatem, quia Deus habet scientiam conditionatam, sed solum Deum beneficio scientiæ conditionatæ, posita vocatione congrua & præuisione eius, certum reddi de consensu absolute futuro, vt explicui.

Hoc loco obseruandum, in omni doctrina siue ponas præmotionem physicam determinantem, siue attemperatorem vocationis in ordine ad temperamentum, & affectiones subiecti, siue subordinationem, & obedientiam voluntatis creatæ Deo, prædefiniendi hunc nostrum discursum maiori cum rigore locum habere; nam Deus optime nouit voluntatem cõsensuram ex hypothesi præmotionis determinantis, aut vocationis attemperatæ. Item præuidet præmotionem ipsam, & vocationem attemperatam, cum confert in qua duplici promissa continetur necessario præscientia consensus absolute futuri.

Venio ad secundam solutionem, in qua nõ possum nõ mirari viri sapientissimam, & Theologiam exactissimum cultorem incidisse in prædeterminationem non simplicem, vt quidam recentiores, quos ipse bene refutat, sed cõpositam ex pluribus partialibus. Hoc sic ostendo: vel posita attemperata hac vocatione in ordine ad subiecti temperamentum, & affectiones, & opportunitatem temporis, & loci potest voluntas cohibere suum consensum, & solum habet contingentem cõnexionem cõ illa, vel non potest, quia habet connexionem necessariam, tam arctam, ac habet consensus cum voluntate physice prædeterminatæ? si hoc secundum rationem temperamenti, oportunitatis, & circumstantiarum occurrentium lædit in differentiam voluntatis, vt lædunt physice prædeterminantes, nam vt hæc est suppositio antecedens, nõ posita in manu voluntatis, ita illa, in-

cidit ergo in incõmoda, quæ vitare cupiebat. Porro quis neget aliquos sæpe succubere tentationi, ad quam in dispositi erant, tum tẽperatura corporis, tum mentis, tũ loco, & tempore importuno, alios è cõuerso resistere tentationi consentaneæ, & loco, & tẽpori, & hominis ingenio, & ex historijs licet facile deprehēdere? ergo & solutio falsam cõtinet doctrinam, & relabitur in physicas prædeterminationes. Si secundum, ergo voluntas etiam affecta vocatione attemperata, & alijs omnibus concurrētib, indifferens est ad consentiendum, vel nõ consentiendum, igitur non habet cõsensum infallibilem connexionem cum voluntate, etiã instructa, ea vocatione constata ex concursu omnium circumstantiarum, recurrendum ergo est ad futuritionem conditionatam cõsensum, & præscientiam eius.

Tertia denique solutio ipsi visa est perceptu difficilis, & merito, nam vel illa subordinatio, & obedientia, quam voluntas habet ad Deum, prædefiniētē consensum, vt libere fiat, relinquit ipsam indifferentem, posita ea prædeterminatione Dei, vel nõ? Hoc secundum non dicet, tum quia prædeterminatio hæc non perficeret, sed labefactaret, nõ adstrueret, sed destrueret modum operandi naturalē voluntatis, & ab eo ponebatur, vt seruaretur, & perficeretur ille, nec quid quã refert Deum prædeterminare consensum, & simul vt libere fiat nam si prædeterminatio hæc cõsensum est absoluta, & efficax, nullâ expectas cõditionem, in terminis implicat, posita antecederet prædeterminatione, cum qua, quia absoluta est, necessariam habet cõnexionem cõsensum, libere ipsum fieri, nõ libere fieri, est fieri cõ contingenti sola cõnexionem cõ principio, ex prædeterminatione efficaci, antecedenti fieri, est fieri cõ necessaria cõnexionem cõsensum cum principio prædefinito, seu vt subest prædeterminationi, sed implicat cõsensum simul habere cõnexionem cõtingentem, & necessariam cõ suo principio, qua ratione physicam determinationem intrinsecam lædere libertatem defendit hic author, ergo cõ dicunt Deum prædeterminare absolutam voluntatem, vt cõsensum libere fiat, implicat in terminis: primum ergo dicendum, tunc sic argumentor. Ergo posita obedientia, & subordinatione voluntatis, & prædeterminatione, adhuc si voluntati libuerit, consensum edet, & non edet, si non libuerit, & prædeterminatio illa solum consensum prædefiniet subintellecta conditione, si se voluntas in eam partem flectere voluerit, quo pacto prædefinit omnes actus bonos, ad quos vocat, per auxilia sufficientia, ergo prædeterminationi ei nihil obstabit negatio consensus, imo componi simul poterunt voluntas subordinata, & prædeterminatio vt consensus libere fiat, & negatio consensus, non ergo in ea prædeterminatione, & subordinatione fundari

28

Repugnat Deum prædefinire, vt libere fiat opus liberum decreto efficaci antecedenti.

Discursus nostrorum in omni opinione locum habet.

27 Ad secundam. Impugnatio prædeterminationis cõposita ex vocatione & temperamento subiecti.

dari potest infallibilis conexio. atq; secreta vocationis cum cōuersione. Hauserūt quidē Theologi Salmanticenses hunc modum dicen

di ex Magistro Curiel, & quorundam plausu ruiti sunt. Syssipi tamen, vt aiunt lapidem mo uent propter huius nostri argumenti momenta

Cap. 6. Idem proba ex D. Thom.

29 S. Thom. testimoniu



Ameti apud S. Thom. nō sint tot testimonia, quia Angelicus Doctor quæstionem hanc non disculsi ex instituto, vt nostro seculo excutitur, nihilominus secutus

Augustini vestigia 3. p. q. 1. art. 5. tractās rationes quare conueniens non fuerit Christum ab initio mudi carnem nostram assumere in 2. argumeto eius articuli sibi opponit. Si Deus incarnatus fuisset a principio mundi, plures fore saluandos per incarnationē, Christum autē venisse in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret, docuit Apostolus 1. ad Thimot. 1. ergo conuenientius fuerat perfici incarnationē a principio mundi. In responsione ad hoc argumentum refert primo, atq; refellit sententiam Augustini ex ipso Augustino, dicēs, quod tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos prædicare suā doctrinam, quando, & vbi sciebat esse, qui in eū fuerant credituri. Hanc sententiam reprobat ex ca. 9. de dono perseuerantia, vbi Augustinus in hæc verba. Nunquid possumus dicere Tyrios, & Sydonios talibus apud se virtutibus factis credere nolluisse, aut credituros non fuisse, si fieret, cū ipse Deus attestetur eis, quod acturi essent magnæ humilitatis penitentiā, si in eis facta essent diuinarū illa signa virtutū? Ex quibus verbis colligit rationē sumptam ex pluralitate saluandorū in ordine ad conuenientiā incarnationis tēpore, quo peracta fuit, efficacem nō esse, eo quod, qui saluandi sunt, ex prædestinatione diuina saluandi sunt; vt ibi etiam adnotat Caietanus, & quia cū alios saluandos præsciret, si apud ipsos miracula patrarentur, atq; virtutes, nolluit, tamen patrare occultata quidem ratione, sed æquissima, vbi nota ex mente D. Thomæ Augustinum asseruisse scientiam conditionalium penitentia Tyriorū, & Sydoniorum; nam, vt hoc probet, verba relata refert, ipse vero ex propria mēte, sic ait: Sicut Apostolus ait, nō est volentis, neq; currentis, sed miseritis Dei, qui his, quos præuidit si apud eos facta essent suis miraculis credituros, quibus voluit, subuenit, alius autem nō subuenit, de quibus in sua prædestinatione occulte quidem, sed aliud insite iudicauit. Ecce expresse conformans mentem suam menti Augustini, agnoscit non subuenisse eis, quorum fidem præuidit, si miracula, & signa apud ipsos fierent.

Paul. 1. ad Thimot. 1. S. Thom. Augustini refellit ex ipso Augustino.

Caietanus.

30 S. Thom. aliud testimoniu.

Aliud testimonium desumo ex quæst. 24. de veritate art. 14. in corpore, vbi sic ait: Omnes autem exteriores motus a diuina providentia moderantur, secundum quod ipse iudicat, ali

quem esse excitandū ad bonū ips, vel illis actionibus. Vbi loquitur S. Thom. de iudicio illo Dei quo noscitur volūtate excitādā ad bonū per quod ipsā gubernat, vt exciteretur. Hoc vero iudiciū non esse præsciētiā absolutā exercitatio nis cōstat ex eo, quod supponit decretū excitādī, at iudiciū, vt cōgrue exciteretur, & dirigatur præcedit decretū, nam per illud Deus volūtati suæ proponit, quo pacto congrue volūtas humana ab ipso gubernanda sit, vt post modū per decretum id exequatur.

Magister Aluarez disp. illa 7. solum respondet ad hæc testimonia. S. Thom. non asserere, hæc cognosci a Deo per sciētiā mediā, sed aut per sciētiā visionis, aut per sciētiā simplicis intelligentiæ: maxime cū in hæc duo tantū membra D. Thom. sciētiā Dei semper fecerit.

Verum extrahit quæstionē extra intentum, ad quod confirmandum adducta a nobis sunt hæc testimonia. Nō enim tractamus modo de qualitate scientiæ, per quā ea cognoscit, aut de nūcupatione nominis eius, sed an re vera sit in Deo scientia cōditionalium futurorū, quoquo nomine nūcupanda sit, aut ad quoduis membrum reuocanda, & quidam Deum præuidisse penitentiam Tyriorum, & motionem volūtatīs humanæ, si ita exciteretur, & dirigatur expressissime affirmat, hæc vero esse futura cōtingentia conditionata, negabit nullus. Dat ergo Diuus Thomas Deo scientiam hanc.

Nullum Magister Aluarez offert testimoniu ex S. Thom. quod directe pugnet cum hac cōditionalium sciētiā, & vt opinor, neque afferri potest, verum nobis obijcere possumus difficilem locum ex quæst. 6. de veritate artic. 3. vbi distinguens prædestinationem a prouidentia, ait; illam habere infallibilem cōnexionem cum particulari effectu, non hanc, & explicans eam cōnexionem, dicit prædestinationem habere ordinem certum causæ cum salute prædestinati, obijciensque sibi, quo pacto certitudo causæ in prædestinatione inueniri possit, cum liberum arbitrium semper contingenter operetur actiones, a quibus pendet finis cōsecutio. Bene difficultate percussus responder non repugnare esse contingentiam respectu vnius causæ determinatæ, & certitudinē respectu omnium, sicut ait; Licet omnia singularia speciei sint corruptibilia in particulari, tota autē species, quia alteri indiuiduo ali perēnter succedit diuina prouidentia gubernatē, nō est corruptibilis; ita in eo, quē Deus prædestinat, vt adminicula præparat, quod vel non cadat, vel si cadat quod

Aluarez

31 Difficile testimoniu S. Thom. 6. de veritate art. 3. dist. cutitur.

quod resurgat: si igitur cōsideremus salutē prædestinati respectu causæ proximæ, scilicet liberi arbitrij, habet contingentia; respectu autem causæ primæ prædestinantis habet certitudinē. Ex hac doctrina D. Thom. duo inferri vidētur. Primū Deum cumulare auxilia prædestinatis, vt si prioribus resistit, posterioribus saltim acquiescat. Secundū S. Thomā nec agnouisse scientiam conditionalium, nec necessariam reputasse ad prædestinationē. Probo hoc, nam si de quo cumq; singulari auxilio præsciuisset Deus certo, & infallibiliter, an ne habiturū esset effectum, nō esset cur S. Thom. recurreret ad cumulum indeterminatem auxiliorum, vt certitudinē causæ in prædestinatione, & infallibilem cōnexionē eius cū salute prædestinati declararet.

32 D. Thom. mens aliena a phisicis prædeterminationibus.

Confirmatur. Nam si Deus cumulat adminicula, tētans diuersa media, vt tandē prædestinatus cōsequatur vitā æternā, ergo ideo cumulat quia ignorat mediū determinatū, per quod sit cōsecutus infallibiliter finē. Igitur ex mēte D. Tho. nō est admittenda scientia cōditionalis.

Circa primum quomodo se gerat Deus cū prædestinato in cumulandis auxilijs, redibit sermo noster in tractatu de prædestinatione, vbi opportunus locus. Circa secundum, quod pertinet ad præsens institutum, primo animaduerto alienam esse mentem D. Thom. a Phisicis motionibus prædeterminatibus, quas tēpestare nostra tenacius, quam par erat, defendūt eius discipuli, nam si Angelico Doctori in mentem venirent auxilia hæc prædeterminantia, nō negaret infallibilem cōnexionem inter cōsensum, & singulare auxiliū, nec recurreret ad varia adminicula præparata a Deo, vt tandē aliquo ex eis cum effectu cōuerneretur. Etenim certum est cū quocunq; determinatē efficaciter conuersum iri, vt certum est non conuertendum cū solo sufficienti, neq; hoc lateret D. Thom. si hæc gratia Phisice prædeterminans, vt dicitur a suis discipulis, ipsi aliquando venisset in mentē. Animaduerto secundo D. Thomā in hoc etiā loco admittere quādā scientiam cōditionalem, nam hæc propositio ipsi vera est, si prædestinato præparētur tot adminicula, & rāta auxiliorum copia, ipse certo saluabitur, quod si illa propositio vera est, infinitam Dei scientiam fugere nō potest, ergo tātū abest, vt locus is alias difficilis obstat scientiæ cōditionali, vt potius cā expresse cōtineat.

Agnoscit S. Thom. in hoc testimonio quādam scientiam conditionalē.

33 P. Suarez.

Pater Suar. 1. parte lib. 1. de essentia prædestinationis ca. 7. nu. 16. & 17. putat mētem. S. Thomæ, esse Deum cumulando auxilia, & præparando adminicula ita se genere cum prædestinato, ac si ignoraret, quā sint effectu fortitura, quæ non, nūquam tamen affirmasse Deū ignorare de singulari auxilio ab ipso adhibito an ne sit effectum habiturū, vel non. Hoc enim esset impingere Deo cæcam prouidentiam, eo

vero sine potest Deus more humano varia cumulare auxilia, vt cor hominis tandē emoliat, vt prædestinatus miretur postea diuinam bonitatem, & amplectatur ardentissimo amore & vt se abijciat coram tantā maiestate.

Verum nō quiescit animus in hac interpretandi ratione, nam, vt proponēs testimonium D. Thomæ animaduerti, eius scopus erat, explicare certū ordinem causæ, & effectus inter prædestinationem, & salutem prædestinati; At qui ad eam certitudinē extra rem est auxiliiorum cumulus, ac maxime respectu Dei, qui omnē haurit certitudinē ex vno solo, ac determinato auxilio congruo, vnde licet doctrina, qua P. Suarez explicat mentem S. Thomæ vera sit, non tamē ad rem videtur scopo sibi a S. Thomæ proposito.

Qua propter ego distinguendū cēseo inter certitudinem, & infallibilitatē obiectiuam, & interpretatiuam. In hoc loco agit de certitudine obiectiuā, agit enim de ordine certo causæ, & effectus, is vero ordo est in ipsa prædestinatione, & salute, nō in præscientia cognoscēte ordinē; omni enim circū scripta præscientia, & posita præparatione auxiliiorū congruorum infallibiliter prædestinatus cōsequeretur vitam æternam, ad hanc verō obiectiuā certitudinē egregie S. Thom. exigit auxiliiorū cumulū, nā cū auxilia ex se, ex phisica virtute nō lædant indifferentiam volūtatīs prædestinati, & cuiuscūq; singulari resistere potest volūtas. Hinc est quod in nullo auxilio singulari fundari possit certus ordo causæ & effectus, qui est inter prædestinationē, & gloriam prædestinati; potest vero fundari certitudo saltem moralis in cumulo, tot enim potest Deus adhibere auxilia, tam crebra, tam intensā infundere voluntati creatæ, vt moraliter certū sit eis nō refragaturam, quemadmodū dicere solent Theologiæ cuiuscūq; tētationi singulari, ex his, quæ regulariter cōcurrunt, posse humanā voluntatē resistere, nō vero collectioni diuturno tēpore concurrēti. Diuū vero Thomā solū locutū de hac certitudine morali exemplū ab ipso allatum satis manifestū reddit, quia Methaphisicè nō repugnat vniuersam speciem indiuiduorū corruptibilitium deperire, moraliter vero, hoc est, causarū naturarum fluxu sibi relicto repugnat. Itaque licet ad certitudinē obiectiuam moralem necessarius sit auxiliiorum cumulus, de quo loquitur D. Thomas, vt ostēdi, ad formalem verō in mente diuina existētem, qua ipse certus redditur de effectu auxiliij a se adhibiti, quodcumque singulare sufficit.

Non quiescit animus in P. Suarez interpretatiōne.

Autboris interpretatio.

nec visionis, nec simplicis intelligentia; nec hac obiecta cognoscit Deus in presentia, in aeternitate ergo aliena est hac scientia a mente S. Thomae.

Respondeo i. hoc a Magistro Aluar. qui ad mittit secundum S. Thomae. Deum hanc futura cognoscere, diluendum esse, & declarandum ad quodnam illorum membrorum reuocanda illa scientia sit ex principiis S. Thomae. Respondeo

Cap. 7. Impugnatio decretorum erga futura contingentia conditionata.

34 Decreta conditionata ex parte obiecti, in quibus Deus cognoscit hac futura aduersario.



Philosophi ex aduersariis, quia testimonijs ex Sacra scriptura, & Patribus a nostris Theologis productis minime satisfieri animaduenerunt praesentia illa coniecturali, quam tradiderant antiquiores ex eis, quos iam retuli c. i. dederunt iam nostris (si Deo placet) praesentiam certam, & infallibilem horum conditionatorum: at ut scientiam mediam negent inter liberam, & naturalem. Item determinatam cognoscibilitatem in obiecto conditionate futuro praecedente omne decretum, actu in Deo existens, fingunt decreta quaedam absoluta ex parte actus, conditionata ex parte obiecti, quibus Deus decernit determinatum effectum posita tali aut tali conditione, exempli gratia, penitentiam, atque conuersionem Tyrionum, & Sydoniorum, si Christus Dominus apud ipsos signa patraisset; quae decreta dicunt esse rationem cognoscendi Deo penitentiam illam sub conditione futuram, & ante illa nihil esse scibile, nihil cognoscibile a Deo. Ita docuit Magister Didacus Aluar. lib. 2. de auxilijs disp. 7. in 2. conclusione, in qua se se dicit opponit nostris Theologis adstruentibus scientiam mediam; ita etiam Mathaeus de Rispolis, lib. de auxilijs concl. 2. prope fine. Ita Magister Zumel lib. 3. variarum disp. 5. concl. 5. affirmat non esse improbabile sententiam, cuius parte quaest. 14. oppositum tenuerit. Quae vero Aluar. allegat pro sua 2. concl. & militat contra nostram sententiam, refero ad fidei c. ultimo, & disoluo, in hoc enim solutio in institutione expresse horum decretorum

Aluar.

Rispolis. Zumel.

35 Magister Mendosa. Qui ex alienis Doc. toribus refutarint hac decreta.

P. Suarez.

Quae iam diu tum a nostris, tum ab alienis confutata sunt. Lege Magistrum Alphonsum a Medoca Augustinianum in quolibet quaest. 7. Scholastica concl. 5. num. 13. ubi hac habet notanda verba: *Demum, quae ratione impium, ac stultum est dicere, quod Deus praedeterminat ad actum peccati, etiam quo ad eius materialium entitatem sic verum esse haud potest, quod determinet actum peccati, quod futurum esset.* Aduerte hac verba habere in libris excusis anno 1588. Magister etiam Curiel ex professo impugnat haec decreta controuersia illa, 7. n. 118. Vide etiam P. Suarez 1. tom. de Gratia, Prologom. 2. ca. 8. in quo doctissime confutat haec decreta. Franciscus Belcarius Episcopus Metensis in opusculo, contra

2. Dum nobis concedatur D. Thomae agnouisse scientiam in Deo horum futurorum, rem ipsam habemus, quoquo nomine illam significauerit, siue reducerit ad scientiam naturalem, & simplicis intelligentiae, siue ad liberam visionis. De quo ego dissero cap. 10. Quid autem sibi voluerit S. Thomae. per praesentiam in aeternitate explicauit ex professo disput. 6. cap. 4.

tra dogmata Caluiniana excusso Parisijs anno, 1557. pagina. 62. adscribit Caluino haec decreta in haec verba: diceas; *Asseruisse Caluinum, neque alia ratione Deum quae futura sunt prauidere, nisi quia ita ut fierent, decreuit; idcirco autem decreuisse, quia voluit.* Ipse vero contra Caluinum haec ait: *nos autem contrariam sententiam probamus: hoc est, Dei decretum, siue praedestinationem diuinae praescientiae esse causam negamus: negamus ideo dum taxat Deum omnia prauidere, quod ita ut fierent decreuit, ut temere asserit Caluinus, alioquin fatalis quaedam in rebus omnibus inueheretur necessitas.* Porro fol. 63. plane affirmat ex hoc vno axioma te manente omnes Caluini errores contra nostram libertatem, sic aiens: *Inde autem potissimum hic manasse error mihi videtur, quod falsum axioma sibi constituit Caluinus, ut omnia fieri necessario, contingenter nihil euenire confirmat. Deum scilicet non alia ratione, quae futura sunt, prauidisse, nisi quia ita, ut fierent, decreuit.* Ecce huic Episcopo ex decreto praecedente omnem libertatis usum, in quo praesentia sua certa Deus videat futura, consequens fieri videtur, nihil euenire contingenter, sed omnia fatali necessitate. Atqui decreta haec antecedunt per aduersarios omnem usum libertatis, et sunt rationes obiectivae, in quibus cognoscit Deus infallibili, & certa scientia euentus conditionales; ergo incidunt aduersarij in sententiam, quam impugnat is author, id magis terret, quod Caluinus lib. 3. institutionum c. 23. §. 7. dicens Deum decreuisse, quod Adama periret per peccatum, antequam decerneret eum concedere, sibi obijciens horribile. videri tale decretum prorumpit in haec verba: *Decretum quidem horribile fateor, inficiari tamen nemo potest, quin praesciuerit Deus, quae exitus esset habitus homo, antequam ipsum conderet, & ideo praesciuerit, quia decreto suo id ordinauerit.* Haec verba vidi apud Patrem Martinum Beccanum tom. 1. opusculorum Theologorum, opusculo 3. de authore peccati. c. 1. ubi refutat primam propositionem Caluini & legeram antea in disputatione quadam habita Romae coram SS. N. Papa Paulo V. & habet Belarm. lib. 2. de amissione gratiae ca. 3. Notanda verba quae non refero, ut aduersarios pungam, sed oes mente catholica veritatem in hac re grauisima fraterno iuamine, mutuusque praesidijs perferuntur.

Franciscus Belcarius.

Melchthon. Consentiunt alij heretici.

Beza.

Jacob Gaultierius

Caluia.

Caluinus posuit haec decreta.

temur. In his vero duo asserit Caluinus. Primum ideo Deum praescire peccata, quia fieri decreuit; secundum tale decretum erga peccata horribile esse. Quod si hoc fertur iudicium, de his decretis ab homine execrandis dogmatibus affuefacto, quale ferat fas est, vir pius, atque Catholicus, maxime cum ex praedeterminatione huius decreti ad materialem entitatem actus peccati tam vrgenter fiat, & laedi indifferentiam voluntatis, ut disputavi disp. 6. ca. 2. & 3. & Deum esse causam malitiae peccati, ut dicebamus cap. 3. huius disputationis.

Similia verba habent alij haeretici nostri scilicet Philippus Melanchthon ad c. 8. Epistolae ad Romanos. editionis secundae *Voluntas nostra (ait) a Deo non est libera, ut eo tantum feratur, quorsum a Deo impellitur, non est rerum contingentia, sed necessitas iuxta declinationem Dei.* Vbi ex decretis efficacibus diuinis contingentiam rerum tollit, & Theodorus Beza, in summa Christianismi, pagina 186. *Omnia, ait, ita necessario ex Dei immutabili decreto euenire, ut secundum illud Iudas necessario Christum prodiderit, Herodes, & Pilatus necessario Christum eodem nauerint. Reprobis peccant necessario, & perant, Adamus necessario lapsus sit, quamquam creatus fuerit bonus ad tempus, sed ita, ut inuitabili decreto Deo sciente, & ordinante, laberetur, qui non potuit ita labi, nisi ex Dei decreto, voluntate, & ordinatione.* Item in absterfione Caluinarum Nestrusij ad primam calumniam de prouidentia Dei, non omnia inquit, tantum, sed etiam singula ex Dei decreto fieri, & euenire, & quidem eiusmodi decreto, ut falli nulla ratione possit. Hoc etiam errore modo affigitur Gallia teste Iacobo Gaultierio Theologo erudito nostrae Societatis in Cronographia a Christo nato seculo 17. anno 1600. cap. 7. ubi refert dogmata Siruadi Liberti haeretici, quorum secundum erat. *Deum praedestinasse homines ad ipsum peccatum, & c. 4. refert errores Ioan. Piscatoris professoris Caluinianae doctrinae in Schola Herbornensi, & Octauus erat praedestinationem Dei esse causam incredulitatis.* Videri etiam debet Martinus Becanus Theologus egregius nostrae familiae tom. 1. opusculi Theologorum opusc. 3. de authore peccati: ubi hanc ponit ex doctrina Caluinistica primam propositionem. *Deus ab aeterno non solum praesciuit, & permisit sed etiam efficaciter voluit, ordinauit, praedestinavit, ut Adam peccaret, & totam posteritatem in ruinam secum pertraheret, & §. de peccatis aliorum hominum 10. propositione. Neque hoc contentus est, ipse per se occulta quadam vi incitat, mouet, necessitat, miseros mortales, ad omnia flagitiorum genera perpetranda.* Ecce & decretum efficax praedeterminans, & praeuocatio intrinseca consentanea sunt menti Caluini & secutorum.

tatorum. Nec ipsi dicebant voluntatem nostram praedeterminari ad malum, ut malum, sed ad peccata ut cumque; Et §. consecratoria ex hac doctrina ait, eam acceptam ab antiquis Cerdone Marcione, Manicheo, Florino. Et deinceps eam amplectam a modernis Beza, Vitraxero, & Libertino, & licet aduersarij, ut saepe dixi, Catholice negent vtrumque; illatum contra fidem, nempe ex his decretis laedi libertatem, & Deum esse authorem peccati: at quotiescunque incidit sermo de hac re vi consequentiae male vrgetur, ut constat ex dictis disp. 6. c. 3. & in hac etiam c. 3. & infra cum ad impugnacionem venero iterum attingam.

Pater Vazquez 1. parte disp. 67. cap. 4. num. 21. & 22. confutat haec decreta, ex eo quod actus liber Dei necessario connotat aliquid nouum in creatura, nouus enim respectus rationis, qui resultat aliquam perit mutationem, quae cum in Deo esse non possit, necessario in obiecto ponenda est. At conditionata haec nihil mutationis accipere possunt, quia nunquam extrahenda ab statu possibilitatis simpliciter, ergo circa illa decreta haec versari non possunt.

Verum haec impugnatio leuis est pro re tam graui, ut bene adnotauit P. Suarez in opusculis lib. 2. de scientia conditionaliu futurorum & c. 7. & ubi supra n. 35. nam vel minus, probabile indicat actum liberum Dei petere mutationem nouam in creatura, vel si dederit aduersarijs, tam probabilem esse sententiam suam de decretis conditionatis, quam est haec de nulla mutatione necessaria in creaturis ad actum liberum nouum Dei, nihil amplius desiderabunt, quantam vero ea sententia habeat probabilitatem declaro disp. 16. cap. 10.

Contra haec ergo decreta argumentor primo ratione, quae usus sum supra cap. 3. nimirum ex his decretis reddi inane illam exprobratione Christi Betfaydae, & Corozaino, secundum hanc namque sententiam ideo Tyrus, & Sydonij acturi erant penitentiam, factis apud illos signis, quia Deus absoluto decreto praedestinauerat penitentiam ipsorum sub ea conditione, quae ratione Betfamitae, & Corozaini se poterant excusare, dicentes, si Deus etiam decreuisset penitentiam nostram sub ea conditione, ageremus nos pariter penitentiam, imo & solemne est illis incussare Deum ipsum hac ratione, cui scilicet potius praedecreuerit populi gentilici penitentiam, quam suam, de qua re Paulus multa habet in Epistola ad Romanos. ut in tractatu de Praedestinatione dicendum. Praeterea cum de iusto cap. 4. dicitur *Raptum ne malitia mutaret intellectum eius.* Non esset cur Augustinus, secundum pericula huius vitae dictum interpretaretur, sed debuisset interpretari raptum, ne perueniret ad eam aetatem, in qua, si perueniret, decreuerat Deus eum

36 P. Vazquez. Refutatio

P. Suarez. No solida.

37 Primam argumentum efficacem contra decreta.

cum in varia peccata prolabi. Vide dicta a nobis loco citato.

2. Argumentum.

Secundo, argumentor ex doctrina Patrum, de qua cap. 4. Videlicet circa controuersiam illam, cur Deus creauerit Angelos, & primos homines, quos præsciuerat lapsuros &c. Si Patres illi agnoscerent, decreta hæc uideri amplius possent ex ipsis, cur creauerit Angelos, quorum lapsum prædecreuerat, ante uoluntatem creandi, si crearentur. Similiter de conditione primorum hominum, & electione Iudæ in Apostolatam, & Saulis in Regnum. Ergo aliena fuit mens eorum Patrum ab his decretis, nam ipsi non recurrerant in dirimenda questione ad decreta, ut possent, & deberent, sed ad auxilia sufficientia præstita à diuina bonitate, quibus possent non cadere. Vide, quæ dixi eo cap. 4.

Obiectio.

Non esse parem rationem de præscientia conditionata, ac de decretis conditionatis. Dilatio.

At obijciunt aduersarij, cum nos admittamus præscientiam lapsus conditionatam ante uoluntatem creandi, similem questionem nobis obijci posse, cur scilicet eos condiderit in ea re, in qua nouit lapsuros, & non in alijs, in quibus nouit non lapsuros? Verum hæc obiectio nullius momenti est calenti doctrinam nostram, nam præscientia conditionata non est suppositio antecedens ad lapsum conditionatum, sed subsequens. Vnde non ideo lapsus habet futuritionem conditionatam, quia Deus præsciuit, sed è conuerso, ut dixi cap. 5. n. 26. ac decreta hæc conditionata sunt suppositiones antecedentes, nam ante illa nihil est scibile, nulla propositio uera, aut falsa, nihil notum à Deo per aduersarios; unde hæc causalis uera est, *ideo lapsus Angelorum, si crearentur, habent esse determinatum conditionale, quia sub ea conditione prædecreti sunt à Deo, & in hoc decreto, tamquam in ratione cognoscendi primo præsciuntur à Deo.* Caluinus sentiens, per præscientiam conditionalem omnium errorum in hac materia radicem auelli, contra ipsam, hæc ait, lib. 3. Institut. ca. 23. §. 6. *Frustra de præscientia lis mouetur, ubi constat ordinatione potius, & nutu omnia euenire.* Itaq; ipse semper amat ordinationem & decretum Dei pro fulciendo suo errore, non præscientiam solam. Nam teste August. lib. 3. de lib. Arb. c. 4. *Omnia, quorum est author, præscit Deus, nec tamè omnium, quæ præscit est author Deus.* Esse autem Deum authorem, quid aliud est, quam decreto efficaci prædefinire, & potentia sua præuisione Physica determinare operari. Et lib. de Prædestinatione SS. cap. 10. *Præscire potest est Deus, etiam quæ ipse non facit, sicut quæcumq; peccata, & lib. 1. de Ordine c. 1. Sequitur aut diuinam prouidentiam non usque ad hæc imitari protendi; aut certe omnia Dei uoluntate committi: utrumq; ipsam sed magis posterius S. Prof*

per in responsione ad Capita Gallorum. c. 10. *Voluntas Dei nunquam uult nisi bona, præscientia autem et bona noscitur, & mala, Et Leo. 9. in Epistola ad Petrum Antiochenum. Credo Deum prædestinasse solum bona, præsciuisse autem bona, & mala.* Hæc breuiter produxi, ut lector meus aduertat, quam lógum sit interuallum in uero sensu Ecclesiæ inter præscientiam, & decreta.

Tertio argumentor, decreta hæc non probantur à priori ab aduersarijs, nec probari possunt quia sunt libera, & nihil præcedit ratione nostra in uoluntate diuina, cum quo ea necessariam habeat connexionem, nec etiam probantur à posteriori, quia nullum re uera habent effectum, quia uersantur circa res, quæ simpliciter iacent in statu possibilitatis, nec etiam constant ex reuelatione, imò Sacra Scriptura eis aduersatur, & Patribus nunquam uenit in mentem, ut dicebam argumento primo, & secundo, ergo finguntur ab aduersarijs, ut aliquo modo nostrorum argumentorum momenta eleuare possint, & discedere à doctrina, quam omnes sapientes, ut propriam nostrorum Theologorum, uenerantur.

Dices, constare ex Sacra Scriptura & Patribus conditionalia contingentia cognosci certo à Deo, & non suppetere aliam rationem cognoscendi, quam hæc decreta; ergo in reuelatione directa præscientiæ conditionatæ hæc decreta indirecte reuelata sunt. Sed contra primo, qui ex aduersarijs coniecturalē scientiam solū dāt Deo, hanc reuelationem fictam putabunt, nec factam ab Angelo lucis.

Contra secundo, capite sequenti abunde ostendo aliam suppetere uiam & rationem cognoscendi conditionalia. Contra tertio, absurda sunt, quæ inferuntur ex his decretis, ut iam infero, ut potius ea negada forent, quæ concedenda conditionalium scientia, tamen si solida habeat fundamenta. Contra quarto, quare Sacra Scriptura, & Patres nobis tradiderunt scientiam conditionatam, nō decreta conditionalium, in quo satis innuūt illam esse, hæc nō. Quæ uero Alvarez affert ex sacra Scriptura, & Patribus pro suis decretis nullius esse momenti ostēdo cap. ultimo.

Quarto, argumentor ratione, qua usus sum disp. 6. cap. 3. & eam sic redigo ad breuem formam, uel decreta hæc sunt prædeterminatiua uoluntatis posita conditione, ita ut cum his actus prædefinitus necessariam habeat connexionem, uel non, sed solum contingentem. Si hoc secundum, ergo purificata conditione, & posito decreto ad huc contingens est, quod sit, uel non sit actus; non ergo in decreto tamquam in ratione cognoscendi potest habere Deus infallibilem Metaphysice scientiam euentus, sed solum contingentem certam. Si primum, ergo posita conditione, sub qua Deus decreuerat ex parte

parte rerum, quæ ponitur independentem à libero arbitrio, ut posita prædicatione Christi Domini Tyrrijs, & Sydonijs, quæ poneretur independentem à libero arbitrio eorum uoluntas prædeterminata est ad penitentiā, ac proinde perijt indifferentia, & libertas in omnibus actibus, sic decretis, ut plane ostendi capite illo 3. Porro ut absurditas decretorum declararetur, magis infero, Deum fore causam peccatorum per duplex decretum. Primum est hoc conditionatum ex parte obiecti. Quo Deus decreuit peccata fieri, si certè concurrant conditiones. Secundum omnino absolutum, quod resultat ex priori, purificatis conditionibus, & præuisis existere. Quod si Deus duplici hoc decreto prædeterminat uoluntatem ex se indifferentem ad omnia peccata, quæ patrat, quomodo dum taxat permittit peccata? quomodo non uult iniquitatē? quomodo non est author? Vide dicta cap. 3. num. 17. & 18. At dicent aduersarij, hæc non addere nouam difficultatem ad eam, quæ est in decretis absolutis. Bona solutio, si in decretis absolutis, non habuissent exitum infelicem, & in immania absurda redacti non fuerint. Adde esse speciale absurditatem in his decretis, conditionatis, ut demonstro argumentis sequentibus.

Quintum argumentum.

Argumentor quinto, & expendo decretum hoc absolutum circa peccata, quæ de facto erunt, minorem habere absurditatem, quàm decreta conditionata, eo quod ex ratione causæ primæ Deus non potest non concurrere ad entitatem peccati aliquo modo, & exhibere concursus suum, sciens, & uolens fieri talem entitatem. Et licet uoluntas efficax, & prædeterminatiua re uera efficiat Deum authorem peccati; at in omni sententia aliqua uoluntas applicans omnipotentiam, ut peccatum efficiat, constituenda est ex functione causæ primæ, & in omni sententia satis difficile est explicatu; cur Deus non sit causa peccati, ut sæpe supra tetigi, & suo loco fufus explicandum: at in his decretis conditionatis Deus non exercet munus causæ primæ, nec est cur intra se decernat innumerabilia execranda peccata in fere infinitis combinationibus, quæ fieri mente possunt, in quavis persona ex existentibus, & ex possibilibus, in fere infinitis rerum ordinibus orbium possibilitum, & circumstantiarum loci, & temporis. Confirmo hoc ipsum, si iure haberetur nequissimus homo ille, qui apud se mente deuolueret omnes ordines, omnes temporum, & locorum circumstantias, & apud se statueret opem ferre ad omnia patrandam genera scelerum sub certa conditione, ut si opem ab illo peterent, uideant aduersarij, quanta cum iniuria diuinæ sanctitatis, & bonitatis nō modo simile statutum decretum Deo adscri-

bant: uerum & prædeterminans, & ex vi sua adigens ferè uoluntatem indifferentem ad entitatem malam peccati, cui inseparabiliter, & necessario adnexa est malitia.

Denique argumentor sic. Ex hac sententia fit, constituenda esse in Deo innumerabilia decreta inutilia, in prudentia, ridicula, absona circa singulas res appositis inutilibus, ridiculis, & imprudentibus conditionibus, sub quibus pane infinitæ combinationes possunt fieri, & effectus conditionati præstari, uerbi gratia. Si papyrus tetigero, me occidam, si uidero ceruum, ero Turca, si musca uolauerit, ero religiosus, & alia similia; etsi putaremus stultum hominem, qui apud se hæc, & similia decerneret, absurdissime labitur hæc sententia, dum hæc eadem cum iniuria prouidentiae, & prudentiæ diuinæ Deo tribuit.

Hæc quidem probant in uniuersum decreta conditionata circa omnia, quæ Deus scientia conditionali cognoscit poni non posse, atque adeo ea decreta medium sufficiens non esse ad conditionalia futura cognoscenda. Sed an ne in uniuersum omnia decreta conditionalia à diuina uoluntate excludi debeant; An quadam admitti cum fundamento in Sacra Scriptura, & prouidentia Dei, dubium est.

Pater Suar. illo Prolog. 2. cap. 8. num. 21. & 22. ait quadam esse conditionata, quorum conditio ab homine libere ponenda est, effectus uero posita ab homine conditione à solo Deo, ut in casu Psal. 80. *Si populus audisset me, Israel si in uis meis ambulasset, pro nibilo forsitan inimicos eorum humiliasset.* Vbi, si homo præstaret Deo obedientiam liberam, à Deo inimicorum subuersio fieret. Et in casu 4. Reg. cap. 13. *Si percussisses quinq; uel sexies, seu septies, percussisses Syriam usque ad consumationem.* Et in casu Hier 38. *Si profectus exieris ad principes Regis Babilonis, uiuet anima tua.* Ad has etiam reducit propositiones conditionales de futuro, quæ fundantur in promissionibus generalibus Dei. Ut si homo se disposuerit, Deus ei conferet gratiam, si orauerit, ut oportet, impetrabit. In his & similibus censet constituenda esse decreta conditionalia, tum quia sunt sufficienter reuelata, tum quia ea spectant, aut ad prouidentiam generalem, ut ea, quæ spectant ad promissiones uniuersales, aut ad specialem, ut ea, quæ spectant ad casus particulares, quibus sic uoluit protidere, ut in casibus Regis Ioas 4. Regum capite 13. & Sedecia Hierem. 38. In alijs uero ut cum conditio à solo Deo ponenda esset, & eam non ponere decreuit absoluto decreto, negat decreta conditionalia, ut in casu Mart. 11. Nam à sola uoluntate Dei dependebat, quod ille uirtutes, & signa apud Tyrrios, & Sydonios fierent, cum Deus absolute

decreuit non fieri Nam tunc esset inane, & frustraneum, imo & frustratorium tale decretum. Idem censet cum conditio ab homine ponenda est cum culpa, & peccato, & effectus a Deo, vt in descensu Saulis in Ceilam. Nam tunc Deus esset paratus, & inclinatus ad effectum, & voluntatem hominis, ex eo decreto conditionato deberet ad malum prouocare, quod est absurdum. Ego censeo primo non esse constituendum decretum conditionatum, cum conditio a solo Deo ponenda, & Deus absolute decreuit eam non ponere. Probatur in humana promissione, si ego dicerem amico, si te alloquar, dabo mille; & decreui eum non alloqui, illa quidem est inanis, & delusoria promissio, & decretum dandi mille sub conditione, quam ego nollo ponere, inutile, & ociosum, vt constat, ergo pariter in Deo. Censeo secundo cum effectus pendet ab humana voluntate, in ea vero est culpa, non est in Deo decretum conditionatum de effectu, probo sic, quia illud decretum est antecedens, & Deum inclinatum, quantum est in se ad ponendum effectum, & cum videat positionem effectus pendere ab humana voluntate in actu peccaminoso, non potest non inclinare ad ipsum actum, at in Deo ponendum non est decretum, quod inclinaret antecedenter ad actum peccati, ergo, &c. Censeo tertio, licet sit maius fundamentum ad ponenda decreta conditionata, cum conditio ponenda est ab humana voluntate sine culpa, & effectus a Deo; at nec reuelatum est, esse in Deo talia decreta, nec prouidentia generalis, aut particularis cogit ea ponere. In hac conclusione dissentio a P. Suarez, vtraque pars probatur eodem modo, dicit Deus singulis hominibus; si egeris penitentiam dabo tibi gratiam, pone dicta esse haec verba Petro, qui penitentiam erat acturus, & Iuda, qui non erat acturus; haec locutio non significat esse in Deo decretum dandi gratiam Iuda ante prouisionem penitentiae eius; nec ad rationem eius promissionis id necessarium est, nec ad perfectam prouidentiam cum Iuda, sed satis est, si Deus praesciat, se fore de terminandum ad conferendam iustitiam post prouisionem penitentiam in posteriori rationis, imo in Iuda, de quo scit Deus nunquam acturum penitentiam, decretum illud conditionatum esset ociosum, nec perfectio prouidentiae postulat, vt actu apud se statutum habeat Deus dare iustitiam in actu, in quo praescit nunquam de facto conferendam; quia praescit conditionem non esse purificandam, similiter in Petro, de quo praescit penitentiam acturum, satis est, vt Deus

ei promittat iustitiam sub ea conditione, si praescit certo determinandum fore immediate post prouisionem penitentiam ad dandam gratiam, nec opus aut ad veritatem promissionis, aut ad perfectionem prouidentiae, vt antecedenter hoc decreuerit, maxime cum promissiones haec reuelatae fuerint post decretum dandi iustitiam ex prouisione penitentiae, nec in eis est verbum, quod indicet antecessisse decretum ad prouisionem: imo oppositum indicatur, quoties promissio praedicitur per verba de futuro, vt cum dicitur si impius egerit penitentiam de impietate sua, vita viuet, omnium impietatum eius non recordabor, & his similia, quae passim inueniuntur in Sacra Scriptura. Solum ergo negamus propter has locutiones specialia decreta conditionalia admittenda esse in casibus, de quibus loquitur P. Suarez, non autem esse alia plura conditionata generalia, vt illud, quo Deus vult omnes homines saluos facere, omnibus penitentiam agentibus veniam concedere, cum omnibus per auxilia sufficientia concurrere. Nec etiam negamus, ea non repugnare.

Demum hoc loco obseruandum ad fructores horum decretorum plane incidisse in incommodum, quod vitare nitentur, etenim praescientia haec conditionalium, in decretis, neque est visionis, quia non est de obiecto existente, aut aliquando extituro; neque est naturalis, quia pendet a decretis liberis; imo habet aliquid commune, & medium cum his extremis, conuenit cum scientia naturali, seu simpliciter intelligentia, quatenus est de obiecto simpliciter possibili, conuenit cum scientia visionis, & libera, quatenus pendet a decretis liberis. Ergo est scientia media propriissime inter haec, medium enim nihil aliud est, quam quod participat de extremis, & distat aliqua ratione a singulis extremorum; coguntur ergo etiam ipsi, si veritatem ingenue, & sincere fateri volunt, trimembrem constituisse diuisionem scientiae Dei, si dilucide doctrina de scientia Dei tradenda est, quorum ergo tam acerbe carpunt Molinam? An vero hoc tertium membrum reuocari possit ad aliquod ex duobus iam vulgaribus in Theologia, & quod ei proprium nomen possit nuncupari breui definitio. capit. 10. de quo etiam disput.

nona capite primo; neque enim de nominibus multum curamus.

§§§§§§§§§§§§§§§§§§
 §§§§§§§§§§§§
 §§§

Caput 8. Ratione proba Scientiam Conditionalium: Et declaro obiectum, in quo cognoscuntur a Deo.

40
 Prima ratio.



CONTRA Antiquiores ex aduersarijs, qui negarunt scientiam infallibilem hanc conditionalium, vtor duplici ratione; & primam fumo ex perfectione, prouidentiae diuinae, ad quam spectat, vt praesciat prouisor, antequam decernat medium adhibere, quid ex ipso euenturum, alias tenderet in incertum, vnde homines in suis deliberationibus circa negotia maioris momenti, id magnopere expendunt in medijs, si adhibeatur, & adhibitis iam, quanta possunt cum probabilitate euentum coniectare procurant, ergo si Deus ante decretum condendi homines, & Angelos, certo non sciret, quid euenturum esset, si conderentur, ac maxime circa consecutionem vltimi finis, in incertum tenderet, & imperfectam haberet prouidentiam, & inficiari nemo poterit, prouidentiam Dei fore perfectiorem, quo praescientia haec certior fuerit, & minus obnoxia fallibilitati. Ergo si superit medium, cognoscendi infallibiliter, exigit perfectio diuinae prouidentiae, vt ei certam praescientiam ad scribamus, medium vero non desiderari declaro infra num. 42. vniuersum enim solum vidimus, nec ad motiones physice praedeterminantes, nec ad decreta absoluta, & conditionata recurri posse.

Lege quae de hac re dicuntur in tract. 3. de Praedestinatione disput. 22. cap. 3. August.

Confirmo hanc rationem ex definitione praedestinationis satis nota, ab August. tradita lib. de praedestinatione Sanctorum, & de dono perseverantiae cap. 14. Praedestinatio (ait) Sanctorum nihil est aliud, quam praescientia, & praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur; ubi expende particulam certissime cuius sensus est, Deum praescire omni certitudine praedestinatum suum liberandum beneficijs auxiliorum, si ea adhibeat.

41
 S. Thom. Deum non se gerere caco modo tentantem diuersa media.

Nec satisfacit, quod aliqui dicunt, & nos re tulimus supra ex D. Thom. art. 6. Deum certum esse propter varia auxilia, quae in omnipotentia Dei continentur. Primo quia hi considerant Deum tentantem caco modo, & humano more diuersa media, & adhibentem alia post experientiam vnus, ex qua didicit prima fuisse inania, & sine effectu vsque dum ex euentu comperiat, quale nam medium fuerit effectum sortitum. Secundo, quia hi sane fatentur sublatentem defectum in prouidentia, & quaerunt emendationem per potentiam, quod absurdum est, neque enim minus perfecta prouidentia, quam potentia. Tertio contra. Pono hominem assuetum

longo tempore flagitijs, & adhuc perseverantem in prauo affectu, & iam iam moribundum, & pono quaeri a Deo; an ne salutem sit consecuturus, si a Deo crebro vocetur ad conuersionem; nisi beneficio huius scientiae conditionalis, nihil certi poterit Deus respondere, etsi quid responderit, poterimus absque peccato de veritate rei reuelatae dubitare, quod absurdum est. Ne ergo in hoc, & similibus casibus affirmemus Deum haerere dubitandum ex perfectione diuinae prouidentiae scientiam certam conditionalem Deo concedere debemus.

Secunda ratio, non contemnenda, desumitur ex communi hominum prudentum appetitu, qui non solum probabiliter, quantum ex causarum dispositione colligere licet, cupiunt haec futura cognoscere, sed etiam omnino certa, quoad euentum, & ideo in Sacra Scriptura plures sunt diuini oraculi consultationes de his, & eorum reuelationes. Ergo omnibus inest hoc principium Deum ipsa certo scire, vnde frequenter interrogati de his, se ignorare, & Deum certo scire profitentur, alias appetitus esse, inordinatus, & consultationes, & orationes inutiles.

Verum haec non ostendunt obiectum, in quo ea Deus cognoscat, sed solum locum habet. Contra negantes praescientiam certam conditionalium, non vero contra Magistrum Alvarez, & Sectatores, qui nobiscum consentit, & solum est dissidium inter ipsos, & nostros, non iam de scientia conditionalium sit in Deo, nec ne? Sed de obiecto, in quo, & ipse constituit decreta conditionalia, quae refutauit capite superiori; nos vero procedimus consentaneae. Ad ea, quae tradidimus disp. 6. & 7. quae sunt omnino recognoscenda, ubi ostendi ex determinatione futuri absoluti ad alteram partem ex contradictorijs in propria temporis mensura, secluso omni absoluto decreto, & solum posita voluntate causa primae cooperandi, propositionem ante prolata, de futuro fore determinate veram, si conformis fuerit determinationi futurae rei, determinate falsam, si difformis, quae doctrina sic applicanda est nostro proposito. Sumo D. Petri. exempli gratia, & formo hanc propositionem. Si D. Petrus in tali rerum perystasi, ter fuerit interrogatus de Christo Domino Magistro, ter ipsum negabit ante secundum Gallicinium. Haec propositio vera est, antequam illa trina interrogatio, seu tentatio esset futura, & ideo vera est. Quia trina Petri negatio erit in certa

Explicit obiectum scientiae conditionalis.

temporis duratione, si ter tentetur, nam sicut composita Petri voluntate cum illa tentatione, aut est futura determinate negatio Christi, aut non negatio Christi determinate in certa temporis mensura posita, solum ex parte Dei voluntate cooperante, vt causa prima, & negata voluntate praeuolente efficaciter, ita concepta interrogatione, seu tentatione sub conditione, si in re ponatur, aut est determinate exitura negatio Christi, aut determinate non negatio Christi, ergo vt hac propositio. Petrus ter tentatus, ter negabit, in certa temporis mensura est determinate vera, & habet pro obiecto trinam negationem Petri, existentem in propria mensura, & eius contra dictoria determinate falsa; ita propositio illa conditionalis a nobis proposita est determinate vera, & habet obiectum, ipsam trinam negationem Petri exituram suo tempore sub conditione trinae tentationis, nō iam existente in hoc statu conditionato, sed solum concepta per apprehensionem a nobis, vt iam obiecta Petro & composita cum eius voluntate.

43
Eodē modo do obiectū constituentem, vt in propositionibus absolutis.

Qua propter, vt in propositionibus absolutis, intulimus obiectum earum esse determinate scibile, imo nihil aliud, quam ipsa existentia absoluta, quae re vera erit suo tempore, nec quidam antecedens ex parte eius, quod actu sit cognoscibile, in quo nonnulla obscuritas dicimus vero scientiam Dei, quae vnde quaque infinita est, pertingere sua efficacia cognoscibilia tempore distantia, vt facultas videndi pertingit visibilia loco distantia, ita in praescientia conditionata, fere sine noua difficultate dicendum est; sicut namque non obstantē temporis distantia inter scientiam Dei, & existentiam propriam absoluti futuri, dicimus, futurum hoc absolute in se cognoscibile esse, & actu cognosci a cognitione diuina, ante ipsum aeternitate existente, propter perfectionem, & efficaciam in cognoscendo: pariter dicimus, satis vero similiter vitādo grauissima incommoda alienarum sententiarū, posita semel determinata futuri tione negationis Christi a Petro, sub conditione illius trinae tentationis concepta a nobis, & per apprehensionem compositae cum voluntate Petri. Item posito propositionem conditionalem de futuro affirmantem negationem, sub ea conditione, veram esse determinate, & negantem falsam; damus sine difficultate, quae locum non habeat in futuris absolutis obiectum, in quo hac conditionalia a Deo cognosci queant, nimirum ipsam existentiam actus negantis in voluntate Petri,

quae erit, posita conditione trinae interrogationis, non obstante statu conditionato, & distantia aeternitatis inter scientiam, & existentiam conditionatam, propter perfectionem, & perspicaciam in cognoscendo diuinae intelligentionis.

Respondet Alvarez, disp. 7. & 13. nec absolutam, nec conditionatam propositionem esse determinate veram, aut falsam, aut obiectum earum scibile ante decretum, vel absolutum, vel conditionatum Dei, imo pro quodam signo rationis priori praecisiue se habere ad veritatem, aut falsitatem. Verum nos non affirmamus, has propositiones pro eo signo rationis, pro quo natura praecedit causa indifferentes, habere determinationem ad alteram partem, sed pro omni instanti reali complectente signum posterius rationis, in quo iam intelligimus existere in voluntate, aut actum determinate, aut negationem eius. Nec etiam verum est, quod nobis obijciunt aliqui ex aduersarijs, nos dare his futuris existentiam futuram, sine voluntate Dei, aut independentem ab illa, nam cum existentia horum futurorum sit intrinsece quid creatum, essentialiter pendet a prima causa, quae agit per intellectum, & voluntatem. Vnde semper praesupponenda est ex parte Dei voluntas, & concursus sufficiens, ad hoc, vt accipiant existentiam hac futura: hac vero voluntas non est decretum efficax praedeterminans principium liberum, vt supponit Alvarez, & aduersarij, sed voluntas attemperata naturae voluntatis, cooperans, & adiuuans illam sine determinatione, & admittens consortium concursus principij indifferentis in opus, vt fuse explicui disp. 6. cap. 3. si Alvarez agnouisset naturam huius decreti cooperatiui sine determinatione, non negaret, eo posito, futura hac in signo rationis posteriori habere esse determinatum; quia per illud, adiunctis auxilijs intrinsecis intelligimus causam secundam esse constitutam in actu primo proximo pleno, ac proinde in signo rationis posteriori aut voluntas habet actum, aut negationem eius determinate. Voluntas hac a nostris egregie appellatur conditionata pro tueranda libertate, quae etiam est de fide, in qua re se opponunt Ioanni Piscatori haeretico Calvinista, cuius se cundus error is est. Perperam in Deo constitui voluntatem conditionatam. Vt refert Pater

44
Alvarez. Respondet In instanti reali, in quo existat actus liber, distinguenda duo signa rationis. Impugnatio.

Iacobus Gauleterius in Cronographia saeculo 17. anno 1600. cap. 4. (?)

Ioan. Piscator haereticus Calvinista negat nostram voluntatem conditionatam. P. Gauleter.

Caput 9. nullum suum decretum vt futurum cognoscit Deus.

45



EST AT In hoc capite componenda domestica dissensio inter professores scientiae conditionalium, circa ipsa diuina decreta, quae sane magis habet subtilitatis, quam utilitatis. Oportet vero sigillatim prius, quae hinc, inde a nostris Theologis dicuntur, referre, & nostrum simul ferre iudicium, vt facile colligamus, quid in hac parte sentiendum.

Decreta Dei de quibus est controversia sunt in secula differrentia.

Decreta libera Dei quaedam sunt, quae iam existunt in Deo ex aeternitate, quaedam vero, quae neque existunt, neque existent, existerent tamen, si certa subesset conditio, vt si Deus decreuisset condere alium terrarum orbem, alios homines, alios Angelos, forent in Deo decreta, quibus quidam praedestinantur, reprobarentur alij, modo contendunt nostri, an decreta haec tum primi, tum secundi generis praesciantur a Deo sub aliqua futuritione, aut absoluta, aut conditionata, de decretis secundi generis, nimirum de his, quae nunquam erunt, forent tamen ex aeternitate, posita certa conditione, fere nulla est difficultas: eam diffinitio vno verbo ad finem huius capituli: de decretis vero primi generis, nimirum quae iam existunt, & extiterunt ex aeternitate.

Pater Vazquez in hac 1. part. disp. 65. cap. 4. §. Sed querit aliquis, negat cognosci a Deo in aliquo priori suum decretum, vt futurum. Probat primo, quia decretum voluntatis Dei ad nudam essentiam nihil aliud addit, quam respectum rationis ad creaturas futuras. Ergo nec secundum rationem aliquid intrinsecum Deo habet futuritionem. Etenim essentia Dei eodem modo semper erit, etiam in sequenti signo rationis, & solum habebit respectum nouum iam dictum, & in primo signo solum intelliguntur res possibiles, & nondum sunt futurae; ergo non est respectus decreti ad res futuras. Confirmat, quia nec ipse respectus futurus ad creaturas futuras intelligi potest, sine ipsis futuris, sed creaturam non sunt futurae, priusquam intelligamus decretum existens in Deo; ergo nequit cognosci decretum, vt futurum; maximè cum ipse putet Deum nunquam in se cognoscere respectum illum rationis, sed nudam suam essentiam, nedum decretum, vt futurum cognoscat.

Probat secundo, quia instantia rationis nos distinguimus, prius considerantes vnū in Deo, quam aliud nostro modo intelligendi; in intellectu vero Dei non est hic ordo: ergo decretum Dei non habet rationem futuri respectu intellectus Diuini; ergo licet verum sit,

duo simul Deum de se cognoscere, & nudam essentiam, & ipsam sub ratione decreti, & essentiam prius ratione, quam decretum respectu nostri, at respectu intellectus diuini, vt decretum ipsum nunquam est futurum aliquo modo, sed ab aeterno praesens: ita non cognoscitur vt futurum.

46
Respondetur ad primam rationem. Refutatur hic modus & simul sit satis rationibus in cōtra-rium.

Verum, vt opinor, nec rem declarat P. Vazquez, nec directe respondet ad questionem propositam, ad quam nihil refert, quod actus liber ad nudam essentiam solum addat respectum rationis. Etenim quidquid addat, etsi nobis ignotum, negari non potest, a Deo cognosci, dum est, quidquid illud sit. Item negari non potest a Deo cognosci vt futurum, casu, quo Deus in tempore decretum hoc liberum posset habere, nam licet hoc sit discriminē inter decreta libera Dei, & voluntates creatas, cum de nouo aliquid decernunt, quod his additur actus realis distinctus, & transeunt de actu primo reali in actum secundum reale, non vero Deus: at si vtrumque decretum habet futuritionem determinatam, & cognoscibilitatem, vt re vera habet, quando vtrumque; dum est, cognoscitur a Deo, negari non potest, vtrumque a Deo, vt futurum cognosci, si vtrique aliqua futuritio potest concedi; ergo ad hoc pactum erat reuocanda quaestio, an decretum Dei induere possit aliquam futuritionem saltem rationis nihil impediante existentia, & praescientia aeterna, qua gaudet, non vero, an addat ad nudam essentiam, quid reale, vel quid rationis. Quod si semel decreta haec futuritionem aliquam suscipere possunt, nihil incommodi est, quod creaturae intelligantur futurae antequam decretum intelligatur praesens, non vero antequam intelligatur determinate futurum; tunc enim creaturae habebunt quasi mediatam futuritionem in genere cause efficientis; hoc est, intercedente futuritione decreti, quod erit causa efficiens inter futuritionem illarum, & omnipotenciam Dei, a qua producenda sunt, quae non intercedit, cum intelligimus decretum praesens.

Nec etiam secunda ratio directe tetigit re Ad secundam. hanc, neque enim oppositi opinantes volunt esse formalem futuritionem in decretis Dei respectu intellectus diuini, sed solum fundamentalem, quae formalis fieri debet functionibus mentis nostrae, secundum nostrum modum intelligendi, desumpto fundamento ex creaturis, in quibus prior est possibilitas, quam futuritio, & prior futuritio, quam existentia, quatenus possibilitas a paucioribus pendet, quam futuritio, & futuritio, quam existentia, vt mox

propositio

vt mox explico, pariter igitur queritur in decretis Dei, quæ ita existunt, vt possent nõ existere, siue in respectu reali, siue in respectu rationis sita sint; an mens nostra cum hoc fundamento possit ea concipere in aliquo signo rationis, vt determinate futura, nondum actu presentia, nisi accedat aliud posterius signũ exercitij existentia, & affirmare, postea hac futuritione, formaliter per nostram mentem à Deo cognosci in eo statu futuritionis, antequam diuinæ cognitioni presentia, seu coexistentia intelligantur, vt cognoscuntur à Deo creaturarum actus liberi, antequam presentia Dei reali propria duratione coexistant; igitur dum P. Vazq. quæstionem dirimit, ex eo quod respectu intellectus diuini non habeant futuritionem formalem decreta sua, nõ videtur punctum controuersiae directe tetigisse, quia possunt habere futuritionem formalem respectu mentis nostræ, considerantur cum fundamento in re diuersa signa, aliud prius futuritionis, aliud prius existentia, & tunc locum habet quæstio; an in priori illo signo futuritionis intelligi a nobis possit, cognosci a Deo absque aliquo incommodo, ante posterius signum existentia? His videtur satisfactum ad omnia quæ adfert P. Vazquez, & status controuersia expeditus, si quid vero restat in progressu attingemus.

44 Pater Molina in locis ante relatis disput. 6. cap. 2. num. 26. item disp. 17. 1. partis §. *Quæret fortasse aliquis*, negat & Deum habere posse respectu suorum decretorum scientiam mediam, & idem suppositum præscire posse, in quam partem eius voluntas determinanda sit, ante actualem determinationem, quo fit ex sententia P. Molin. nec primi, nec secundi generis decreta distincta à nobis in principio huius capituli, Deum cognoscere sub statu futuritionis. Mouetur primo, & quidem consentaneè ad sua principia, nam ratio cognoscendi non est determinata cognoscibilitas obiectiua futurorum, quam ipse negat, sed super comprehensio voluntatis; atqui licet Deus comprehendat suam voluntatem, & quodcumque suppositum, suam non tamen supercomprehendit, eo quod scientia non superat obiectum infinito interuallo, vt voluntatem creatam superat scientia Dei.

Secunda. Probat secundo, quia cum hac presentia non potest consistere libertas in proprio supposito, licet possit in alieno. Ergo neganda est presentia futurorum decretorum Deo. Impugnationem P. Molinæ remissi in hunc locum loco citato, & ea facilis est. Nam procedit ex falso principio negante determinatam cognoscibilitatem obiectis, vt ostendi disp. 6. cap. 7. Item supercomprehensionem

parum referre ad cognitionem futurorum in obiecto indifferenti demonstrari in illa disp. 1. c. 2.

Porro presentiam hanc in eodem supposito libertatem eius non impedire bene demonstrat P. Suar. in opusculis lib. 2. de scientia conditionali cap. 8. numero 11. & 12. cuius ratio à priori est, quod presentia hæc licet duratione aliqua sit prior visu perfectò libertatis, at causalitate est posterior, & suppositio consequens, quæ nõ obstat libertati, vnde in hac etiã presentia, in ordine ad idẽ suppositum, est vera illa causalis, ideo presentiam suam voluntatem suam flectendam ad vnã partem, tum ex contrarijs, tum ex contradictorijs, quia ipsa arbitrio suo flectenda est. Quis neget, si Deus in tempore aliquod nouum decretum haberet præscitum ex æternitate, vt presentia nostra absque laesione libertatis? Item animã Christi præsciuisse decreta omnia, suæ humanæ voluntatis futura temporibus subsequen- tibus, nihilominus libere ea habuisse, quia presentia durationis præcedens, mere speculatiue se gerebat, & nullum influxum prædeterminantem habuit in voluntate? Igitur his nihil obstantibus, potuit Deus habere presentiam suorum decretorum, si ea subire possunt determinatam aliquam futuritionem.

P. Suar. loco supra citato numero 6. partẽ, quæ affirmat, secutus est. Item Fonseca 3. tom. Mataphys. lib. 6. cap. 2. quæstione 4. sect. 10. §. *Sed querat aliquis*. Quia P. Suar. magis pressit rem hanc, opere pretium iudicauit, tres eius rationes pro confirmanda sua sententia discutere, & simul nostram de hac re sententiam aperire. Primam rationem format in hunc modũ, licet decretum Dei sit in se æternum, & actu presentis, tamen cognosci potest, quasi independenter ab illa actuali presentia, quod explicatur optime per hanc hypothesin, si per impossibile illud decretum non esset æternum, & aliquando illud habiturus esset, nihilominus semper cognouisset suam voluntatem fore, & illud decretum habituram, ergo etiam si nunc sit æternum, intelligitur cognoscibile ad modum futuri, & independenter ab actuali presentia, & hoc solum, ait, est cognosci prius ratione, vt futurum.

Cæterum duo habeo aduersus hanc rationem. Primum, quod re vera nullam dat futuritionem decreto, etiam per rationem, sed solum, ait, in scientia Dei esse vim penetrandi decretum suum, etsi aliqua duratione distaret ab ipsa: at hoc non est cognoscere decretum, vt futurum, sed cognoscere decretum presentis, cognoscendi virtute adeo perspicaci, vt se possit protendere ad decretum futurum cognoscendum, si esset.

Si decreta futura sunt, bene determinata non sunt, bene determinata non sunt, bene determinata non sunt, bene determinata non sunt.

Suar. Fonteca. Sententia affirmans cognosci à Deo sua decretum futura. Discussio eius sententia, & propria pronuntia tio.

Prima obiectio contra primam rationem pro sententia affirmante.

Secundum, quod falsum est cognosci posse decretum illud quasi independenter ab actuali presentia, eo quod presentia illa, quæ visio intuitiua est, petit obiectum existens, propria existentia, propriaque duratione; & cum existentia decreti sit existentia Dei, & duratio eius æternitas, non potest non per se pendere presentia illa à decreto sibi coexistente, sibi que coeterno. Ergo non cognoscit illud independenter ab actuali presentia; quia non cognoscit independenter à propria existentia, & duratione eius decreti.

Secunda ratio P. Suar. sic se habet. Licet decretum Dei liberum, æternum sit, nihilominus prius ratione concipimus, cognoscere Deum voluntatem suam, quatenus potest hoc, aut illud libere velle; quam vt actu volentem hoc, vel illud. Ergo pariter, prius ratione potest cognoscere illam, vt volentem quam vt actu volentem, probo consequentiam, quia indiuisibilitas instantis æternitatis nõ repugnat diuisioni diuersorum signorum, seu instantium per rationem; id explicat, apposito exemplo, si Deus ab æterno creasset Angelum, qui ex æternitate Deum libere amaret, posset quidem Deus actum Angeli cognoscere, non solum vt presentem, sed etiam vt futurum, hoc est, vt habiturum existentiam in alio signo posteriori, ergo pariter in decreto Dei.

Cæterum quædam etiam habeo aduersus hanc rationem. Nam ex ea fit, primo Patrem æternum, vt præcedit origine suum filium, & spiritum cognoscere ipsos, vt futuros aliqua ratione, quod videtur absurdum, quia vt non obstat prioritas à quo originis, vt tres personæ sint coeternæ, ita non potest in ea fundari aliqua futuritio, nisi valde impropria, & abusua personarum procedentium, respectu personæ producentis: ratio à priori est, quia prioritas à quo originis, imo nec causalitatis apta est, vt rem, quæ erit pro alio posteriori, denominet futuram, sed procedentem, aut effectam, etsi omnino coexistant, id patet, quia quod futuritionem habet, ipso lapsu durationum à quibus denominatur futurum fit presentis, at nec Filius potest esse simul origine cum Patre, nec coexistentia in ratione originis aliquando continget, nec decretum liberum aliquando nõ erit posterius ratione necessario. Ergo signum est hæc instantia rationis apta non esse ad propriam futuritionem; Ad hæc, decretum liberum Dei non distinguitur ratione præscindente ab actu necessario, quo se diligit Deus, quia inter ea nõ est aliqua oppositio, aut distinctio virtualis intrinseca, ratione cuius possit communicari personæ procedenti à producente actus ne-

ratio scilicet astantis.

1. obiectio contra 2. rationem.

Prioritas à quo non est sufficiens vt posterius correspondens sic, dicitur futurum.

Actus necessarius & liber Dei non distinguitur ratione præscindente.

cessarius, quin communicetur decreta libera, vt explicò fuse Deo dante, tractatu de Trinitate diuina. Ergo nec etiam decretum liberum cognoscitur, vt futurum, probo hanc consequentiam, nam scientia necessaria, & scientia libera in Deo non distinguntur ratione, nisi penes connotata extrinseca, sicut actus necessarius, & liberi, sed scientia necessaria non respicit actum necessarium, vt futurum. Ergo nec scientia libera actum liberum; probo consequentiam, quia repugnat indiuisibilem vnã formalitatem, quæ nec admittit in se distinctionem, rationis præscindens, aut distinctionem virtuales in trinfecam non esse futuram, & esse futuram respectu eiusdem pariter indiuisibilis scientia. Ad exemplum, constanter nego in casu posito, aut Angelum aut amorem eius fore proprie futurum, aut cognosci vt tale à Deo, nam licet longum sit discrimen inter durationem in trinfecam Angeli, & durationem decretorum liberorum, quod illa non est æternitas, sed æuum. Hæc est; & illi per accidens contingit ex æternitate existere non huic; at, vt dicebam in reputatione prius rationis, hoc non sufficit ad hoc, vt Angelus habeat futuritionem de facto, sed re vera haberet illam, si non haberet æternam existentiam; at cum eam habeat, actu non est futurum, nec vt tale cognosci potest.

Sed contra Angelis ille, & actus amoris eius cognoscuntur à Deo, vt possibiles, nihil obstante æterna existentia, cognoscuntur enim ex scientia simplicis intelligentie, ergo etiam possunt cognosci, vt futuri, nihil obstante actuali æterna presentia.

Respondeo concessio antecedenti, negando consequentiam: nam licet status possibilitatis, & conditionate, & absolute futurus diuersi sunt in rebus creatis, vt notauit in hac disp. cap. 1. numero 2. & 3. & magis explicò infra disp. 9. cap. 2. at status possibilitatis præscindit ab existentia actuali, & a negatione eius, non vero status futuri, nec absolute, nec conditionate. Vnde denominatio futuri, petit instans aliquod antecedens, cum conotatione negationis existentia rei, quæ denominatur futura in eodem instanti, & cum conotatione instantis subsequenstis, in quo erit presentis res, quæ in instanti antecedenti erat futura, nihil autem horum datur in Angelo in eo casu, & multo minus in decreto libero Dei, vt satis constat ex dictis, nam decretum liberum Dei eodem instanti æternitatis mensuratur, quo necessarium & quo scientia, nec affirmari de eo potest, non existere pro quocumque priori, sed solum præscindere ab existentia, & negatione eius, quo ad terminationem.

Obiectum connotatum per actum liberum Dei non ingrediatur in trinfecam scientiam eius.

Obiectio.

Difutio.

Ex quo ad rationem P. Suar. respondeo. Concedo antecedens, & nego consequentiam. Nam cum concipimus Deum, ut potest velle libere hæc aut illa obiecta, ut placuerit, non concipimus actum 1. seu facultatem liberè volendi, in ordine ad actum secundum liberum possibilem, ut diximus in disp. 2. cap. 2. & 3. sed solum actum necessarium cum indifferentiâ ad terminationem ad hoc, aut ad illud obiectum: & hoc quia minus dependens secundum nostrum conceptum præcedit ratione ad actualem terminationem, nec tamen ideo est instans, in quo actualis terminatio est futura quia illud instans, quod præcedit, pro quo intelligimus posse actum necessarium terminari libere ad hæc, aut illa obiecta creata, est instans proprium possibilem, præscindens ab omni determinata futuratione, unde actum liberum, qui sequitur pro posteriori rationis signo, non denominat futurum: quia denominatio futuri adæquata, & perfecta includit existentiam rei, cum negatione eius in instanti denominante. Instans vero, quod est propria mensura possibilem, nec includit existentiam decreti, cum ab ea præscindat, neque negationem, sed præcisionem existentie eius, nam in eodem instanti æternitatis, erit pro posteriori signo. Hic observa etiam creatura ab æterno existens a Deo cognoscatur, ut possibilis, attamen, nec a Deo, nec a nobis considerari posse decretum liberum Dei, ut possibile: propter duas imperfectiones, quas involuit essentialiter possibilitas 1. distinctionis realis cõparatione potentie, à qua denominatur possibilis 2. dependentie ab ipsa, atque decreta libera Dei, & in se & in nostra consideratione absoluta sunt, & libera ab omni imperfectione. Igitur nec ut possibilis, nec ut futura considerari possunt.

51 Decreta libera Dei non subeunt possibilitatem nec secundum nostram considerationem.

Obiectio difficilis.

52

Verum obijcies, instans æternitatis ut divinas perfectiones constituit durantes, sic per rationem nostram possumus dividere 1. considerando illud, ut constituit durantem æternæ substantiam Dei perfectionesque necessarias. 2. ut constituit æternè durantiã decreta libera, & idem hoc instans, prius est ratione nostra, ut constituit durantes perfectiones necessarias, quam, ut liberas, ergo libera possunt denominari futura ab eo signo rationis in æternitate, præcedente ratione nostra, neque enim hic agimus de futuratione reali, sed rationis, ut notavi in principio, probò vero illam consequentiam, nam illud est futurum, quod erit duratione sequenti, cõparatione durationis antecedentis, sed decreta libera erunt duratione sequenti ratione nostra cõparatione durationis antecedentis, ergo habent formalem rationis futurationem.

Confirmo 1. obiectionem, nam ut prioritas à quo dividitur in prioritatem realem, & prioritatem rationis: illud est prius, à quo prioritatem reali, quod est causa, & principium reale alterius, à quo non dependet: illud est prius prioritatem, à quo rationis, quod est independens in cognosci, & aliud ab eo dependet in cognosci, verbi gratia obiectum distinctum realiter à scientia, est prius prioritatem, à quo rationis, quia natura obiecti non dependet in suo cognosci, à cognitione scientie de illa, licet e conuerso expressa cognitio scientie de obiecto pendeat ab obiecti cognitione; pariter prioritas, in quo debet dividi in prioritatem, in quo realem, & in quo rationis: prioritas in quo realis reperitur inter duo distantia reali duratione, prioritas in quo rationis reperitur inter ea, quæ ita se habent in ordine ad nostrum modum concipiendi, ac si reali duratione distarent, cum tamen in re eadem sint durationis mensura, exemplum est in odio, & amore, quo Deus prosequitur Petrum tempore antecedenti, existentem in peccato mortali, & subsequenti in gratia: tunc enim licet odium, & amor in Deo simul duratione sint: at ita se habent in ordine ad nostros conceptus, ac si odium tempore, amorem antecederet, ideo odium est prius amore prioritatem in quo rationis, & instans in quo existit odium, denominat amorem futurum duratione rationis in quo. Ergo simili ratione licet instans æternitatis, ut constituit, durantes perfectiones necessarias Dei, non præcedat se ipsum, ut constituit, durantes perfectiones liberas duratione reali in quo: at præcedit prioritatem rationis in quo, ac proinde denominare poterit futura decreta libera futuratione rationis, & præscientia Dei in ea mensura, ut futura cognosceret.

1. confirmatio

Prioritas à quo et realis & rationis explicata.

Prioritatis in quo duplex realis & rationis explicatio.

53

Confirmatur 2. quod ita existit, ut potuerit non existere, prius est possibile, quam existens, nisi aliunde ei repugnet possibilitas, ergo etiam prius est futurum, quam existens, si ad instans actualis durationis præcedit aliud saltem ratione, quod ei denominationem futuri per rationem tribuere possit, sed decreta libera ita existunt, ut absolute potuerint non existere, ergo esto possibilitatem habere non possint, propter duas imperfectiones supra notatas: ac habebunt futurationem rationis cum præcedat instans rationis, à quo denominationem futuri per rationem fortiri possunt.

2. confirmatio.

54

Propter hæc tum in logica anno Domini 1600. tum anno 1616. publice docens materiam de scientia Dei, in celeberrima salmanticensi Academia, sic instatia hæc rationis digessi

Resolutio authoris

digessi, ut censuerim, decreta diuina libera aliquam rationis futurationem subire posse, nihilominus re maturius considerata, magis consentaneum puto, perfectioni actu liberorum Dei id negare, & diuerso modo loqui, tum propter ea, quæ dixi inter respondendum primo, & secundo argumento, ex Patre Suar. tum propter ea, quæ dicam, in his obiectionibus diluendis & in alia, quæ restat ex patre Suarez.

R. ad 1. obiectionem.

Posterioritas rationis à quo non sufficit ad futurationem.

Ad primam obiectionem, concedo à nobis considerari posse instans æternitatis, ut constituit, durantes perfectiones necessarias, & liberas, concedo etiam durationem necessarium aliqua ratione præcedere durationem liberorum, quatenus necessaria ratione præcedunt libera per communem Theologorum, ut & ego partim explicui disp. 3. cap. 2. & sæpe explicabo in tractatu de Trinitate Diuina, neque vero hanc antecessionem sufficientem esse, ut decreta futura per rationem denominari possint, cuius ratio ea mihi est, quod non est antecessio instantis in quo, nec per rationem, sed solum à quo, quæ ratione supra dixi, personas procedentes non esse futuras cõparatione producentium, nec volitionem Dei necessariã cõparatione intellectiois. Ad probationem distingo maiorem: illud est futurum, quod erit duratione subsequenti cõparatione durationis antecedentis, si sumatur duratio propriè pro instanti in quo; concedo maiorem: si improprie pro instanti à quo nego maiorem: distingo pariter minorem, decretum liberum est futurum duratione subsequenti, cõparatione antecedentis propriè in instanti in quo, nego minorem, neque enim instans, quo durat decretum, est posteriorius posterioritate in quo ad instans, quo durant necessaria in Deo, tum quia non distinguuntur ratione præscindente, tum quia in instanti priori affirmare non licet, esse negationem existentie decreti liberi, ut liberi: est futurum in proprie posterioritate à quo, quæ nõ sufficit ad dandã futurationem rationis, concedo. Posterioritas à quo decretorum liberorum cõparatione necessarium optime intelligitur, & declaratur per hanc hypothesim, si per impossibile à Deo tollerentur libera, non ideo necessaria tollerentur, at e contra, si per impossibile tollerentur necessaria, etiam libera tollenda forent, nam per eam declaratur minor dependentia necessarium à liberis, & maior liberorum à necessarijs.

Ad 1. confirmationem.

Ad primam confirmationem, dato antecedenti, nego consequentiam, discrimen constituo in hoc, quod actus illi odij, & amoris essentialiter connotant obiecta, reali duratione distantia, nempe Petrum hodie existentem in peccato mortali, & castina die in gratia: &

cum alias inter amorem, & odium in se ipsis nullus sit ordo dependentie, excludimus ex vna parte omnem ordinem à quo, & ex alia parte fundamento defumpto à connotatis, existentibus in diuersa reali duratione, tribuimus actibus ipsis diuersam durationem per rationem, quam merito appellamus rationis in quo: at instans æternitatis, ut constituit durantes perfectiones necessarias, & liberas Dei, non comparatur ad connotata distantia duratione reali, ut constat; quia, ut sæpe dixi libera, & necessaria Dei eodem momento æternitatis durant, Consulto dixi dato antecedenti, nam prima pars eius doctrinã cõtinet mihi optimã, & certã; secunda vero solũ verosimile, & quæ facile, quo ad instantia rationis in quo negari possit.

Ad 2.

Ad secundam confirmationem, nego primam consequentiam; ad probationem iam explicui instans illud ratione præcedens, non esse in quo, nec decretum liberum futurum per rationem denominare posse.

3. ratio pro sententia affirmante

Venio ad tertiam rationem, quæ restat ex P. Suar. prius ratione quam Deus habet scientiam conditionatam de creaturis, habet scientiam simplicis intelligentie, & prius ratione, quã Deus habet decretum liberum circa creaturas, habet scientiam conditionatam. Ergo admittimus in intellectu diuino, scientiam aliquo modo liberam, antequam habeat Deus decreta libera, ergo simili ratione potest præcedere in intellectu diuino præsentia libera, quæ habet pro obiecto decretum liberum, prius quam in re positum intelligatur: probat consequentiam, quia nulla sufficiens ratio discriminis assignari potest. Adhibet confirmationem, quæ non probat suum intentum, sed solum à Deo cognosci decreta sua conditionate futura, quæ nunquã erunt, de quo nostrum iudicium sub finem capitis declaramus.

Responsio.

Respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam, ratio discriminis sumenda est à futuratione propria, quam habent actus nostri liberi, tum futuri conditionate, tum absolute: nam cum omnes hi habituri sint in tempore existentiam, aut absolutam, aut conditionatam, ad eorum durationem præcedit instans reale, vel in æternitate, vel in tempore reali, aut imaginario, per quod vere, & proprie sunt futura. Unde actus nostri in statibus harum futurationum possunt esse obiecta præscientie Dei, & eam optime diuidimus in scientiam simplicis intelligentie, conditionalem, & visionis, per ordinem ad hæc obiecta, ut magis explicò disp. 9. cap. 2. at cum decreta libera Dei, nec statum habeant possibilitatis, nec futurationis, ut fati explicui, non possumus dicere, à

O 2 Deo

Deo cognosci prius ratione scientiæ simplicis intelligentiæ, deinde, vt futura per præsci-entiam, sed solum scientia visionis. hæc dixerim de decretis, quæ existunt in Deo.

56
Marth. 26

Dubiū de decretis diuinis conditionate futuris.

An cognoscantur scientia media

Pr. i. con- nosci.

P. suar. P. Fonf.

Conclusio

57
Nullum est in Deo decretum conditionate futurum.

De his, quæ existerent ex certa hypothese, numquam tamen existent: Exemplum habemus apud Math. cap. 26. ibi *an putas, quia non possum rogare Patrem meum, & ipse exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum*, in quibus verbis asserit Christus Dominus, si ipse rogaret Patrem, ab ipso exhibendas esse plusquam duodecim legiones Angelorum in eius tutelam, hæc autem exhibitio ex illa hypothese non fieret sine voluntate Dei, ecce ergo decretum diuinum liberum conditionate futurum. Hoc autem vt futurum, per scientiam mediam à Deo cognosci, probatur. Primo, quia ipsam externam exhibitionem præscit Deus sub conditione orationis scientia media, sicut cætera conditionata: ergo, & decretum ipsum, per quod erat mandata executioni.

Secundo probatur, nam sub illa conditione orationis Christi Domini voluntas Dei, quæ numquam suspensa manet, secundum communem Theologorum determinanda erat ad alteram partem ex contradictorijs, pone positue determinandam in exhibitionem Angelorum, vt petebat Christus, licet hoc ad rem nostram nihil referat: ergo vt cætera libera conditionata cognoscuntur à Deo per scientiam mediam, propter hanc determinationem, ita sua huius generis decreta. Sic opinatur P. Suar. supra; & Fonfeca, & omnes, quos vidi in manuscriptis.

Verum consentaneæ ad principia iacta, non licet nobis ita opinari, quapropter censeo huius modi decreta cognosci solum à Deo scientia simplicis intelligentiæ, non ea, qua cognoscuntur possibilia creata: nam omne decretum liberum Dei abstergendum est ab omni imperfectione possibilitatis, sed alia, qua solum affirmat, potuisse actum necessarium Dei habere determinationem liberam in missionem eorum Angelorum in præsidium Christi. Ad hoc ita asserendum moueor hac ratione. Nullū decretum liberum Dei potest habere futuritionem conditionatam, ergo non potest cognosci scientia media à Deo, probo antecedens, quia omnis futuritio, tum absoluta, tum conditionata includit existentiam in duratione subsequenti, comparatione instantis in quo præcedentis, sed nullum decretum liberum Dei potest habere huiusmodi existentiam posteriorem; ergo nullam potest habere futuritionem conditionatam: maior satis manifesta est ex dijs, minorem probo, quia omne decretum liberum Dei, qua

Dei est, petit non incipere in tempore, sed existentiam in æternitate. sed late probatum à nobis est in decretis, existentibus propter existentiam in æternitate, non esse futuritionem rationis absolutam: ergo idem dicendum nobis in decretis conditionatis. hæc ratio satis probat nostram resolutionem, quam magis declaro in solutione obiectionum.

Ad primam, nego consequentiam, discrimen manifestum tradidimus inter exhibitionem externam, & decretum Dei, quod hoc non potest habere temporariam existentiam, illa potest.

Ad secundam, respondeo sub illa conditione orationis Christi Domini, Deum absque dubio habiturum decretum de exhibendis Angelis, non tamen habiturum in tempore nouum decretum, sed ex æternitate, præuisa etiam oratione ex æternitate, de facto vero habere decretum nõ mittendi. Vnde non est par ratio in alijs conditionatis, quæ apta sunt vt incipiant existere in tempore ac in decretis.

Sed contra, quia illa exhibitio, si in tempore daretur, danda esset cum dependentia ab aliqua voluntate Dei; quippe quæ est aliquid creatum, & omne creatum essentialiter pendet à Deo per voluntatem, non à voluntate libera possibili, nec existente: ergo à voluntate futura sub conditione. Argumentum hoc specialem difficultatem non habet in hac exhibitione, sed communem omnibus euentibus pure conditionatis.

Respondeo concedendo maiorem, concedo etiam secundam partem minoris, nam, vt fuse docui cap. 7. non existunt decreta in Deo circa hæc conditionata: distingo vero primam partem minoris, non daretur per decretum possibile, sumpto possibili, cum in perfectionibus proprijs ceaturarum, concedo; sumpto possibili; pro decreto, quod posset ab æterno existere absque vlla futuritione sine dependentia, nego, Itaque Deus cognoscit casu, quo Christus funderet preces esse in se decretum ex æternitate exhibendi legiones Angelorum intuitu precum, quod tunc cognoscit scientia visionis: modo vero, quia Christus non fudit preces, cognoscit decretum illud, quod ex æternitate existeret, quo ad terminationem liberam manere instar possibilem, circumscriptis imperfectionibus, nõ ergo illa exhibitio Angelorum de qua in cap. 26. Matthei mandata foret executioni per actum liberum, conditionate futurum: sed per actum liberum ex æternitate existentem in Deo, ex hypothese orationis efficacis Christi Domini. Casu vero negationis orationis per actum liberum, qui posset esse simpliciter, quoad terminationem in obiectum creatum.

R. ad argum.

Ad 2.

Cap. 10. Veritatem propositionum contingentium conditionalium, mensurandam non esse ex bonitate consequentia: & quid indicandum de disparatis, & de nomine scientiæ mediæ.



58

APITE primo huius disputationis, distinximus duo genera propositionum conditionalium: primum earum, in quibus conditio aliquam habet connexionem cum effectu: secundum earum, in quibus nullam, verbi gratia in hac propositione, *si cras Rex equitauerit tonabit calum*: vel in ea promissione diuina facta Regi Ioas, & dicta ab Eliseo 4. Reg. 3. *si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisset Syriam vsque ad consummationem*. Vbi percussio terræ iaculo, de qua ibi Propheta cum consummatione Syriæ nullam habet ex natura rei connexionem.

4. Reg. 3.

Exemplū conditio- nate dis- paratæ.

S. Thom.

Opinio Thomistarum de conditio- nali illatiua.

Aluar. P. Fonf. Curiel Mendoza.

59
Esse propositiones conditionales, & necessarias, & contingentes.

Circa primum genus Thomistæ docent frequenter, ex principijs Dialecticæ, omnem propositionem conditionalem illatiuam, si est vera, esse necessariam, si est falsa, esse impossibilem ex S. Thom. opuscul 48. & tractu de enunciatione cap. 14. vbi ait, conditionalem hanc, *si homo est albus, homo est mulicus*, esse falsam, ex quo infert, omnem conditionalem veram, esse necessariam, & falsam, impossibilem, probant quia veritas conditionalis illatiuæ consistit in bonitate consequentiæ, sed consequentia, quæ semel est bona, & formalis semper est bona, & quæ est mala, semper est mala. Ergo conditionalis vera est necessaria, & falsa, impossibilis. Ita sentit Aluar. disp. 7. de auxilijs §. secundo supponendum.

Verum oppositum sensit P. Fonfeca 3. tom. Methaphysicæ lib. 6. cap. 2. quæstione 4. sect. 10. in principio. Alphonsus à Curiel illa controuersia 7. in cap. 4. sap. in solutione ad argumenta pro secunda sententia numero 162. & sequentibus. Magister Mendoza in suis quodlibetis quæstione 7. ad 4. argumentum, & alij nostri frequenter, & quidem adeo perspicua est res hæc in se, vt nullo negotio expediri possit, nam nullus negare poterit, & esse propositiones conditionales necessarias, & contingentes, cum conditio apposita necessariam habet connexionem cum euentu, vt in hac, *si sol lucet, dies erit*, propositio conditionata necessaria est, si vero conditio aliquam habeat connexionem cum euentu, qui aliquo modo concurrat ad illam, vel tanquam cõcausa, vel vt conditio,

aut occasio, vt in hac: *si Petrus vocetur à Deo, aget penitentiam*, vel in hac: *si Maria nupserit Petro, pater dabit dotem*, propositio conditionata contingens est, harum autem veritatem non esse mensurandam ex bonitate consequentiæ, ex eo patet à posteriori, quia omnes esset determinata falsa, & impossibiles, etenim propter vim illatiuam affirmarent esse necessariam connexionem, vbi neque est, neque esse potest necessaria cõnexio: vt in illa propositione, *si Petrus vocetur à Deo, aget penitentiam*. Impossibilis est necessaria cõnexio penitentia cum vocatione, nam si posita vocatione esset necessaria penitentia, non esset penitentia, idem constat in omnibus promissis propositionibus, vt annotauimus, & is est frequentissimus pariter, & communissimus modus loquendi in sacra scriptura, & Patribus, constat ex à me adductis in hac disp. 7. cap. 2. 3. 4. & 5. Accipe hic exemplum euidens ex 3. lib. Reg. cap. 12. *si hodie (ait) obedieris populo huic, & illius petitioni cesseris, & locutus fueris lenia, erunt tibi serui cunctis diebus*: ecce propositio, in qua euentus, scilicet seruitium populi non habet connexionem necessariam, sed contingentem cum conditione exacta, nimirum cum leni locutione, & populi consensu. Ergo veritas harum propositionum regulanda non est ex bonitate consequentiæ, sed ex ipso euentu posita connexionem contingenti, consequentis cum antecedenti.

Ratione à priori id ita declaro. In rebus ipsis sunt connexiones necessariae, & connexiones contingentes, & liberae: ergo possumus vocibus significare modo connexionem necessariam, modo contingentem pro materia subiecta, quis hoc non videat? ergo cum in propositione conditionali significamus connexionem solum contingentem, veritas eius regulanda non est ex bonitate consequentiæ, sed ex euentu, quo fit non omnem conditionalem, cum particula *si* denotet aliquam illationem esse necessariam, aut impossibilem, aut necessario veram, aut necessario falsam, sed contingentem veram, aut falsam.

D. Thom. solum locutus est eo loci in conditionatis in materia necessaria, quas vulgares Dialectici appellant illatiuas.

3. lib. Reg. c. 12.

Ratio à priori.

Responso ad argum. mens. op. post.



60

Ad rationem in oppositum, nego semper veritatem propositionis conditionalis illarum consistere in bonitate consequentiae, nam in conditionatis contingentibus id verum non est, ut constat ex dictis.

Omnes propositiones conditionales comparatas falsas esse opinantur aliqui.

Erga propositiones secundi generis maioris momenti est inter nostros domestica defensio, quae a nobis in hoc cap. componenda P. Vazq. hic disp. 67. cap. 4. ad finem, & P. Leonardus Lesius lib. de auxilijs, c. 19. nu. 3. censent omnes eas propositiones disparatas esse falsas.

oppositum opinatur P. Suarez in opusculis lib. 2. de scientia conditional. cap. 6. num. 4. & P. Fonseca supra sect. illa 10. §. non desunt. Magister Curiel in citata controuersia art. 3. numero 162. & Magistri vulgares frequenter.

61

P. Vazquez. P. Lesius. P. Suarez. P. Fonseca. Curiel.

Sic ego sentio. Quando particula Si retinet propriam, atque rigorosam significationem, denotatque connexionem aliquam seu influxum conditionis in euentum, falsae sunt omnes huius generis propositiones, nam quando dicimus; Si equitauerit Rex, tonabit, & significare volumus equitationem Regis esse aliquo modo causam tonitruum, falsum proculdubio reddit sensum propositio, atque adeo nullarum propositionum in hac significatione est obiectum scientiae Dei.

62

Resolutio auctoris.

Particula si, declaranda per particulam cum, ut sint in vera.

At aliam possunt habere significationem, in qua propter determinatam veritatem obiectivam cognoscuntur a Deo: etenim sicut illa connectio significata per particulam Si modo est, necessaria, modo libera, & pro materia subiecta particula si significat, modo connexionem necessariam, modo liberam, ut dicebam in part. cap. Ita potest praecisa omni connexionem causa, & euentus tempore conditione, significare connexionem temporis seu simultatem, & coexistentiam euentus, & conditionis, tunc vero haec propositiones proprius significantur per particulam cum, aut quando, quae per particulam si, quae ex communi usurpatione eius connexionem significat, & tunc quando significantur per particulam cum veras esse, & cognosci a Deo, probatur. Nam verae sunt cum de presenti proferantur, ut cum dicimus, quando hodie equitat Rex, tonat caelum, ergo si proferentur de futuro in tempore antecedenti, pariter etiam essent verae; unde si inter aliquos fieret sponso circa euentum, ille, qui affirmaret concomitantiam, lucraretur sponsonem, quod signum est veras esse.

63

Conditionata con nexa affirmant simpliciter, de futuro, & est positum.

Observandum autem hoc loco, propositiones conditionatas contingenter connexas, etsi in vocibus habeant formam propositionis hypotheticae, at simplicem solum veritatem affirmare, disparatas vero geminam, & compositam, nam in illis conditione solum apprehendimus, ut existentem in subiecto, & saepe simul iudicamus non

existere, & facta hac apprehensione, solum iudicamus euentum fore, ut poenitentiam futuram, si addit hac vocatio a nobis apprehensa, & composita per solam apprehensionem cum voluntate, qua ratione hoc iudicium optime appellatur conditionatum, quia absolute non affirmat aliquid fore, sed solum fore, si addit conditio, quemadmodum volitio dicitur conditionata ex parte obiecti, quae non vult absolute aliquid esse, sed solum sub certa conditione in his vero disparatis composita affirmatur veritas, nepe, & Regem cras equitaturum, & cras etiam tonaturum caelum, in quibus & existentia equitationis, & existentia tonitruum, & existentia ipsorum in eodem tempore affirmantur. In hoc sensu non esse in rigore conditionatas, constat ex hac notatione.

64

De nomine scientiae mediae. P. Vazquez. Bellarmin. P. Valentia Lesius. Staplet. P. Suarez. Curiel.

Demum nomen scientiae mediae a calumnia vindicandum, de quo etiam nonnulla domestica h. P. Vazq. citato capit. 4. ad finem, et si scientiam hanc ad scientiam simplicis intelligentiae reuocandam putauerit, admittit tandem nomen ipsum. Itz. Bellarmi. lib. 2. de amissione gratiae cap. 17. in responsione ad primum argumentum Caluini. Valent. hic punct. 5. §. quaest. 2. Lesius cap. illo 19. num. 1. Stapletonius ad cap. 11. Matthei.

P. Suar. lib. 2. citato cap. 3. num. 6. Magister Curiel etiam supra relatus cap. 4. num. 195. dicunt hanc scientiam annumerandam esse cum scientia visionis, quia obiectum eius ita est determinatum sub conditione ad unam partem, ut potuerit in oppositam determinari.

P. vero Molina in citata disp. 17. §. triplicem scientiam, & in concordia disp. 52. eam primus, ut opinor, appellauit mediam inter liberam, & naturalem, cum secutus est Fonseca ubi supra sect. 8. §. alia vero. Vbi eam nominat mixtam, habet enim aliquid de libera, & aliquid de naturali, inde pendetiam a decreto existente, a quo semper dependet scientia libera, de hac libertatem iam notatam obiecti, at nunquam eam posuit mediam inter sententiam visionis, & simplicis intelligentiae, ut ei opponunt aduersarij. Imo oppositum docet in hac quaest. art. 9. dicens scientiam Dei comparatione eorum, quae aliquando sunt, esse scientiam visionis, comparatione autem aliorum, esse scientiam simplicis intelligentiae, & abstractiuam, imo ut dico disp. 9. infra cap. 1. ubi de diuisione scientiae Dei, diuisione scientiae in simplicis intelligentiae, & visionis, alia est a diuisione in naturalem, seu necessariam, & non necessariam & liberam. Tu adde, quia terminatur ad ens possibile, simpliciter conuenire cum creaturae existentiam saltem conditionatam habet non nihil de scientia visionis creaturarum

65
Conditi-
nalis scien-
tia media
aliqua ra-
tione non
solum inter
naturalem,
& liberam,
sed etiam
inter sim-
plicis in-
telligentiae
& visionis

rarum, unde, tum inter naturalem, & liberam, tum inter scientiam visionis creaturarum, & simplicis intelligentiae iure optimo media appellatur, nec nouum nomen perturbet virum sapientem, cui compertum est, & Ecclesiam Sanctam in suis Concilijs, & Patres in suis scriptis, noua, altissimaque nostrae fidei mysteria nouis nominibus nuncupare: hoc ipsum aegre ferentibus haereticis. Augustinus, tom. 4. lib. octoginta trium quaestionum,

quaest. 46. Licere (ait) cuique rei ignota, quae August. nullum habet usitatum nomen quodlibet nouum Nonna no- imponere, quis nescit scientiam hanc latuisse imponunt- scholasticos, & a nostris a tenebris, in qui- tur nouis bus iacebat, erutam diligentem Patrum, assidua rebus. que lectione. Liceat ergo eis aptum impone- re nomen, quippe a quibus in Scholas inue- ta est, quos introduxit nomina noua Caetanus? quos Scorus magna cum laude: cur Molinae dedecori, quod illis gloriosum?

Cap. II. Contraria Sententia fundamenta, & solutiones.



VNDAMENTA aduersario- rum consulto huc remissi, ut nostris praeractis, & modo procedendi plene tradito, faciliorem habeat ex ijs solutionem, quia vero aduersarij diuisi sunt in duas factiones, diuersis etiam utuntur fundamentis, ad fidem omnia sigillatim referam. Primo loco eorum, qui, cum concedant scientiam infallibilem conditionatorum, adstruunt decreta conditionalia, in quibus ea cognoscat Deus, quae impugnantur cap. 7.

Secundo loco alia cap. 12. Illud fundamentum est commune utriusque factioni, opinionem nostram conuictis & probis afficere appellan- res eam chimericam, fictitiam, improbabilem sine fundamento in Sacra Scriptura, aut patribus; idque in libris excusis, in manu scriptis, in quotidianis assertionibus, in colloquutionibus.

Multi responderi possent ad hoc fundamen- tum; sed sapiens prohibet ad omnia responde- re: solum oro Deum nostrum, ut dignetur velamen auferre de mentibus aduersariorum, & seposito omni amulandi, atque contradicendi studio, sententiam in Sacra Scriptura satis signifi- catam, a tot patribus expressam tot grauisimorum Theologorum calculo firmatam, bona ratione de- claratam ad grauisimas Theologicas difficultates, quibus hodie ab haereticis contra libertatem infestatur Ecclesia Dei, vtilissimam, ac pene necessariam ne reiciant, quia a nostris scriptoribus in lucem edita, e tenebris, in quibus iam diu iacuerat, sed fide congrua, in animo excipiant, & debita reuerentia veneren- tur.

66

1 Fundamen- tum ex Au- gust.

Ioan. 16.

Magister igitur Alvarez lib. 2. de Auxilijs, disp. 7. in probatione secundae conclusionis, in qua directe se nostrae opponit doctrinae, sex format argumenta, quae suo ordine diluenda. Primum ex Augustino tom. 2. in Epist. 105. Explicans illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, &c. haec habet verba. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent crede- tes, & quis esset traditurus eum, ne quisquam exi-

simaret credentes, sic ad eius praescientiam perti- nere, quo non credentes, id est, ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo voluntas eorum praenosceretur, mox adiecit, atque ait, & dicebat propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi ei fuerit datum a Patre meo. Quibus verbis docere videtur non praescire Deum, qui essent in eum credituri ante decre- tum voluntatis suae, quo statuit donare fidem credentibus.

Respondeo breuiter, ad rem non esse testi- monium hoc, ibi enim Augustinus instruit Sixtum Presbyterum aduersus Pelagianorum argumenta: ut constat ex verbis, quae subiicit appellas Pelagianos liberi arbitrij defensores, deceptores inflatores, & presumptores aduersus Evangelium, & ex titulo eius capituli, & probat eo loco non sufficere voluntate credendi, ex viribus naturae conceptam, sed ad credendum diuinum donum fidei, datum desuper a Patre, necessarium esse, id expresse docet in verbis relatis ibi, Ne quisquam existimaret, credentes sic ad eius praescientiam pertinere, quomodo non credentes, id est credentes vere, quibus fides diuina desuper infusa est, praesciri a Deo, ut vere credentes, non autem praecognosci, ut credentes, qui propria voluntate absque diuino dono credere praesumunt, idque Ioannem significasse cum dixit, Propterea dixi vobis nemo potest venire ad me, nisi Pater &c. Hoc est nisi per fidem infusam trahatur a Patre, ad credendum. Verba, in quibus continet hanc sententiam, ea sunt, ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo voluntas eorum praenosceretur.

Alvarez Obiectionem confirmat alijs duobus Augustini testimonijs, primum libro de Praedestinatione Sanctorum cap. 17. ubi explicans illud ad Ephes. 1. Sicut elegerit nos in ipso ante mundi constitutionem; haec ait, quod profecto si propterea dictum est, quia praesciuit Deus credituros, non quia sciebat fuerat ipse credentes, contra ipsam praescientiam loquitur filius, dicens non vos me elegistis, sed ego elegeri vos, cum hoc potius praescierit Deus, quod ipsi ui- fuerant

Responso ad Primum

67
Confirmatio obiectio- nis ex 2. testi- monio. Paul. ad Ephes. 1. August.

fuerant electuri, ut ab illo mererentur eligi, electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea predestinatione, in qua Deus sua futura facta presciuit in quibus expresse concedere videtur Augustinus praescientiam futurorum Deum solum habere in decreto predestinante.

& quod plus est praescientiam eorum.

Item aliud ex Epistol. 107. ante finem, *Exercandus est error (ait) quo putantur, quod homines secundum suas futuras, quae morientium non sunt futurae, iudicandi sunt, voluntates. Igitur negat Augustinus futuritionem conditionatam, in quo totum nostrum videtur euertere fundamentum. Prosper etiam per omnia Augustini discipulus in Epistol. ad ipsum de reliquis Pelagianae hereseos, quae habetur tomo 7. ante librum de predestinatione Sanctorum. In tantum (ait) commentitius meritis electionem Dei subiiciunt, ut quia praescita non extant; futura, quae non sunt futura, confingant nouo absurditatis genere, quod & non agenda praescita sint, & praescita non acta sint. In quibus verbis reprehedit Prosper eum errorem, qui vult reddere rationem electionis diuinae ex operibus, quae cum re ipsa non sint futura, sub conditione autem futura essent, & vt nouum absurditatis genus refert aliud eius erroris dictum, quo volebant praesciri a Deo haec contingentia conditionata, cum non sint futura. Ergo, & praescientia, & futuritio conditionatorum simul damnantur a Prospero.*

Licet supra cap. 5. testimonium relatum ab Alvarez. ex cap. 14. de predestinatione Sanctorum explicauerim, placuit tamen in hoc cap. illud cum alijs, quae adiunximus radicibus explicare, quia video in eis magnam vim fieri ab aduersarijs. Pro quo nota discrimen constitui a Patribus inter scientiam Dei, & praescientiam, & scientiam vniuersaliorem esse praescientiam, quatenus particula *pra*, significat anteceffionem durationis scientiae ad obiectum. Itaque praescientia in hac significatione, haec dicit, & scientiam existentem, & durantem, & obiectum existens, & durans; & anteceffionem durationis scientiae collatae cum duratione obiecti; ita Damascenus lib. contra Manichaeos non longe a fine, vbi aliud (ait) *in Deo est cognitio, aliud praenotio, cognitio enim est scire ea, quae sunt, aut fiunt; praenotio autem ea, quae futura sunt, antequam prodeant nosse. Hugo etiam de Sancto Victore 1. de Sacramentis parte 2. cap. 18. distinguit scientiam Dei a praescientia, ac docet, si futura non essent, fore quidem in Deo scientiam, non autem praescientiam, imo ipsa (ait) *quae praescientia est, scientia fuisset, etiam si praescientia non fuisset, si futurum aliquid non fuisset. Magister sententiarum in 1. distinctione 35. explicans hanc propositionem, si nulla essent futura, non essent in Deo praescientia, vel non esset praescius, ita ait, si in dicendo hanc causam attendis, scilicet, quia nulla essent subiecta eius praescientiae, vnde ipsa posset dici praescientia, vel ipse praescius, quod vtrumque dicitur pro-**

Prosper.

70 Enucleatur mens Augustini

69 Discrimine notandum inter scientiam, & praescientiam Dei.

Damasc.

Hugo de Sancto Victore.

Magister.

Scopus Augustini contra Semipelagianos.

ter futura verus est intellectus. Sin autem e ratione id dicit, quod non sit in eo scientia, quae praescit futura, vel quod ipse non sit Deus, qui est futurorum praescius, falsa est intelligentia. Secundum hanc significationem praescientiae locuti sunt Augustinus, & Prosper cum negare videntur praescientiam de futuris contingētibz conditionatis, quae cum propriam existentiam, & durationem simpliciter non sint habitura, non dicuntur praesciri praescientia antecedente duratione ipsorum propriam durationem. Ratio huius rei desumitur ex scopo Augustini in his locis, qui semper is fuit demonstrare futura morientium opera, si uiuerent, aut bona, aut mala nihil valere, & nulla esse in ordine ad meritum, & praemium. Considerabat ergo praescientiam, vt in Christo iudice aeterno significat cognitionem, aeternitate antecedentem opera digna praemio, aut pena, & necessariam regulam, infallibilemque remunerationis, & punctionis, & hanc praescientiam ait exinaniri, ex eo quod opera morientium futura absolute non sint. Hanc autem esse mentem Augustini constat Primo ex verbis Prosperi, in quibus duas reddit rationes, quare nihil valeat illa opera, ad hoc vt a Deo eligantur, vel damnentur: prima, quia ea nullam habent existentiam simpliciter, quae necessaria est, vt valeant ad meritum. Secunda, quia non praesciuntur vt futura, quae praenotio etiam necessaria est, saltem vt conditio, seu applicatio operis valorosi comparatione praemiantis, vt enim moueatur remunerator adtribuendum praemium, vel Index ad taxandam penam, non solum praesupponi debent opera bona, aut mala, vera, hoc est, praedita reali existentia, sed etiam sufficiens notitia eorum; quo pacto enim voluntas remuneratoris moueri potest, nisi praesciat ea opera? Colligo secundo ex ipso Augustino in locis, citatis, ac maxime in cap. 12. de anima, & eius origine, vbi duplici ratione impugnat eum errorem. Prima, quod Deus non natum iudicaret, nullumque beneficium ei conferret cum rapuit, ne malitia mutaret intellectum eius, si damnetur mortuum propter opera, quae patrarer, si uiueret. Secunda, quod exinanitur praescientia Dei ex sublata futuritio ne absoluta, ibi: *quomodo enim recte dicitur, praesciri futurum, quod non est futurum? hoc est praescientia, quae erat ad rem Augustini, quae utilis & necessaria est ad damnandum illos mortuos. Ad haec; disputatio Augustini in his, & alijs mille locis, de quibus in tractatu de predestinatione, erat aduersus Semipelagianos, qui tribuebant libero arbitrio per vires proprias initia salutis, & inchoationem fidei, & affirmabant ideo hominem gratia sua*

adiuari a Deo, quia ipse viribus proprijs natus est ingredi viam salutis. Rursum in paruulis dicebant huiusmodi conatus, & inchoationes futuras, si uiuerent praecognitas a Deo esse rationes, quare alter decederet, alter raperetur sine remedio peccati originalis, alteri vero concederetur: in qua doctrina duo errores continentur. Primus, valere liberum arbitrium sine gratia ad initia salutis. Secundus, praescientiam conditionatam eorum operum ex libero arbitrio esse rationem Deo discernendi inter paruulos, & contra vtrumque hunc errorem differit Augustinus, quotiescumque in suis scriptis, & negat futuritionem veram, & praescientiam eorum, vt ex professo declaro in tractatu de predestinatione, vbi refero de hac re plura testimonia, quae hic consulto praetermitto, ne disputatio plus iusto protrahatur. Numquam vero Augustinus negauit praescientiam operum, quae ex gratia fierent sub certa conditione, vt constat de penitentia Tyriorum, & Sydoniorum. Item ex cap. 8. de correptione, & gratia, vbi explicat illud testimonium Sap. 4. cuius occasione dixerat Augustinus eorum mala futura nesciuisse peruersissime dici, vt retulimus capite 5. Nec etiam negat scientiam conditionatam peccatorum, seu operum indifferentium, aut bonorum moraliter, quae facerent paruuli, si uiuerent, vt constat ex praefatis testimonijs, sed solum praescientiam, quae proficit ad taxandū praemium, vel penam.

Porro vt plenam capias notitiam mentis Augustini, nota scientiam conditionatam alia ratione praescientiam dici posse, quatenus intelligimus praecedere decretum liberum Dei, per quod, ea, quae prius ratione erant conditionata praesciue incipiunt esse absolute futura, vt explicui cap. 1. quatenus ergo praescit Deus conditionate hoc, aut illud futurum esse, si ipse velit, pro alio posteriori rationis condendere hominem, aut Angelum, dicitur praescientia respectu decreti, nondum positi pro illo priori rationis. Ita loquitur Augustinus de bono perseverantiae cap. 11. & Diuus Thomas 3. parte quaest. 1. artic. 5. ad secundum, cum dicunt Deum prauidisse credituros, quorum aliquibus non subuenit. Demum, si comparatio fiat existentiae, & durationis, quam haec futura essent habitura suo tempore ex hypothesi conditionis cum duratione aeterna scientiae conditionalium, praescientia appellari potest.

Aduerte, cum dico decretum Dei esse ratione posteriori scientia conditionata, me non concedere posterioritatem rationis in quo, sed quam decretum ipsum sit proprie futurum, sed solum rationis a quo per quam abufue tione in solum quo.

Responsio ad primum testimonium

Ioan. ca. 15.

Ad Eph. c. 1

Alia confirmatio ex 2. testimonio Augustini. Sap. cap. 4.

68

Quaedam loci Augustini testimonia in contrarium.

Respondeo, nec testimonium hoc ad rem esse, nam scopus Augustini in eo capite est intelligere & docere vocationem, qua fiunt electi, & nullum eligi, quia crederat per vires naturae, sed potius homines eligi, vt credant, id probat ex cap. 15. Ioan. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & ex cap. 1. Epist. ad Ephes. in verbis relatis, cum vero ait, *electos a Deo ea predestinatione, in qua Deus sua futura facta praesciuit. non loquitur de scientia conditionata, sed de praescientia absoluta, appellat enim ea futura, & facta futura comparatione praescientiae: facta comparatione propriae durationis, in qua existere prauidentur, quo fit hoc testimonio minime probari, aut decretum conditionale, aut scientiam conditionalem in illo, quo pacto vero futura absoluta Deus cognoscat duplici medio: primo in ipsorum determinata futuritione, in qua facta prauidentur ostendi disp. 6. cap. 6. & 7. Secundo in voluntate predestinante, seu congrue vocante, praesupposita scientia conditionali nostra per virtualem discursum, vt explicui ea allegata disp. 6. cap. 3. & in hac 7. cap. 5. Augustinus vero, in verbis relatis, hoc secundum medium cognoscendi futura absoluta docet.*

Secundum testimonium profert ex eodem lib. de predestinatione Sanctorum capit. 14. vbi explicans illud Sap. 4. *captus est & c. unquit, id dictum secundum pericula vita huius non secundum praescientiam Dei, quia hoc praesciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat. Adnotat ad hoc testimonium aliud ex lib. 1. de Origine animae cap. 12. vbi disputas contra asserentes Deum ordinate, vt infantes plures decedant in originali, quoniam praesciebat ipsos futuros prauos, si uiuerent. Ipsa exinanitur praescientia (ait) omnino, si quod praesciuit, non erit, quomodo enim dicitur praesciri futurum, quod non est futurum.*

His duobus testimonijs aliud poterat adiungere ex lib. de bono perseverantiae cap. 12. post medium, post probatum, gratiam Dei non dari secundum merita accipientium, sed secundum placitum voluntatis Dei in laudem & gloriam ipsius gratiae eius, subiungit haec verba. *Hoc autem si non dicatur de mortuorum, sciuetur operibus, quae facturi erant, si uiuerent bonis, aut malis, & per hoc nullis, & in ipsa Dei praescientia non futuris. Ecce, & negat futuritionem aliquam operibus conditionatis,*

solum dicitur futurum, secundum nostram doctrinam, de qua fuisse cap. 9.

His omnibus, quæ in hoc argumento late fuisseque cõgent Alvarez ex Augustino, Prospero, & Hilario, plene satis fit.

72 *Massilienses scientia conditionali abusu sunt, & Arriani.*
Neque etiam obstat, Massilienses hac præscientia abusos, ut probent causam prædestinationis, ex bono vsu liberi arbitrii. Item Arianos, ut probent Christum Dominum nõ esse filium Dei per naturam, sed per gratiam. Cũ enim eis obijceretur, quare Principes Apostolorum Petrus, & Paulus electi non fuerint ad eam excellentiam, & dignitatem Filij, ad quam Christus: respondebant, Deum præscientiam, & præsentione prænouisse neuiquam vnquam ipsum aspernaturum, id circo ex omnibus elegisse; neque enim quia Sacra Scriptura male vtruntur hæretici, ideo bene refellitur, maxime cum Sancti Patres non refutant hos hæreticos ex hoc capite præscientiæ, sed ex alijs, & peto ab aduersarijs, quare ipsi non deserant efficaciam decreta antecedentia, & præmotiones physicas determinantes? Cũ Caluinus, & Lutherus possint eorum patrocinio uti pro hæresi negante libertatẽ nostram. Respondebunt, quia propter malum vsum hæreticorum doctrina, quam putant probabilem, & vtilẽ, deserenda non est: idem responsum potiori iure à nobis accipiant; nam præter quam quod doctrina de præscientia conditionata, ante decretum habet firmissima fundamenta, quæ explicui tota hac disputatione, vtilissima, imo necessaria est. Primo ad conciliandam libertatem creatam, cum diuina prouidentia, & prædestinatione. Secundo cum vocatione gratiæ efficacis. Tertio quia electio specialis ad gloriam prædestinatorum ante præuisa merita sine ea præscientia defendi non potest, quæ tamen est sententia Pauli, & Augustini, ut fuisse ostendo tractatu de prædestinatione. Denique, quia posita permissione peccati, ad huc infallibile non esset id futurum, nec à Deo certo præsciretur, quod est contra diuinã prouidentiam, ut suis locis ostendendum. Igitur est reprehendus sit huius præscientiæ hæreticorum abusus: Laudandus est Catholicorum Doctorum bonus vsus.

Quare id non obstat.

73 *Ad quatuor appropinquat necessaria scientia conditionali.*
Sed obijcies. Cum Deus præsciat per nos bonum vsu liberi arbitrii ex gratia, si constituitur in ea rerum peristhali, cum Deus eum in ea de facto constituit, quam ratione bonus ille vsus non erit motuum voluntati Dei, sic eum constituendi, maxime cum in eo casu non sumatur initia salutis ex solo libero arbitrio.

Obijctio.
Sed hoc nullius momenti est, nam licet ex parte liberetur ab errore Semipelagianorum

74 *Quare acitibus sit.*
Sed hoc nullius momenti est, nam licet ex parte liberetur ab errore Semipelagianorum

quatenus repellit omnia opera sine gratia facta: at ex alia parte impingit eorum errorem, quatenus dat operibus sub conditione futuris dignitatem præmij, & pænæ. Non ne de vno, eodemque homine præsciuit merita, & demerita sub conditione ex hypothese diuersæ constitutionis eiusdem? quare igitur merita potius, quam demerita eodem modo futura, eodem præscita, moueant Deum ad hunc hominem constituendum in eo circumstantiarum occursum, in quo merita habiturus, & non in eo, in quo demerita? Rursum de eodem homine, præuidit Deus diuersos gradus bonorum, & malorum operum, pro diuersitate vocationum gratiæ, & tentationum, atque occasionum peccandi, in quibus constitui ille homo posset, igitur si opera illa in eo statu aliquam haberent virtutem mouendi, idem homo constituendus erat in ordinibus, in quibus damnandus, & in quibus simul liberandus. Item in ordinibus, in quibus damnationes diuersas subiret, propter maiora, & minora peccata præuisa, & in quibus diuersos gradus gloriæ consequeretur propter similem rationem in meritis. Hic obserua etiam aduersarij incumbere solutionem huius argumenti: etenim de eodem homine præscit Deus conuertendum, si decreto, & præmotione prædeterminetur, non conuertendum, si non prædeterminetur, plura item habiturum merita, si pluries prædeterminetur ad opera pietatis, & plura demerita, si pluries prædeterminetur ad entitates actuum malorum. Ergo illis reddenda ratio, quare cum à Deo constituitur in ordine, in quo damnandus, aut liberandus est, non constituat eum propter eam præuisionem, & pro omnibus ea ratio à priori est, quod in his operibus non est exercitium veru liberi arbitrii, quo efficiatur, ut ipsa vere existant, ac proinde digna non sunt, propter quæ detur existens præmium, & pænã.

Secundum argumentum. Deus ante omne decretum suæ voluntatis non scit, quot homines, vel Angelos esset producturus, si crearet alium mundum, ergo similiter ante idem decretum, non scit, quot actus, vel quales esset producturus quilibet homo, si crearetur, & constitueretur in tali ordine rerum.

75 *Argumentum aduersatorum.*
Prætermisis varijs solutionibus, quas ibi non ad fidem refert ex nostris Alvarez. Ego nego antecedens: etenim vt creato alio Mundo à Deo eius voluntas non maneret indifferens, atque suspensa circa numerum Angelorum, & hominum, imo habuisset determinatum, æternumque decretum, eos condendi in tali numero: ita prius ratione, quam intelligamus decretum hoc condendi Mundum, intelligimus fore in Deo decretum aliud, condendi

dendi homines, & Angelos in tanto numero, ex hypothese, quod decreuisse alium condere Mundum: hoc vero decretum non est futurum sub conditione in tempore, quia est quid diuinum, sed absolute mansit instar possibilitium vt fuisse explicui capite 9. Contra hæc plura obijcit, vt probet, futura contingentia determinatam cognoscibilitatem habere nõ posse, dum non præintelligitur causa prædeterminata, quia à causa contingenti, vt sic nõ potest procedere determinatus effectus, quæ ego dilui iam disp. 6. capite 2. 3. & 8. Hæc autẽ propositio à causa contingenti non potest procedere determinatus effectus, sic apte distinguntur, effectus necessarius concedo, liber nego. Imo effectus liber procedere non potest nisi à causa indifferenti, nec determinata antecedenter, his breuibus vocibus tota propositionis vis, si quam habet, eneruatur.

76 *Impostura in nostris scriptores Martini Alvarez.*
Hic nota imposturam Alvarez numero 14. eius disputationis, dum ait, assertores scientiæ medię asserere ex obiecto cõgrue proposito voluntati, atq; attempato cõplexioni individui provenire, quod sit potius consensura voluntas, quam dissensura. Nam licet aliqui doctissimi viri, extra familiam nostram (assertores quidem scientiæ medię) congruitatem auxiliij in hac attemperacione cõplexionis constituerint, vt retuli: & refutau capite 5. at nostri Scriptores alieni sunt ab hac sententia, & licet Pater Vazquez censuerit viuam quandam, specialemque representationem eius partis, in quam volũtas se flectit, necessariam esse; at eius opinio in hac parte minus probabilis censetur, & à me impugnanda est in tractatu de prædestinatione. Addo licet ex hac speciali propositione, quam exigit P. Vazquez, efficiatur necessitas actus, quo ad specificationem, non tamen, quo ad exercitium, vt ipse fatetur; qua propter nec ex obiecto congruè proposito, nec ex attemperamento vocationis ad cõplexionẽ provenit, quod potius sit voluntas infallibiliter consensura, quam dissensura, vnde licet frequenter accidat hominem, congrue proponentem, sibi obiectum opportunum, pro occasione nata attemperatum cõplexioni, indiuiduationique subiecti, amplecti illud, & odio habere malum oppositum, at hoc non est infallibile, imo sæpe viri perfecti enituntur in obiecta, sibi incommoda, attentata naturali inclinatione, coalescente ex affectionibus, & cõplexione, propter motiua supernaturalia variarum virtutum, vt docet quotidiana experiẽtia.

Regulariter sequitur voluntas vocatione, & obiectum attemperatum cõplexioni, non infallibiliter.
Tertium argumentum, Nulla est utilitas, aut necessitas constituendi præscientiam boni vsus liberi arbitrii, ex aliqua certa hypo-

77 *3. Argum.*

thesi ante decretum diuinæ voluntatis, ergo non est constituenda ante illud, probat antecedens, nam si aliqua esset necessitas, aut utilitas, maxime ad concordiam liberi arbitrii, cõ infallibili prouidentia, prædestinatione, & efficacia auxiliorum gratiæ Dei, sed ad hoc nõ ergo, &c. Probatur minor, quia per hanc scientiam non fugiuntur incommoda, propter quæ vitanda ponitur, imo impingimus in alia absurdiora, nempe quod infallibilis conuinctio consensus cum prouidentia, & prædeltinatione reducenda sit ad aliquid naturale, vel ad constellationem cõlestem, vel cõplexionem indiuidualem, &c. Hoc autem sic probat, quia per nos, quod liberum arbitrium sit consensurum, aut dissensurum non refunditur in decretum voluntatis prædeterminantem, cum præscientia antecedat decretum hoc, nec reducitur in naturam gratiæ ex se efficacis, cõ per nos nulla eiusmodi sit, nec reducitur in ipsam liberam voluntatem, cum omnino sit indifferens ad opposita, sub quibuscunque circumstantijs constituatur, nec etiam in modum proponendi obiectum, vt supra dicebã, nec etiam reducitur in alium priorem actum liberum, nam ponunt eum, de quo est sermo, esse primum, ergo sit vltimate reducendum esse in aliquam causam naturalem extrinsecam, ex supra relatis, quod tamen absurdum est.

Disputatione sexta, capite 3. à numero 34. vsque ad 38. tradidi doctrinam, qua fit satis huic argumento. Ideo solum in presenti eam applicabo ad propositiones formales obiectas. Nego igitur primum antecedens, ad probationem concessa maiori, nego minorem, ad probationem minoris nego omnino antecedens, ad probationem concedo infallibilitatem consensus, aut dissensus, cum prouidentia, aut prædeltinatione, nec fundari in decreto aliquo antecedente, nec in prædeterminante siue antecedente; siue subsequente præscientiam, quia nullum tale est, semper tamen intercedere voluntatem cooperantem, à qua essentialiter pendet omnis effectus creatus, quia voluntas est ratione posterior ipsa præscientia, licet non subsit propriæ futuri uisioni, vt explicui supra numero 57. Ad aliam partem probationis concedo non reduci in naturam gratiæ ex se efficacis, concedo etiam non reduci in naturam liberam voluntatis, sub quibuscunque circumstantijs, sumptam in præciso actu primo, etiam stante quacunque propositione ex parte intellectus: at reducitur in ipsam voluntatem, vt includit habitudinem ad actum secundum determinatum simul, & liberum sub conditione futurum; etenim si Deus præscit voluntatem pro innata libertate, assistente

assistentem praesto auxilio Dei constitutam in hac, & illa rerum circumstantia, hac & illa opera pietatis esse effecturam, si constituantur ex illa futuritione obiectiva, quam ipsi actus habent, Deus capit scientiam eorum actuum, vt explicui capite 8. semel autem capta illa scientia, hoc ipso quod Deus velit eam constituere in eo rerum ordine, & simul velit praesto assistere cum auxilijs gratiae suae, & cooperari sine praedeterminatione infallibiliter inueniatur omnes actus futuros. nihil obstantia indifferentia principij in actu primo, imo profus necessaria, vt libertas, quae de fide est, illa custodiat. Hec explicatus a me tradenda in materia de praedestinatione; hic sufficiat dixisse, quantum necessarium est ad dilutionem huius tertij argumenti, cuius neganda est consequentia, nimirum nos in caelestem constellationem, aut indiuiduationem subiecti infallibilitatem prouidentiae, & praedestinationis, cum assensu, & dissensu constituere debere.

78 Obiectio.

Sed obijcit Alvarez, si Deus ante determinationem suae voluntatis sciret, quot Angelos esset producturus, ex hypothesi, quod vellet creare alium mundum, non esset liber in eorum productione, vt fatentur quidam ex assertoribus scientiae medicae. Ergo eadem ratione non erit liber futurus consensus Petri, si ante omne decretum diuinae & humanae voluntatis sciat Deus certo & infallibiliter, quod sit consensus, ex hypothesi, quod constituantur in talibus circumstantijs, praesertim cum non sit in facultate Petri tollere, vel ponere illam conditionem, nempe praescientiae.

Satisfactio. Respondeo. negando antecedens, nam vt dixi disp. 6. cap. 2. numero 26. & in hac disputa. cap. 9. in hac parte nostri discesserunt a

P. Molina. Patre Molina, quem secutus fuit Pater Martinus Beccanus, nec discrimen alieni, vel propriij suppositi, quod constituerebat Molina, solidum esse, ibi offendi, qui difficile se poterit expedire a consequentia efficacia: ea vero vim

Scientia conditio- nalis est natura posterior suo obiecto, non de decreti conditio- nale si daretur.

habet in principijs nostris, nullius autem momenti est in principijs aduersariorum, a quibus obijcitur; nam si defendunt libertatem cum decreto conditionato, praedeterminante antecedente, cum nec positio eius, nec conditio sit in potestate liberi arbitrij, quare nentur praescientiam conditionalem tollere libertatem, maxime cum, etsi sit duratio prior, est tamen natura, seu ratio posterior, ideo enim Deus cognoscit eum actum futurum in tali hypothesi, quia ipse futurus est: imo oppositum cognosceret, si oppositus, vt potuit, futurus esset.

79 Quartum argumentum. Ex nostra praescientia media enervatur efficacia gratiae, & ponitur ex parte nostra ratio praedestinationis, seu condi-

tio sine qua non, ergo scientia haec admittenda non est. Antecedens quod negandum est, quo ad vtramque partem, solum probat quo ad secundam: in hunc modum. Praescientia conditionata non pertinet intrinsece ad praedestinationem, sed ad illam praesupponitur. Ergo obiectum eiusdem scientiae non est effectus praedestinationis, ergo ante decretum praedestinandi Petrum ad gratiam, & gloriam praesupponitur necessario ex parte eiusdem, quod ex innata eius libertate sit consensus Deo vocanti ex hypothesi, quod constituantur in talibus circumstantijs, ergo prius est in signo rationis, quod Petrus constitutus in eisdem circumstantijs, sit pro sua innata libertate instructa auxilio Dei consensus, quam quod intelligatur praedestinatus. Igitur praedestinatio Petri pendet ex futura eius cooperatione a Deo praecognita, per scientiam mediam tamquam a conditione sine qua non esset in Deo praedestinatio Petri, probat hanc consequentiam, quia nisi praesupponeretur consensus sub conditione, & praescientia eius actus electionis illius hominis ad gloriam & gratiam, & ad eas vocationes non esset praedestinatio, sed communis prouidentia supernaturalis, ergo praedestinatio, vt praedestinatio pendet tamquam a conditione sine qua non ex conditionata scientia & obiecto eius.

Respondeo, Distinguendam esse scientiam conditionatam, ab obiecto eius: etenim de scientia conditionata, an intrinsece constituat essentiam praedestinationis, simul cum actu voluntatis dubium est, quod tracto in materia de praedestinatione disp. 2. cap. 3. certum vero in nostris principijs actum voluntatis, praedestinantem eam per se praerequirere: vt applicantem ei nostro modo intelligendi media, quibus homo praedestinatus in finem vitae aeternae efficaciter dirigendus est. Vnde D. Augustinus saepe relatus praedestinationem nominat praescientiam, & praeparationem beneficiorum Dei, &c. Quo constat praescientiam, aut essentialiter, & in recto, aut connotatiue, & in obliquo pertinere ad praedestinationem: quod non ita de obiecto eius. Quapropter semper negandum ipsum consensus sub conditione futurum, etsi supernaturalem, esse ex parte nostra rationem, seu conditionem praedestinationis, propterea quod in eo statu nullam vim habet mouendi Deum, vt propter consensus conditionatum conferat ei Deus aliquod praemium: vt saepe dixi. Neganda igitur est consequentia; ad probationem, vel ponit in ea manere in Deo circumscripta scientia media eandem electionem, atque praedestinationem Petri, vel alium actum voluntatis communem cum reprobis: si primum ponat

D. August. Consensus supernaturalis sub conditione futurus ex parte nostra nec est ratio, nec conditio sine qua non praedestinationis.

Retorque- tur quartum argu- mentum.

80 Argumē- tum.

ponat, infallibiliter praedestinatus consequetur gloriam, quia non ideo consequitur, quia Deus praescit, vt saepe dico, sed e contra, ideo scit, quia ille consequetur: at non liberat Deum a defectu, & imperfectione in sua prouidentia, cui perspectum non est, priusquam adhibeat media, quoniam effectum sint habitura si adhibeantur. Itaque praescientia media, & necessaria est ad infallibilitatem diuinae praedestinationis, & ad perfectionem prouidentiae praedestinantis, & ad hoc vt Deus, erga praedestinatum, sit formaliter specialiter benefactor. Ad haec, falsum supponit dum constituit eundem actum praedestinantem voluntatis circumscripta scientia media, a qua actus ille pependet, tamquam a scientia directe, id quod strictius necessarium est in principijs aduersariorum, in quibus Deus bene praescit efficaciter praedeterminatum, siue intrinseca, siue extrinseca praedeterminatione responsurum, si praedeterminetur, aut si decernat praedeterminare, igitur decretum efficax, praedestinans praesupponit per ipsos scientiam conditionatam, & obiectum eius modo retorqueo argumentum euidenter: quare cum praesupponatur scientia haec conditionalis, siue vocetur naturalis, siue media, & eius obiectum, ante decretum praedestinans efficaciter non sit ex parte nostra in eorum sententia ratio, aut conditio praedestinationis, sit vero in nostra. Nec quidquam refert ad eorum scientiam conditionalem praesupponi decreta conditionalia, non ad nostram, nam decreta conditionalia illa non possunt pertinere intrinsece, & essentialiter ad praedestinationem, sicut conficiebatur argumentum de nostra praescientia, eo quod, posito decreto praedestinante, gratia, & gloria, & omnes praedestinationis effectus sunt absolute futuri, non vero per decretum conditionale, ergo nec contra nos, nec contra aduersarios quidquam habet efficaciae argumentum. Si propter haec dicat secundum, nimirum circumscripta scientia conditionalium, non manere in Deo electionem praedestinantem, sed alium actum communis prouidentiae, concedo illum hominem non consequetur vitam aeternam, non propter dependentiam praedestinationis a consensu sub conditione futuro, sed propter defectum ipsius praedestinationis, & effectum eius, quod apud aduersarios etiam certissimum est. His abunde satisfacimus omnibus, quae cumulat in eo quarto argumento.

Quintum vero argumentum contendit obiectum scientiae conditionatae non esse scibile, quia non habet determinationem, aut necessitatem in causa; id confirmat ex testimonio S. Thom. 1. par. quaest. 14. art. 13. in corpore, & in

alijs locis. Verum ad haec respondimus, disp. 6. cap. 4. & 5. Item 6. & 7. hoc ipso quod obiecta sint libera, non posse habere esse determinatum, & necessarium in causa, habere vero esse determinatum in se, & in actu secundo, & intuitum Dei se protendere propter infinitam perspicaciam ad ea in se videnda secundum esse determinatum, quod habent. Idque, ni fallor, esse de mente S. Thom. euidenter demonstratum hoc loco, quem pro se producit Alvarez, tum alijs pluribus.

Sextum, & vltimum argumentum sic procedit, impossibile est, quod effectus sit futurus independenter a sua causa, sed decretum diuinae voluntatis est prima, essentialis, & vniuersalis causa efficiens, ergo ante decretum diuinae voluntatis nihil erit, aut foret posita quacunque conditione, ac proinde nihil scibile est conditionate ante decreta conditionalia.

Confirmat primo, vt se habet decretum absolute, ad futurum absolute, ita se habet conditionatum, ad futurum conditionatum. Sed implicat, quod aliquid sit futurum absolute ante decretum absolute, ergo nec futurum conditionate ante conditionatum, igitur nihil est scibile, nisi ponatur decretum in Deo.

Confirmat secundo, futurum conditionatum transit in futurum absolute, posita conditione, ergo si ante decretum suae voluntatis cognoscit Deus Petrum consensus, si sic vocetur, & in talibus constituatur circumstantijs, ex sola posita conditione, efficietur fore actum absolute futurum, antequam Deus quidquam decernat de illo.

Ad Argumentum concedo maiorem, & minorem si agit de decretis solum cooperatiuis seruantibus libertatem; non vero de praedeterminatiuis, eam laedentibus, quae nec sunt causa, neque esse possunt effectuum liberorum, & distingo consequens. Ergo ante decretum nihil erit, aut foret, posita qualicumque conditione, ante decretum cooperatiuum, aut positum, aut ponendum pro alio posteriori significationis, concedo; ante decretum praedeterminatiuum actu existens, quod intendit argues, nego, hoc enim nec actu existit neque existet pro tota aeternitate, nec existere potest.

Ad primam confirmationem concedo absolute maiorem, intellectant semper de decretis solum cooperatiuis, ad minorem, si decreta illa Dei, a quibus essentialiter pedit actus absolute futuri subire possent propria futuritione, neganda esset minor, nam si ipsum decretum esset absolute futurum, actus etiam ipsi essent absolute futuri, veluti mediate intercedente futuritione decretorum Dei, sed quia c. 9. docui nullum actuum Dei esse proprie futurum, sed solum posterius ratione, secundum instans rationis.

Responso

81 Argumē- tum.

Confirmatio r.

Responso. Sine decreto aut posito, aut ponendo pro aliquo posteriori rationis nihil est futurum.

Ad secundam confirmationem.

Ad secundam confirmationem.

à quo, do minori, nihil esse absolute futurum, sine decreto cooperativo existente in Deo, & distinguo consequens nihil est scibile nisi ponatur decretum aliquod in Deo precedens scientiam, ne

Ad secundam confirmationem. Distinguo antecedens, futurum conditionatum transit in absolutum posita sola conditione creata, nego antecedens, posita conditione, & simul decreto cooperante in actum, absque vlla prædeterminatione, concedo: aduersarij vero in eo committunt æquiuocationem, quod ex negatione decretorum prædeterminantium, emittuntur inferre negationem omnis voluntatis cooperatiuæ, quia non agnouerunt alias voluntates, præter decreta efficaciter prædeterminantia, quæ nostri repellunt, propter causas vigentes, à me sepe expetas, & constituunt decreta alia attèperata libertati, quæ cōducunt ad essentialē dependentiam creaturarū à Deo, quæque à me explicata satis sunt disp. 6. c. 3.

83 Duo alia obiecta.

Verum numero 19. eiusdem disputationis duo obijcit. Primum à nostris defendi non posse influxum voluntatis creatæ, quo ut via efficit, actum liberum dependere effectiue à Deo. Hoc sic probat, quia in nostris principiis decretum diuinæ voluntatis non præcedit liberum influxum voluntatis creatæ futurum, adimpleta conditione, nam per nos Deus non statuit, quod voluntas influat, & cooperetur priusquam præuideret ipsam in sua innata libertate esse cooperaturam ex certa hypothesi, ergo influxus ille formaliter loquendo, in quantum influxus, non dependet effectiue à Deo, sed à sola voluntate creata. Secundum sequi ex nostra sententia, hanc causalem concedendam esse, quia voluntas creata vult influere in istum actum in singulari, Deus influit in eundem actum in particulari, & ita voluntas, & operatio humana esset prior, & diuina posterior pedissequa humanæ, & influxus Dei determinaretur ad talem actum ab influxu voluntatis creatæ, voluntasque diuina, & eius adiutorium subiungeretur humanæ voluntati, quæ omnia absurda sunt.

Satisfactio ad hæc obiecta.

Obiectiones hæc processerunt ex non penetratis nostris sententiis. Ad primam negamus omnino effici ex nostra solutione, non pendere influxum voluntatis creatæ à Deo, imo si influxus Dei, à Deo pendet, non potest non influxus creatus pendere, cum vnus, & idem sit. Nego etiam decretum diuinæ voluntatis non præcedere liberum nostrum influxum, etiam adimpleta conditione, & cum ait, Deum non statuere cooperari, nisi prius præuideat ipsam voluntatem, pro sua innata libertate cooperaturam, si constituatur in talibus circumstantiis. Distinguo eam propositionem, pro sua in-

Quomodo influxus voluntatis nostræ pendeat à Deo.

nata libertate sola præcissa diuina cooperatio ne, aut naturali, si actus naturalis futurum præuideretur, aut si pernatura, si supernaturalis, quæ procedit semper ab aliqua voluntate in Deo existente, cum actus est iam absolute futurus, exitura pro posteriori signo rationis, cum actus sit conditionate futurus, nego: cum his voluntatibus, concedo: In hoc lapide offendunt sæpe aduersarij, ideo hæc etiam à nobis sepe repetenda, non igitur in nostris principiis, aliquid sit creatum, aut præuideretur futurum, sine aliqua diuina voluntate, à qua pendeat, & effectus & influxus, quo fit.

Ad secundam obiectionem, neganda est absolute illa casualis, negandaque sunt absurda ibi illata; hoc vero, quod tangitur in hac obiectione, quia etiam inter nostros cōtrouersum est, sic explicandum. Voluntas quotiescumque operatur, actum singularem operatur, & ad ipsum eligendum præ alijs singularibus, quos posset operari intra eam speciem, etiam posita propositione ex parte intellectus, non habet principium intrinsecum, nam intellectus ipsi proponit bonitatem, aut malitiam obiecti, non vero diuersorum actuum indiuiduatione; unde ei nõ datur optio huius actus in indiuiduo, præ alio, quæ propter cogitur recurrere ad principia extrinseca, recurrunt alij ad circumstantias loci, & temporis, obiecti, &c. Minus probabiliter, cum hæc omnia nõ secus, ac ipsum principium indifferentiæ sint ad diuersos actus numero distinctos, ex quo alij & melius recurrunt ad influxum Dei, qui optime nouit naturas indiuiduales eorum actuum, & determinatum influxum, quem exigit vnaquæque natura indiuidualis ex eis, ut ergo Deus voluntate sua elegit eum determinatum influxum, quo cooperatur: ita eum actum numero præ alijs: caue vero ne dicas electionem hanc esse prædeterminantem antecedenter, etiam quo ad actus indiuiduationem. Etenim electio attemperata est, libertati etiã in influxu indiuiduo in actum, semperque subintelligenda est conditionalis illa, concomitans quæ explicui disp. 6. cap. 3. num. 35. Itaque Deus sic decernit. Volo potentiam meam cooperari in actum amoris cum voluntate creata, si ipsa simul mecum cooperetur. Porro, quia voluntas creata non potest operari, nisi actum in singulari, & ipsa non habet principia intrinseca ad eligendum hunc, potius quam alium. Volo ego sic concurrere, ut is exeat potius, quam aliter non absolute antecedenter, sed semper sub intellectu conditione prædicta, etiã quoad singularitatem huius actus: quare vero sit meritum, aut demeritum respectu voluntatis creatæ, etiam respectu indiuiduationis actus; & quare Deo non tribuatur malitia indiui-

84 Deus dicitur determinatum in indiuiduo, non tamen decreta prædeterminante, sed conditionali.

indiuidualis in actu prauo, difficile explicatu, nõ tamen is opportunus locus. Explicui 3. parte tractatu de merito Christi. Ne cuiquam videatur hæc proluxior disputatio, animaduerto iam hodie præcipuam controuersiam ad punctum de scientia conditionali reuocaram, præ-

cipuumque aduersariorum patronum esse Magistrum Alvarez sapientissimum, atque modestissimum virum, ideo oportuit sigillatim eius fundamenta expendere, & diluere ne nobis, vel hinc cauentur, quod ea aut ad fidem non retulerimus, aut diminute.

Omnia. Aluar. fundamta euerfa.

84 1. Fundamentum.



LI A pars aduersariorum, quæ, & negauit decreta conditionata, & sciētiam infallibilem futurorum conditionalium Deo, hæc habet fundamenta. Primum congerunt

plura testimonia ex Sacra scriptura, in quibus subdubie adhibita particula forte, seu forsitan, prædicuntur à Deo: atqui si proprie summantur hæc particule, vt sumenda sunt secundum regulam Augustini 3. de Doctrina Christiana cap. 10. significat coniecturam, & dubitationem quandam, saltim ex parte obiecti materialis. Licet nulla subsit dubitatio ex parte scientiæ Dei, testimonia sunt. Genes. 3. Deuteronomio 4. & 7. Isai. 48. præcipuum habetur Exod. 4. verba refert Curiel in ea controuersia 7. cap. 1. num. 21.

Genes. 3. Deuter. 4. & 7. Isai. 48. Exod. 4. Curiel. Responsio. Particula forte, non significat dubitationem in Sacra Scriptura. Matthæi. 11. 2. Fundamentum. Damascen.

Verum ad hæc dixi satis supra cap. 3. ex Sâctis Patribus, & alijs Sacræ Scripturæ testimonijs, particulam forte, sermonem quidem explere, & dubitationem, cum de scientia Dei agitur, non significare, sed denotare libertatem creatâ in his futuris, & aliquãdo paucitatē eorum, qui conuertendi erant, vt Matthæi 11.

Secundo adducit Ledefina supra relatus verba Damasceni lib. aduersus Manichæos prope finem, in quibus tamen id solum elegatissime docet Damascenus, Deum præscire, ea quæ nos facturi sumus, à nobis proficisci, & præscientiam Dei non esse causam horum futurorum, de qua re ex professo disp. 10. cap. 1. vbi refero verba. In hac vero doctrina nostrâ continere sententiam, quis non videat?

85 3. Fundamentum.

Tertio congerunt quædam S. Thom. testimonia, præcipuum est, ex hoc art. 13. in quo D. Thomas considerat futura in duplici statu. Primus secundum esse, quod habent in causa, & sic solum cognoscit scientia coniecturalis. Secundus, secundum esse quod habent in se ipsis, & sic affirmat certo cognosci propter præsentiam in æternitate: at futura conditionalia, neq; in se ipsis habent esse, nec præsentiam in æternitate, ergo cōtra mentem D. Thomæ est præscientia infallibilis horum futurorū.

Thomistæ recetiores expresse aduersantur S. Tho.

Noto hic Thomistæ nostri sæculi, expresse aduersari doctrinæ huic S. Thom. nam ipsi cōcedunt certam cognitionem futurorum in causâ prædeterminatâ, & ut extrinsece per decre-

tum, aut intrinsece per præmotionem. Respondeo modo; vt S. Thom. declaret, qua ratione futura sint cognoscibilia in se, hoc est in propria existentia, exigit eorum præsentiam in æternitate, vt explicui disp. 6. ca. 3. vnde cum conditionata habeant in se cognoscibilitatem ratione existentie futuræ sub conditione, vt explicui cap. 8. iam habent rationem, quare D. Thomas dixit, futura absoluta esse cognoscibilia in se, ac propterea licet D. Thomas solū sit locutus de absolutis in hoc loco, non tamē negauit ea cognosci à Deo, imo si infirmus vestigijs eius, & consentaneè procedimus ad eius doctrinam, affirmandum nobis est, conditionata etiam cognosci à Deo.

Responsio.

Deinde argumentatur ex eodem D. Thomæ 1. part. quæst. 19. art. 7. ad secundum explicans ibi testimonium Hieremiæ cap. 18. vbi Deus minatur populū, post cōminationem vero adiecit, Si vero populus penitentiam egerit, Deū etiam acturum penitentiam, super malo, quod cogitabat facere, ait ibi S. Thom. locutū Deū secundum ordinem causarum inferiorum, & secundum dispositionem naturæ, voluntatem vero diuinam immutabilem esse, idque ibi cōfirmat ex Gregorio. Si vero D. Thomas cognosceret scientiam hanc conditionaliū, melius per eam explicasset hūc locū dicēs, quia Deus præsciebat, facta cōminatione, populū acturū penitentiam, ideo dixisse se acturū penitentiam, quia se gestis more hominum, qui cum mutant cōsiliū eos penitere dicimus.

Alius locus S. Thom. Hieremiæ. c. 18.

Gregor.

Respondeo futuritionem contingentē, quæ est ex causarum dispositione, prædicari in eo testimonio, quam ego explicui sæpe, & eam affirmat S. Thom. in eo loco, quam tamē non euenire aduertit optime S. Thom. ibi, Quo tamen non fit, quia aliter est in causa superiori diuina, & ibi, Nec tamen ita euenit, quia ab æterno aliter fuit in scientia, & voluntate diuina, quæ immutabilis est. In quibus verbis potius significat, Deum præscire euenturum contrarium ei, quod futurum prædicatur cōminatorie ea meritis causarum secundarum, igitur testimonium hoc à nobis est.

Responsio.

Rursum congerunt ea testimonia, in quibus S. Thom. diuisit scientiam Dei in sciētiam visionis, & simplicitis intelligentie; vt in hac quæst. 14. art. 9. S. Thom.

86

Alia testimonia.

artic. 9. & in 1. dist. 38. art. 4. & in 3. dist. 14. & quest. 8. de veritate art. 8. quæ membra diuiduntur aliter in scientiam naturalem & liberam, sine vlla facta mentione de scientia media, & conditionali, quod si D. Thom. hanc Dei scientiam existimam agnosuisset, eius procul dubio meminisset.

Responso. D. Thomas nõ tam ex presse vt modo docetur tradidit scientiam mediam.

Argumentum hoc etfi negatiuum apud me pòdus habet, & probat, hanc scientiam nõ tam expresse traditã à D. Thoma, vt modo in scholis circumfertur, sed alia plura sunt huius generis, non tamen ideo censendũ negatam esse. Magister item Alvarez, tenetur diluere hoc argumentum, qui admittit scientiam infallibilẽ conditionalium in decretis, vt notaui cap. 7. ad finem. Demum respondeo, hanc scientiam non esse mediam secundum plures sententias nostrorum, inter scientiam simplicis intelligẽtiæ, & visionis, sed facile ad quodcumque ex his membris reuocari posse, secundum nostrorum sententias, vt vidimus cap. 10. ad finem. Vbi mea lata sententia de hac diuisione, & de nomine scientiæ mediæ.

87 Curiel. Alia quædam fundamẽta leuiora diluo.

Magister Curiel supra art. 3. nu. 19. & ex eo Ledesina sex congerunt rationes, sed, quæ dilutæ iam sunt, vt vero quatum est in me, nullum scrupulum relinquam in mente lectoris, non grauior explicare ea, quæ ipsum in aliquam æquiuocacionem subducere possunt.

Primo ergo cõrendit. Hæc futura nõ esse scibilis, quæ nullã habet determinationẽ neq; in se, neq; in causa. Concedendũ est nõ habere determinationẽ in causa, quia haberet prædeterminationem, quã plena mente respicimus, negãdũ vero, nõ habere in se determinationem, quæ nihil aliud est, quã ipsa existentiã conditionata, sæpe explicata, & hæc sufficiens est, ad hoc vt propositiones prolatae, sint veræ, quæ non affirmant hæc habitura absolutam existentiã, alias omnes essent falsæ, sed habitura existentiã ex certa hypothesi, quod verum est.

88 Idẽ actus potest esse contingẽs in causa, & determinatus in se.

Secundo proponit repugnare eundem actum esse contingenter futurũ, & determinate futurũ; nõ esse futurum contingenter est, esse indeterminate futurũ, igitur idẽ actus esset futurus determinate, & indeterminate. Respõdeo distinguẽdo primam propositionem. Repugnat idẽ esse contingenter, & determinate futurum, ex vi causæ concedo; & tunc ly determinate idẽ est, ac prædeterminate, seu ex causa prædeterminata repugnat: esse cõttingẽter futurũ ex causa, & determinate in se propter propriam determinatam existentiã sine causæ prædeterminatione nego. Ratio est, quia si simul in causa haberet cõttingentiã, & determinationẽ, procederet ab ea actus necessario determinationis, & libere ratione cõttingentiæ: at nihil repugnat, imo necessarium

est, quod effectus, qui à causa contingẽter procedit, sit in se quid certum, & determinatum per suammet existentiã, cum vero ait eundẽ actum fore determinate futurum, & indeterminate futurum, si ly, indeterminate significat negationem determinationis in causa, vt significare debet, si ad rem adducitur, pariter distinguenda est ea propositio. Implicat eundẽ actum esse futurum determinate in se, & indeterminate, hoc est sine determinatione in causa nego, implicat esse in se simul determinatũ, & indeterminate, aut à causa simul determinata, & indeterminate concedo.

Procedo modo ad quintam rationẽ, in qua solũ restat, aliquid dicẽdum, quæ sic se habet. Futura hæc nullũ habent modum cognoscibilitatis, sub quo cognoscatur, ergo nõ cognoscantur à Deo, antecedẽs. quod negãdũ est, sic probat, vel sunt cognoscibilia, per simplicẽ intuitum, vel ex vi connexionis extremorum neutro modo, ergo &c.

Respondeo, ea cognosci à Deo per intuitionem existentiæ actus in sua mẽsura sub cõditione, per quam intuitionẽ etiam cognoscit connexionem extremorum, hoc est, vnionem inter actum futurum conditionate, & voluntatem, licet non ex vi connexionis extremorum, in sensu arguentis, hoc est ex connectione necessaria, quam inter se extrema habeant. Obijcit; hæc extrema numquam habitura esse, neque in se, neque in æternitate, nõ igitur cognoscit per intuitionem. Respondeo negando antecedens, nam & in se, & in æternitate habebunt existentiã conditionatam. Non amplius in illa disputatione.

At cum iterum in hanc materiam incidisset 3. parte quest. 11. art. 1. dubio 2. aliud formauit argumentum, quod ipsi tam fuit difficile, vt in nostra quam secutus fuerat sententia, propter illud nauauerit. Sic se habet futurum antequam sit, est determinate futurũ, etenim quando est, est præsens, non futurum, vt præteritum postquam fuit, est præteritũ, non quando erat, sed futura hæc antequam in se sint, nihil habent, ratione, cuius sint determinate futura, etenim causa, quæ antecedit per nos, nullam habent determinationem antecedentem, ergo futura hæc conditionata non sunt cognoscibilia.

Argumentum hoc comune est futuris absolutis, & conditionatis, & inter nostros satis versatum, petit vero quid sit, aliquid esse determinate futurum, tam absolute, quam conditionate, quod accurate explicui disp. 6. c. 6. & ex ea doctrina respondeo illam maiorem, futurum antequam sit, est determinate futurum, esse falsam in rigore, & inuoluere implicationẽ in terminis. Etenim futuritio rei duo dicit.

Primum

Argumentum comune futuris absolutis, & conditionatis.

Primum existentiam: Secundum negationem durationis, in qua existit, vnde cum res existit, & est præsens, habet aliquid ratione, cuius tempore antecedenti dicebatur futurum, quo fit implicare in terminis, quod rei futuritio adquate existat, quia simul existeret res, & negatio durationis eius: ad illam vero minorem, nihil habet futurum, antequam in se sit ratione, cuius est determinate futurum. Respondeo, cum distinctione nihil habet antecedẽs, quod cum existentia rei simpliciter habet necessariã connexionem, concedo: nihil habet ex suppositione, quod res sit habitura existentiam in sua temporis differentia, à quo denominatur futurum, nego, id autem est, vel ipsum tempus antecedens, vel negatio durationis propriæ rei futuræ. Aduerte vero hoc antecedens (quidquid illud sit) non esse id, in quo Deus cognoscit futurum, neque enim, vt sæpe monui, est aliquid antecedens coexistens cum scientia, in quo futurum cognoscitur, quia quando existit cognitio Dei, nihil existit actu cognoscibile, sed existet, rei namque cognoscibilitas non distinguitur ab ipsius existentia, si loquamur de cognoscibilitate passiuã, & vt nihil est existentie rei, quando non existit, coexistens scientiæ Dei; ita nihil est passiuæ cognoscibilitatis. Neque enim obiectum virtutis cognoscendi limitatum est ad rem præsentem, & coexistentem ei virtuti, aut cognitioni, per quam cognoscitur, cum etiam res possibiles, futuræ, & præteritæ sint obiecta cognoscibilia, à facultate intelligendi. Huius ratio à priori deduci debet ex maiori, aut minori potentiarum cognoscendi perfectione, nam quædam ob maiore materialitatẽ, & minorem perfectionem non sentiunt, nisi obiecta, non modo sibi coexistentia, verum & spatio loci distantia, vt gustus, & tactus, quædam propter naturam eleuatorem percipiunt obiecta spatio disita, licet sibi coexistentia, vt visus, auditus. Potentiæ vero spirituales, quæ perfectissimæ sunt, attingere queunt obiecta non sibi coexistentia, & duratione longissimo interuallo disita, ita voluntas nostra desiderat bonum tempore absens, & sperat futurum arduum; ita etiam intellectus fertur in futura, & præterita. Dubitari solet, quãta perfectio requiratur in his potentijs ad hoc vt intueri possint hæc absentiã obiecta, verũ quãta quãta illa sit, negari minime potest menti diuinæ, de qua est modo sermo noster. His manet dilutũ hoc argumẽtu, in quo fusilissime procedit M. Curiel, qui ad alias solutiones sermonẽ diuertit.

Nihil est antecedẽs coexistens cum scientia, in qua cognoscitur futurum.

89

90 Aliud argumentũ, quod plus iusto torsit quosdam ex nostris, & sic se habet. Hodie verum est, penitentiam Petri esse cras futuram, si sic vocetur & id verum erat ab æterno,

tunc sic, vel eam esse futuram est quid à ratione fictum, vel quid reale existens independẽter à ratione, non primum, quia si penderet à ratione fingente veritas illa, vt ratio fingit esse futuram penitentiam, ita fingere poterat, non esse futuram, & cum fictio hæc in tempore fieri debeat, ab æterno verum esse non posset, penitentiam Petri cras esse futuram, si sic vocetur; non secundum, quia nullum ens reale est ab æterno existens, præter ipsum Deum, quo fit nihil relinqui ex parte obiecti, in quo Deus futura hæc cognoscere possit.

Hoc argumentum, & commune est futuris absolutis, & à me dilutum in doctrina tradita. Respondeo igitur futuritioem conditionatã penitentia Petri includere existentiam penitentia crastina die, si sic vocaretur, vt sæpe explicui, & perperam quæri existentiam futuritioem conditionatã antecedentem, ab æterno existentem, cum distincta non sit ab ipsa existentia penitentia futura crastina die sub conditione vocacionis. Vt introspicias id, in quo hallucinati sunt, animaduerte, eos in mète sua formasse duas has propositiones, alteram de presenti, futuritio conditionata existit ab æterno, alteram de futuro, penitentia Petri erit cras, si vocetur, posuisseque obiectum prioris esse futuritioem formalem, præsentem, & coexistentem ex æternitate scientiæ Dei, & distinctum ab obiecto alterius propositionis, in quo sane videntur defecisse, vt perspicue ostendi (ni fallor) disp. 6. cap. 6. explicans absolutam futuritioem, nam ex his duabus propositionibus, illa prior de presenti falsa est, & inuoluit implicationem in terminis. Nulla etenim futuritio secundum omnia, quæ importat plenẽ, & simul existere potest: illa vero propositio hodie verũ est, penitentiam Petri cras fore, si vocetur & ab æterno verũ est. Distingui poterit claritatis gratia, cũ in materia versatur controuersia, verũ est ratione alicuius futuritioem præsentis obiectiuæ coexistentis cũ propositione, quæ existit mente diuinã, nego. Verũ est propter hanc propositionem diuinã, id affirmantem, quæ habet obiectũ, ipsam existentiam penitentia crastinam, si sic vocetur, cõcedo, & cũ petit, an futurum conditionatũ sit futurũ, vel reale, vel rationis. Respondeo esse ens reale, non verò æternum, sed in tempore existens conditionate, veritas vero eius propositionis, quæ affirmat, penitentiam Petri cras futuram, si sic vocetur, non solũ realis est, sed etiã æterna, quippe, quæ in mente diuina existit. Argumentũ vero ex hac veritate formali, in mète diuina ex æternitate existente, & male deducebat veritatem realem obiectiuã, ei coexistentem, & futuritioem antecedẽter, & simul secundum omnes partes existentem

Commune est futuris absolutis & ei fit satisfactio.

DISPUTATIO OCTAVA. DE

NON ENTE, ET MALO FORMALITER,

ut sunt obiecta Scientia Dei.

Distincta duobus capitibus.

In 1. Deus cognoscit entia rationis, non fingit.

In 2. Deus cognoscit omnia mala, explico modum, quo ea cognoscit.

ARTICVLVS NONVS.

VTRVM DEVS HABEAT SCIENTIAM NON ENTIVM.

Conclusio Sancti Thomae affirmatiua.

ARTICVLVS DECIMVS.

VTRVM DEVS COGNOS- CAT MALA.

Conclusio Sancti Thomae. Mala Deus per bona cognoscit.

Cap. I. Deus cognoscit entia rationis, non fingit.

I Duplez opinio de modo fingendi entia rationis. IRCA modum, quo nos fingimus entia rationis, duplex est opinio. Prima, & magis comunis docet, cum nos fingimus hæc entia, respondere conceptioni fingenti, in re concepta, & ex parte obiecti aliquid efficienter fictum, ab ipsa conceptione, extra omnem latitudinem entis realis. Hanc sententiam bene explicat, & tuetur P. Suarez 2. tom. Metaphysicæ, disp. 54. Sect. 2. & tom. 1. in 3. parte 2. tom. disp. 6. Sect. 6. Pater Vazquez 1. parte 2. tom. disp. 115. cap. 2. numero. 4. & 5. ubi distinguit hoc discrimen inter voluntatem ordinantem unam rem ad aliam, & intellectum

comparantem inter se res, quæ non referuntur, & aut intellectum vim habere, ente rationis à se producto, faciendi obiectum sibi præfens, non voluntatem. Secunda sententia negat intellectui hanc virtutem quasi effectricem entis rationis, & arbitratur, quidquid responderet ex parte obiecti, distinctumque est ab actu intellectus, esse in se ens reale, & licet per imaginationem, & representationem intellectus applicetur res aliæ reales subiectis, quibus repugnat eas habere, ut quando Deum imaginamur, ut relatam relationem prædicamentali ad creaturas & partes humanæ naturæ, & equinæ reali unione cónexas, mente.

Non habet intellectus entia rationis duas virtutes, alteram representandi obiectum alteram efficiendi in ipso ens fictum.

mêre cõstituumus, at quicquid ex parte obiecti respõdet nostræ representationi semper in se aliquid reale est. Itaque in hac sententia ens rationis est totum quodam inexistentibile, ut obijcitur menti, licet alias constet ex partibus realibus, vnde essentialiter constat, tum ex re representata, tum ex ipsa representatione extrinseca rebus in esse rei, essentialis vero, quatenus est ipsa coniunctio, seu applicatio entis realis alteri, cui repugnat coniungi, seu applicari. Hanc ego sententiam defendi in Logica, & in eam propendent Conimbricenses in Logica quæst. 6. in præfatione in Porphirum art. 1. licet non satis accurate rem explicauerint, & quidem sententia hæc, hoc habet commodi, quod fugit fictionem quamdam, cum sine fundamento tribuant assertores 1. sententiæ intellectui duas virtutes, aliam representandi formaliter obiectum, aliã efficiendi in ipso, & extra se ens fictum. Ad hæc, hoc modo formandi entia rationis, quæ communis sententia docet de eis sufficienter, & in proprio sensu explicatur, quare ergo tribuamus intellectui eam geminatam virtutem.

His positis, dico primo, scientia Dei non effingit entia rationis. Hanc cõclusionem docet P. Vaz. supra numero 1., ego eã probo duplici ratione. Prima, omnis, qui fingit entia rationis, concipit rem alio modo, ac est in se, sed Deus nequit cõcipere rem alio modo, ac est in se, ergo nequit fingere entia rationis, maior propositio cõstat ex doctrina secunda sententiæ, minor probatur, quia concipere rem alio modo, ac est in se, prouenit ex imperfectione in modo concipiendi, ut quando concipimus spirituale instar corporei, & absolutum per species relatiuorum, & non ens, ut ens. Ergo & cetera. Itaque cum Deus cognoscit hominem esse cæcum, non esse equum, & alia id genus concipit ea, ut sunt in se, scilicet, & naturam hominis cum priuatione visus, & cum negatione naturæ equinæ, non vero admodum entium positiuorum, sicut humana mens, non ergo fingit entia rationis.

Secunda ratio est, vel cum intellectus humanus confingit ens rationis, id efficit per iudicium falsum, quo affirmat habere unionem inter se extrema, quæ repugnant unioni: vel per solam simplicem apprehensionem extremorum ea vnita representantem, quæ apprehensio ex natura sua foret principium iudicij falsi, sed neutro modo Deus fingere potest entia rationis; ergo & cetera. probo minorem, quo ad primam partem, nam Deus habere non potest iudicium falsum, quo ad secundam probo, quia repugnat esse in Deo simplicem apprehensionem formalem, etenim cognitio hæc ex se imperfecta est, ut docui disp. 5. cap. 5.

ne dum habere possit illam simplicem apprehensionem imperfectam, & confusam, quæ ex natura sua inclinatur ad iudicium falsum, nam, ut præmissæ euidenter, & bene dispositæ, inferunt conclusionem veram, & confusam, & in dispositæ sæpe falsam, ita simplex apprehensio directa rei, ut est in se, est principium iudicij veri, obliqua vero, & confusa iudicij falsi.

Dico secundo, Deus cognoscit entia rationis, non vero cognitione fingente, hæc conclusio est expressa S. Th. in hoc art. 9. in quantum ait, Deum cognoscere omnia, quæ sunt in potentia opinandi, vel imaginandi, vel quocunque modo significandi, & ibi, Deus cogno- scit entia rationis. Probo ratione, quia ens rationis nihil aliud est, quam cognitio humana, cum obiecto respondente, repugnante existere, sed Deus cognoscit humanam cognitionem quamcunque. Item obiectum eo modo, quo est obiectum eius, ergo cognoscit ens rationis, maior constat ex doctrina nostra in secunda sententia, minor per se est manifesta, ergo & cetera.

Sed obijciet, ergo cognitio hæc, qua Deus cognoscit ens rationis, etiam fingit illud, contra primam conclusionem, probo consequentiam, quia per nos fingere ens rationis nihil aliud est, quam mente representare res reales inexistentibiles in se, sed Deus ea representat expresse mente sua, ergo fingit ens rationis. Aduerte obiectionem hanc locum habere, etiam in prima sententia, constitutæ ens rationis, in aliquo ficto per intellectum ex parte obiecti, quare enim resultat hoc fictum, dum mens creata illud representat, & non resultat dum mens diuina, maxime cum resultantia hæc, non sit ratio alicuius imperfectionis in mente.

Pater Vaz. ubi supra, ideo ait, voluntatem non efficere ens rationis fictum, quia id factum supponit per intellectum. Hoc si verum est, valeret ad tuendam nostram conclusionem, in qua negamus, Deum fingere ens rationis, quia mens diuina cum cognoscit illud, supponit, tanquam obiectum, fictionem humanam, saltem possibilem, & per eam constitutam essentiam entis rationis.

Verum veram non arbitror doctrinam P. Vaz. primo, quia in quacunque ex opinionibus præfatis, distinctum esset ens rationis, quod voluntas fingeret, quam quod intellectus, sicut actus ipsi voluntatis, & intellectus distincti sunt, qui vel in genere causa efficientis efficiunt ens rationis, vel in genere causa formalis constituunt, vnde vo-

3. Con.

Deus cogno- scit entia rationis.

Obiectio.

P. Vaz. q.

P. Vaz. q. affirmat voluntatem non fingere ens rationis, quia supponit fictum.

Impugnatur.



luntas non supponit factum ens rationis, ab ipsa efficiendum. Secundo quia negari non potest fore saltem numero distincta entia rationis facta ab intellectu, & a voluntate, at non repugnat entia rationis numero multiplicari, ut constat in entibus fictis a duobus intellectibus numero distinctis. Ergo potest voluntas fingere ens rationis, cum amat Chymaram, cum vult, Deum realiter referri ad creaturas, & alia huiusmodi, nihil impediente fictione praesupposita intellectus, propter quae ego censeo voluntatem nostram etiam fingere sua entia rationis.

Ad obiectionem, nego sequellam, ad probationem nego maiorem, quia ens rationis,

ultra cognitionem rerum inexistibilem, qua tribuimus Deo, addit imperfectionem in cognitione, quae nequit tribui Deo, scilicet vel iudicium falsum, vel apprehensionem simplicem confusam, inclinante ad falsum iudicium, Deus vero, cum haec cognoscit, neutrum horum habet, sed distinctissime iudicat, partes obiecti in se unibiles non esse, & actu creatum per representationem eas extrinsece unire, hoc vero fingere non est, sed vere partes entis rationis diiudicare.

Potes, an Angelus entia rationis fingere possit? posse non dubium, quia illi non repugnant cognitiones imperfectae, quas diximus, de hoc fusius suo loco.

Angelus fingere potest in ratione.

Cap. 2. Deus cognoscit omnia mala, & explico modum, quo ea cognoscit.

5 Mala omnia in 3. differentiis



MALA omnia sunt in triplici differentia, alia naturae, alia poenae, alia culpae. Mala naturae cognosci a Deo docet sacra scriptura sap. 8. ibi scit veritas sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa, & monstra scit, antequam fiant. Mala poenae Amos 3. ibi si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit, & numerantur plura mala poenae; quod autem Deus facit, scit. Denique mala culpae Deum praescire testatur Davit Psal. 68. Deus tu scis insipientiam meam & delicta mea a te non sunt abscondita, & psal. 89. posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, & Genes. 6. Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum, & Proverb. 15. ibi in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Et ratio manifesta id conuincit, nam cum mala poenae taxentur a Deo, per prouidentiam secundum dignitatem malorum culpae, & infligantur per omnipotentiam, neutra Dei scientiam latere possunt. Si vero aliquando in sacra scriptura significari videtur, Deum nescire mala culpae, ut Abac. 1. mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris, intellige de scientia approbationis, quae ad nudam speculationem addit complacentiam Dei in malis, nam ut de Saule dicitur in sacra scriptura non reclus oculis aspexisse Davidem, quia ipsum prosequatur odio: ita Deum non respicere haec mala ait Abac. mundis oculis, hoc est approbante scientia, quia ea odio habet. At vero ea praescire ibi etiam testatur eodem versu, quare respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustitiam se.

Sap. 8. Atmos. 3. Psal. 68. Psal. 89. Gen. 6. Prob. 15. Abac. 1.

Solum in hac re aliquid difficultatis habere potest, explicare modum, quo Deus haec mala cognoscit: in quo nota, si vera est opinio, quae affirmat omnem rationem mali in positua ratione consistere, dicendum esse mala haec cognosci a Deo in se ipsis, idque triplici scientia, cum possibilis sunt, simplicis intelligentiae, cum futura sub conditione scientia media, cum existentia scientia visionis

Potes aliquis, an ipsa cognoscat ea in sua omnipotentia de malis naturae, & poenae locum non habet dubitatio, idem enim dicendum, quod de reliquis possibilibus docui disp. 5. cap. 3. de malo a culpa dubitatio proposita sic definienda, si vero esset opinio Deum solum concurrere, & concurrere posse directe ad rationem communem, & per concursum suum praescindere eam a ratione particulari, in qua sita est malitia, eo quod omnipotentia Dei eam non contineat, ut potentiae nostrae sine gratia non continent actuum supernaturalitatem, dicendum foret Deum non cognoscere mala culpae formaliter in sua omnipotentia, quia ea licet sit causa totalis in ratione causa primae, at simpliciter, & absolute comparatione horum malorum causa partialis est. Ad effectum vero cognoscendum in causa necessaria est cognitio causae totalis, nam ubi non continetur totus effectus, totus cognosci nequit, sicut supernaturalitas nequit cognosci per comprehensionem causarum naturalium: at vero in sua omnipotentia, simul cum voluntate creata Deus cognoscere potest mala haec ut possibilis.

Obiectis, Deus ipsas potentias volendi cognoscit in sua omnipotentia sola, ergo, & omnes effectus omnipotentiae, saltem tamquam in obiecto remoto potest cognoscere.

Si ratio mali positua est in se ipsa. triplici scientia cognoscitur a Deo.

Qui pacto Deus cognoscit, aut non cognoscit mala culpe in sua omnipotentia.

Obiectio.

Respon-

Respondeo obiectionem hanc mihi probare suum intentum; nam si voluntas nostra cognoscitur a Deo comprehensue in sua omnipotentia, non possunt non cognosci omnes effectus possibles voluntatis nostrae, ac maxime positiui; & cum in doctrina, in qua procedimus positiui sint, etiam secundum malitiam necessario cognosci debent in omni potentia a scientia comprehendente voluntatem. At intentum probat obiectio contra sententiam falsam, quae affirmat duo aliena a veritate. Primum, concursum Dei ex directo modo influendi praescindere rationem communem in actu a ratione particulari, in qua est malitia, hoc impugnavi disp. 6. cap. 3. & disp. 7. cap. 7. Alterum esse quandam rationem posituam differentialem, quae natura quaedam est, & perfectio Physica pertinet ad integritatem Physicam essentiae actus mali, & non esse contentam in omnipotentia Dei, quod per se absurdum est; & solum excogitatum, ut fugiatur difficultas de Deo causa peccati, quae tamen aliis modis vitari potest, ut opportunis locis dicendum. Age, quo pacto quae Deus potest continere voluntates nostras secundum ultimas earum differentias, per quas influunt in posituas entitates particulares actuum, in quibus malitiae consistunt, quin etiam contineat eas. Etenim ut ex contentia causa in ordine ad scientiam, bene infertur cognitio effectuum in causa: ita in ordine ad omnipotentiam ex contentia causa, in ea bene infertur contentia effectuum. Ergo sententia illa falsa hinc inde reuincitur falsitatis, tum argumentis nostris, quae efficaciter probant in omnipotentia Dei malum culpae cognosci non posse, si est solum causa partialis, tum his argumentis cognosci debere. Quapropter dicendum censeo, & omnipotentiam Dei continere malitias ipsas, si posituam sunt; & directe in eas influere; & scientiam Dei in ea omne malum culpae ut sic cognoscere; nec denique inde fieri, Deum esse causam, & authorem peccati.

Omnipotentia Dei continet malitias peccatorum directe, si positua sunt; & in ipsa a scientia cognoscitur.

7 s. Th. Si malitia in priuatione consistit, quae ratione cognoscatur a Deo. s. Dion.

In opinione vero, quae affirmat, mala haec in priuatione consistere; circa modum, quo cognoscit haec mala, duplex est dubitatio. Prima generalis, quo pacto Deus non entia, ut priuationes, & negationes, & quo medio cognoscat. Secunda an per suam bonitatem Deus mala culpae cognoscat? utramque attingit D. Thom. in hoc articulo 10. & circa primam. ait Deum cognoscere mala per hoc ipsum, quod cognoscit bona sibi opposita, quia vnumquodque est cognoscibile, sicut est; cum ergo esse mali sit priuatio boni, per boni cognitionem mala cognoscit, id confirmat ex D. Dionysio cap. 7. de diuinis nominibus

post medium, ubi in haec verba, quemadmodum etiam lux per causam in se tenebrarum notitiam anticipatam, & informatam habet, quod non aliunde, quam ex luce tenebras no- nit, ecce Dionysius tenebras docet cognosci per lucem, ergo pariter omnis negatio, & priuatio per formam negatam, & priuata cognoscenda est.

Doctrina haec digna est, quam quicumque Doctor Theologus veneretur, at suo muneri non satis faciet, qui eam amplius non explicauerit, atque illustrauerit. Noto primo, cum dicunt hi Patres malum, quod in carentia boni consistit, cognosci per bonum priuatum, non esse ita intelligendum, ut cogitemus, ipsam representationem bonitatis opposita esse representationem malitiam ut representatio actus charitatis, exempli gratia, non est representatio aliorum vitiorum, aut virtutum ita nec vitij odium Dei, idem dico de representatione visus comparatione caecitatis, & lucis comparatione tenebrarum.

Nota secundo, quencunq; intellectum ad haec obiecia ferri posse & per assensum, & per dissensum, ut cum dicimus, homo est non equus, aut homo non est equus, vel ad naturam hominis consequitur negatio equi; Quo fit per ipsam negationem in se cognosci, atque representari, nec enim posset esse extremum formale propositionis, nisi obiectum per terminos significatum in mente conciperemus: at qui cum intellectus format assensum aut dissensum circa haec non entia, propositio versatur circa illa, tamquam circa obiecta per se extremorum propositionis. ergo haec non entia cognoscuntur, & representantur, ut in se sunt ab intellectu, maxime diuino. Nec obstat ea in se nullius esse entitatis, nam nihil repugnat representationem intellectualem in se posituam, & intentionalem terminari ad non ens Physicum, quemadmodum voluntas actibus positivis fugae terminatur ad haec mala; inter potentias enim materiales, & spirituales hoc est notandum discernendum, quod ille in se non percipiunt negationes suorum obiectorum actibus positivis, bene spirituales, nam potentia videndi, exempli gratia, non percipit tenebras positivae, nec potentia audiendi negationem sonus, sed beneficio intellectus percipiuntur tenebrae, cum homo ingreditur locum tenebricosum, oculis apertis experitur se nihil videre, potentia videndi non percipit tenebras, imo nec speciem, neque actum habet, sed intellectus iudicat aerem illum carere lumine.

Nota tertio, discrimen inter representationem boni, & mali: quod bonitas sola representari potest absque vlla non entis representatione

Nota 1. Quo pacto Deus cognoscat malum per bonum.

Nota 2. Negatio entis in se actu posituo concipi potest

Nota 3.

sentatione, non ens vero, vt negatio, & priuatio representari non possunt sine attingentia saltem in obliquo formæ positivæ, ratio discriminis est; nam licet negationes plures consequantur ad formam positivam, verbi gratia, ad actum amoris Dei, illius tamen essentia non sumitur primario penes ordines ad negationes, sed penes ordinem ad obiectum primarium, nimirum bonitatem Dei; at tota essentia priuationis & negationis sumitur per ordinem ad formam negatam, & priuatam, hinc est eam essentiam representari minime posse, sine representatione earum formarum.

8 Ex hac doctrina, & rem ipsam, & mentem D. Thom. germanam explico. Nam cognoscere priuationes, & negationes per bona opposita, non est, representationes bonitatum, esse representationes priuationum, atque negationum, vt de se conspicuum est. Sed has cognosci, aut representari non posse sine representatione, aut cognitione bonitatum. Ad do, vt in essentia bene comprehensa cognoscuntur proprietates necessario cum ea connexæ, tanquam obiecta secundaria, ita in quocumque bono, seu obiecto positivo cognoscuntur omnes negationes, aut priuationes necessario consecutæ ad illud, tanquam obiecta secundaria, etenim vt notavi supra has negationes esse non entia, nihil impedit, quominus attingantur, & represententur in se cognitione intellectuali, vt ergo positivæ proprietates per comprehensionem essentia secundario cognoscuntur, ita negatiuæ, in quo etiam sensu verum est, malum priuatiuum cognosci per bonum.

Explicatio Dionysij. Ad locum Dionysij P. Vazq. 1. parte disputatione 62. cap. 2. tres cumulat interpretaciones, quas prætermitto breuitatis causa. Mens Dionysij consentanea est nostre doctrine hoc in loco, quam etiam eodem modo intellexi disp. 5. cap. 3. §. 1. Nam cum ait in verbis relatis, lucem in se tenebrarum anticipatam, notitiam habere, non existimauit lumē hoc corporeum, vigere cognoscendi virtute, existimasset enim absurdum, à tanto viro alienissimum: sed per hanc conditionalem declaranda est, si lux esset intellectualis, se ipsam intelligendo, intelligeret tenebras, vel tanquam in obiecto primario, vel tanquam essentiali connotatum à tenebris, vt modo declarabam, ita Deus, qui lux est, se ipsum cognoscens, nouit omnia.

P. Becan. At obicit P. Becanus 1. tomo sum. n. cap. 10. quæst. 14. comparisonem hanc lucis ad tenebras, & diuinæ bonitatis ad mala creata,

similitudinem non habere, nam lux opponitur tenebris, vt priuatio habitui, non sic opponitur bonitas diuina malis culpæ, sed tanquam actus, & obiectum, à quo se auertit, & cuius priuationem, non vt formæ, sed vt obiecti inducit.

Cæterum hoc pertinet ad secundam dubitationem, quam proposui n. 7. An Deus per suam bonitatem mala culpæ cognoscat, in cuius definitione mentem Dionysij explico amplius, in qua re ex antiquis Durandus in primo distinct. 36. quæst. 1. numero 12. affirmat, Deum per suam bonitatem mala culpæ cognoscere, pro qua sententia testimonium hoc Dionysij ad rem videtur.

Pater Vazquez supra disput. 61. cap. 2. & P. Vaz. P. Suar. 1. parte lib. 3. de attributis Dei positiuis numero 11. negant, Deum proxime cognoscere hæc mala per suam bonitatem, increatæ quod sequitur Pater Becanus 1. tomo sum. n. cap. 10. quæst. 14. ego breuiter censo primo; non eo modo cognosci in bonitate diuina mala culpæ, quo cognoscuntur per bonitates sibi oppositas, nam bonitas diuina non comparatur ad cas, tamquam forma, quam expellunt in genere causæ formalis, sed tanquam finis aut obiectum, à quo auertunt, vt satis manifestum est. At sentio secundo in bonitate diuina cognosci mala culpæ, eadem ratione, qua dixi cognosci in omni potentia, nam vt hæc, quia continet actus malos, secundum phisicas perfectiones, est obiectum, in quo illi cognoscuntur, ita bonitas diuina, quatenus eminenter continet bonitates virtutum, per quas mala culpæ proxime cognoscuntur, vt explicui, est etiam medium saltem remotum, & radicale cognoscendi mala culpæ, vt bene notauit P. Suar. supra & hæc est Dionysij mens cum dixit lucem, hoc est, Deum ipsum per causam in se, hoc est, in sua bonitate tenebrarum, hoc est, malorum culpæ notitiam, anticipatam habere, hoc est, in medio remoto, & in causa, & hanc vocat notitiam anticipatam. Dico per lucem significare Dionysium ipsum Deum, quia ipse bene nouerat lucem hanc corpoream non gaudere virtute intelligendi, vt notabam, vnde vel dictum illud, per conditionalem, supra à me notatam, intelligendum est, vel per lucem Deum ipsum significare voluit. Nec denique exemplum abs re est, vt obicit Becanus, eo quod, vt in luce comprehensa, cognosci possunt tenebræ, tanquam obiectum secundariū, vt explicui supra numero 7. ita in bonitate Dei, & omnipotentia cognoscuntur mala culpæ, vt obiecta secundaria.

DISPUTATIO NONA.
DE
DIVISIONE SCIENTIAE DEI.

Distincta capitibus tribus


- Caput 1. Explicantur variæ diuisiones scientiæ Dei.
- 2. Quid respondeat ex parte obiecti, triplici scientiæ Dei.
- 3. Diuisio scientiæ Dei, in practicam, & speculatiuam.

ARTICVLVS DECIMVS SEXTVS.

VTRVM DEVS DE REBUS HABEAT SCIENTIAM SPECVLATIVAM.

Conclusio S. Thom. scientia Dei de rebus & speculatiua est, & practica. Hæc conclusio accuratè explicatur. cap. nostro 3.

Caput primum. Explicantur variæ diuisiones scientiæ Dei.



VCVSQVE scientiæ Dei existentiam, & naturam perscrutati sumus pro modulo nostro, existentiam in prima disputatione, naturam secundum sibi intrinsicam in secunda, atque tertia eandem, vt ex obiectis capi potest notitia naturæ scientiæ in quarta vsque ad octauam excurrentes omnia ipsius obiecta, in hac disputatione aggredimur diuisionem scientiæ Dei. Nam licet ipsa in se vna sit, atque simplicissima, ratione nostra quasi partes habet, in quas diuidi potest; modo per ordinem ad diuersa obiecta, modo per ordinem ad libertatem, & necessitatem, vt in progressu dicendum.

S. Th. art. 9. Et primo occurrit explicanda diuisio illa scientiæ, in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, quam tradit S. Thom. in hac quæst. 14. art. 9. in hæc verba, quædam licet non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt, & omnia ista dicitur, Deus scire scientia visionis, & Paulo inferius, quædam vero sunt, quæ sunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec sunt, neque erunt, nec fuerunt, & respectu horum, non dicitur habere scientiæ visionis, sed simplicis intelligentiæ. Ecce sci-

tiam visionis explicat, per ordinem ad existentiam in æternitate, scientiam simplicis intelligentiæ, per ordinem ad possibilia; ex quo colligendum, hanc scientiam solum habere pro obiecto creaturas, nam nihil increatum possibile est. Illam vero, & creaturas, & increata omnia, quæ formaliter sunt in Deo, etenim his omnibus competit existere in æternitate.

Hinc ortum habet dubitatio quædam, an creaturæ existentibus in æternitate, cognoscatur scientia simplicis intelligentiæ, ultra visionem? In qua re obserua, non posse è conuerso similem dubitationem moueri de scientia visionis, nam si stamus expressis verbis S. Thom. respectu eorum, quæ sunt in potentia Dei aut creaturæ, quæ tamen nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, non dicitur habere scientiam visionis, itaque sine imperfectione in scientia visionis, ea non se extendit ad creata possibilia, ex quo fieri videtur argumentum ad probandum, nec scientiam simplicis intelligentiæ se extendere ad creata existentia, probo hanc illationem, nam si propter aliquam rationem ei scientiæ assignandum esset vniuersale obiectum, maxime ne taxatione limitati obiecti imperfectionem aliquam in eam

2
1. Dubitatio an creaturæ existentes etiam cognoscantur scientia simplicis intelligentiæ præter scientiam visionis.

S. Thom.
Pars quæ negat proponitur.

in eam induceremus, sed similis limitatio in ordine ad creaturas non inducit imperfectionem in scientia visionis: ergo nec eam inducet in scientiam simplicis intelligentia, propter quam rationem opinantur aliqui Thomistae per simplicem intelligentiam non cognosci creaturas existentes, ita significat Caiet in hoc art. 9. & Aegidius in 1. dist. 38. art. 2. quast. 1. & Harueus eadem dist. & quast.

scientia Dei per ordinem ad haec obiecta, quae habebunt existentiam in aeternitate, diuidenda non est in scientiam visionis, & simplicis intelligentia.

Ratione huius obiectionis, ardens controuersa suborta est inter Magistros nostros, quae altiore perit indaginem, quam remitto in cap. 2.

Ad argumentum vero pro parte Thomistarum, nego non inductum iri imperfectionem in scientiam simplicis intelligentia, si obiecta haec non cognosceret, non propter obiectionum limitationem, id enim sufficiens instantiam habebat in scientia visionis comparatione creaturam, sed propter rationem a nobis productam, nimirum, quia cum obiecta haec prius ratione, quam habeant exercitium existentia, pro quo statu sunt obiecta propria scientia visionis, habet cognoscibilitatem possibilium, pro quo statu sunt obiecta propria simplicis intelligentia, si de facto ab ea non cognoscerentur, id quidem non posset non prouenire ex defectu perfectionis in scientia.

Erga eandem diuisionem est alia dubitatio, an sit adaequata, & sufficiens? Ioan. Vincenius relectione de gratia Christi quast. 6. dubit. 1. triplicem, ait, reperiri in diuino intellectu cognitionem. Prima est simplicis intelligentia, secunda approbationis, tertia visionis, per primam nouit Deus res, ut possibiles, per secundam ut faciendas ab ipso, per tertiam coexistentes aeternitati.

Recentiores Thomistae tribuunt Molinae, & nostris, negasse propter scientiam mediam, hanc esse adaequatam, & sufficientem diuisionem. Verum P. Molina in hoc art. 9. agens de hac diuisione, expressit ait, omnia obiecta his duobus membris esse comprehensa & art. 13. disp. 17. non ponit mediam inter scientiam visionis, & simplicis intelligentia, sed inter mere naturalem, & liberam, ita etiam P. Suar. in opusculis lib. 2. de scientia conditionali contingentium cap. 3. numero 6. fatetur expresse hanc diuisionem adaequatam esse, & P. Vaz. hic disp. 67. cap. 4. ad finem scientiam conditionalem reuocat ad scientiam simplicis intelligentia, & Bellarm. lib. 2. de amissione gratia cap. 17. in responsione ad primum argumentum Caluini. Valentia hic puncto 5. §. secunda quast. & Lessus lib. de auxilijs cap. 19. hos retuli Doctores, ut videant hi Thomistae vnde hauserint, nostros ponere mediam scientiam inter haec membra, verum est P. Suar. dixisse, non nihil habere de scientia visionis scientiam conditionalem, ut ego retuli disp. 7. capit. 10. cui etiam ego acquiesci, licet diuersa ratione, quae hinc magis ex-

Responsio ad argua
Imperfe-
tio foret
in scientia
Dei, si qua
exiuiant
no cognos-
ceret scien-
tia simpli-
cis intel-
ligentia

4
Ioa. Vinc.
An diu-
sio scientia
Dei in
scientiam
visionis
& simpli-
cis intelli-
gentia sit
adaequata

P. Molina.
P. Suar.
P. Vaz.
Bell.
P. Val.
P. Less.

Scientiam
conditio-
nalem no
esse media
inter sim-
plicis in-
telligentia
& visionis
scientiam.

gis explicanda.

Hanc vero, esse adaequatam diuisionem, nec scientiam conditionalem esse mediam inter haec membra, probat primo authoritas S. Th. in hoc art. 9. vbi diuidens scientiam Dei in haec duo solum membra partitur, & nullam alterius membri facit mentionem, cui modo loquendi consentiunt iam omnes Theologi communiter.

Secundo, probat ratio, quam ibidem insinuat; nam cum duo membra diuisionis distinguuntur per rationes contradictorias, nullum medium inter ipsa assignari potest, sed haec duo membra distinguuntur per rationes contradictorias, ergo inter ipsa non potest esse aliud tertium membrum medium: probo minore, nam diuisio haec non est in scientia Dei secundum se, quae nullas habet partes, sed per ordinem ad obiecta, atqui obiecta opponuntur contradictorie, ergo membra diuidentia opponuntur contradictorie; quod vero inter obiecta sit oppositio contradictoria, sic declaro, quia obiectum simplicis intelligentia est illud, quod in suo conceptu obiectiuo non includit existentiam actu exercitam, contra vero obiectum scientia visionis est illud, quod in suo conceptu obiectiuo includit existentiam, actu exercitam, sed de quacumque rei intelligibili verificari debet alterum membrum ex ijs: unde etiam de ipsis obiectis conditionatis, aut verum esse debet in suo conceptu obiectiuo non includere existentiam actu exercitam, aut includere, ergo inter obiecta haec est contradictoria oppositio, & quia re vera res conditionate futura non includunt existentiam actu exercitam, quippe quae nunquam erunt praesentes aeternitati, neque extrahenda sunt a possibilitate; ideo a praefatis doctoribus reuocatur scientia conditionalium ad simplicem intelligentiam.

6
Ioa. Vincen-
tius.
Contro-
uersia haec
est de mo-
do loquen-
di.
An horis
resolutio.
Scientia
approba-
tionis non
constituit 3
membru
diuisionis
in scientia
Dei.

Quia controuersia haec multum habet de modo loquendi, breui me ab ea expediam, & primo non probo rationem, quare Magister Ioa. Vincenius censuit, tertium membrum inter haec addendum esse, etenim Deum per suam voluntatem complacentiae approbare obiectum existens, aut odio habere, ut peccata, ad quae solum concurrunt, ut causa 1. per voluntatem cooperantem, non vero complacet in illis, hoc (inquam) non variat obiectum, in ratione intelligibilis, quia siue approbetur, siue non approbetur eodem modo habent existentiam exercitam, ergo propter approbationis scientiam, quae solum addit ex parte voluntatis speciale actum, tertium membrum in ratione scientiae addendum non est.

Quo ad scientiam conditionalium recognoscenda, quae dixi disp. 7. cap. 10. sub finem, ego sic iudico; probare sane, quae retuli eam magis

pertinere ad scientiam simplicis intelligentia, non vero negandum obiecta eius scientiae aliqua ratione esse extracta ab obiectis puris simplicis intelligentia, ut praecise obiecta eius scientiae sunt. Hac secunda partem sic declaro, ex nostra doctrina disp. 7. cap. 1. num. 3. mens nostra duo signa rationis, cum fundamento in re considerare potest, alterum proprium possibilium, alterum proprium horum conditionatorum, instans possibilium prius est ratione instanti proprio contingentium conditionatorum, quia quod a pluribus depedit posterius est, quam quod a paucioribus, ideoque in qua cumque re ablata per impossibile, eius possibilitate necessario aufertur futuritio conditionata, non vero est conuerso, ex ablatione futuritionis conditionatae fit eam non esse possibile. Pono exemplum in eo actu, quo Petrus negauit Christum Dominum ad hoc, ut actus ille esset possibilis, solum necessaria erat existentia liberi arbitrii eius, quocumque loco, & tempore existeret, & quauis representatio ex parte intellectus bonitatis, & malitiae obiecti eius actus, & concursus generalis praeparatus ex parte Dei: ad futuritionem vero conditionatam eius peccati, ultra haec enarrata, necessarium erat voluntatem Petri existere in certo loco, & tempore, & intellectum eius representare incommoda, & pericula imminencia certo quodam modo, si Christum confiteretur, item negare ipsi Deum auxilium efficax, quo infallibiliter non negaret, ergo futura conditionata aliqua ratione extracta sunt ab obiectis simplicis solum intelligentia, nempe praecise possibilibus, ergo licet non habeant exercitium existentia, ut obiecta visionis habent tamen aliquod exercitium conditionatum, a quo praescindunt, in instanti rationis declarato obiecta mere possibilis.

Itaque licet obiecta possibilis, & conditionate futura, conueniant in negatione exercitij existentia pro tota aeternitate, & secundum hanc rationem pertineant ad simplicem intelligentiam, at membrum hoc in duo alia subdividendum est: nempe in praecise possibilis, & in possibilis conditionate futura, quae ut inter se distincta sunt, ita ratione nostra in Deo distinctas scientias distinguere possumus, haec vero membra inter se distincta esse ostendi iam, & sic amplius declaro, pone per impossibile, cor alicuius hominis adeo in duratum esse, & oculos obcaecatos, ut nullum noscat Deus auxiliu efficax, quo ille conuertendus fit in hac hora, quae illi superest vitae, illius contritio possibilis est, quis hoc dubitet? non vero futura sub conditione, ergo obiectum praecise possibile distinctum est ab obiecto conditionate futuro.

Hinc facile respondeo ad argumenta op- sita

8
R. ad arg.
ad r.

Caiet.
Aegid.
Haroc.

Concl.
S. Thom.

3
Scientia
simplicis
intelligen-
tia cognos-
ci existen-
tia.

Dur.

S. Thom.

Obiectio.

Nihilominus opposita sententia est a nobis amplectenda, quae est expressa S. Thom. pluribus in locis in 3. dist. 14. quast. 1. art. 2. quastioncula 2. in corpore ad Anibaldum: vbi duplex, ait, distinguitur cognitio, una quidem dicitur visionis, per quam Deus videt illa, quae sunt, fuerunt, aut erunt; alia dicitur simplicis intelligentia, per quam non solum illa scit, sed etiam omnia, quae potest facere, ecce, ait, existentia contenta esse inter obiectum simplicis intelligentia, quapropter in hoc art. 9. in verbis relatis, cum dixisset omnia, quae sunt, erunt, & fuerunt cognosci scientia visionis, non negauit eadem cognosci per simplicem intelligentiam, e conuerso vero expresse negauit per scientiam visionis cognosci ea, quae sunt in potentia creaturae, & Dei. Hanc etiam sententiam tenet Durand. expresse in 1. dist. 36. quast. 1. numero 7.

Probo hac vnica ratione. Creaturae omnes, qua de facto existunt intra aeternitatem prius ratione, quam per decretum Dei determinentur ad existendum, sunt possibilis, ut de se est manifestum, & saepe a nobis ostensum, & in priori illo rationis praescindunt a negatione existentia, & ab eius exercitio, ergo sciuntur per simplicem intelligentiam; probo hac consequentiam, nam ut pro illo priori habent esse possibile determinatum; ita cognoscibilitatem, ergo ab infinita scientia Dei cognoscuntur necessario: at non ab alia nisi a scientia simplicis intelligentia, qua cognoscit Deus omnia, quae potest facere, ut expresse docet D. Thom. 3. par quast. 10. art. 2. ad 2. constat autem Deum ea posse facere: ergo cognoscit pro illo priori, per simplicem intelligentiam, nihil impediente, quod pro alio rationis posteriori signo cognoscat scientia visionis.

Sed contra. Si quid cognoscit scientia simplicis intelligentia pro illo priori, maxime ea, quae pertinent ad quidditatem, & naturam rerum, & necessario eis competit, sed etiam ea cognoscuntur per scientiam visionis, quia visio Dei est quidditativa, & comprehensua comparatione earundem rerum, ergo nihil est in obiectis quod pertineat ad scientiam simplicis intelligentia, quod etiam non pertineat ad scientiam visionis, ergo



sita, & primū ex autoritate negatiua D. Th. leue est. Primo, quia autoritas negatiua. Secundo, quia Scopus erat declarare scientiā Dei non entium, non vero accurate diuidere, & subdiuidere scientiam Dei, ad institutū vero s. Thom. diuisio ibi tradita sufficiens erat, maxime cum subdiuisio hæc, in ea continetur vt dixi.

Ad rationem in oppositum, neganda est prima minor, ad probationem, minor etiam neganda est, item negandum est obiecta contradictorie opponi, cum vero dicitur cuiusque obiecto competere exercitium existentia, aut negationem exercitij, distinguenda est secunda pars de negatione exercitij: competit cuiusque obiecto, nunquam exituro sola negatio exercitij, nego, competit ultra illam futurigō conditionata, iam explicata, concedo. Hæc autem duo non sunt idem nec conuertuntur, licet enim omne conditionatē futurum necessario sit possibile, non è cōtra, omne possibile ex præcisa ratione possibilis est conditionate futurum. Concludo ergo nō incongrue scientiam conditionalium mediā aliqua ratione inter scientiam simplicis intelligentia, & visionis appellari posse.

9 Venio ad aliam diuisionem scientia Dei, qua diuiditur in naturalem, & liberam, seu in necessariam, & non necessariam, hæc diuisio & in se utilis est, & eius declaratio nouam affert lucem hucusque dictis. Scientia naturalis, & necessaria est illa, quæ versatur circa obiectum necessarium, quod aliter se habere non potest, scientia libera, aut non necessaria est illa, quæ versatur circa obiectum contingens, & quod simpliciter loquendo aliter se habere potest. Hinc nota per scientiam naturalem, Deum cognoscere primo omnia, qua in ipso formaliter sunt quoad entitatē, & perfectionem: hoc dixerim propter diuinos actus liberos, qui vt liberi sunt, formaliter in Deo sunt, non tamen scientia naturali cognoscitur, secundo omnes creaturas posibles; hæc enim aliter posibles non sunt, siue Deus velit eas producere, siue non, per scientiā vero liberā cognoscit Deus omnes creaturas existentes.

Hinc suboritur prima dubitatio, an ne diuisio hæc differat à priori. Ad quam respondeo differre, nam licet omnis scientia simplicis intelligentia, qua est possibilium, præcise sit naturalis, non tamen omnis naturalis est simplicis intelligentia, nam scientia Dei de proprijs formalitatibus (secluse semper actus liberos voluntatis Dei) naturalis est, & visionis; Deinde, quia vt scientia conditionalium reuocatur ad scientiam simplicis intelligentia, ac maxime in his conditionalibus, de quibus sunt decreta existentia in Deo, vt in

casu libr. 4. Regum cap. 13. in quo videtur, Deum decreuisse funditus Syriam delere, si Rex Ioas quinquies percussisset terram ad Orientem, secundum reuelationem factam Eliseo, libera est, quatenus subsequitur decretum liberum, & est de obiecto, quod aliter se habere simpliciter potest, & non visionis, igitur differt diuisio hæc à priori, nec cum eā confundenda.

Secunda dubitatio similis alteri, in alia diuisione, an hæc sit adæquata nec ne? Respondeo adæquatam non esse, & scientiam conditionalium mediā inter has cum P. Molina, & nostris iam relatis constituendam.

Verum recentior quidam Theologus ex nostris bonæ notæ opponit se huic resolutioni, inductus hac ratione; quia extrema huius diuisionis habent oppositionem contradictoriam, nam omne obiectum intelligibile, aut est in ratione veri necessarium, aut non necessarium, ergo omnis scientia, aut est necessaria ex parte obiecti, aut nō necessaria, ac proinde, aut est naturalis, aut libera, etenim omne obiectū, aut est ita necessariū absolute, vt nō possit aliter se habere, aut non est ita necessarium sed contingens vt possit aliter se habere; ergo nulla est sciētia media inter naturalē, & liberā.

Argumentum hoc proposui supra in alia diuisione, in hac repeto propter specialem difficultatem, quam habet. Pro defendendā nostra solutione, nota difficultatem non versari circa conditionata necessaria: verbi gratia, si crastina die existit Sol, lux erit, nam hæc propter necessariam connexionem conditionis antecedentis cum effectu, dubium esse non potest quin pertineant ad scientiam naturalem, & licet hæc etiam conditionalia sint extracta à possibilitate, vt docui supra numero 5. nihilominus, quia omnis res necessaria, siue habitata sit existentiam, siue non est obiectum scientia naturalis, non possunt non hæc conditionalia necessaria ad scientiam naturalem spectare. Dubitatio igitur locum habet in conditionalibus contingētibus: verbi gratia, in penitentia Tyrionum, & Sydoniorum, si apud illos miracula patrata, & virtutes effecte, & de his scientia conditionalis Dei, partim habet de libera, quatenus obiectum eius potest aliter se habere, etiam posita conditione, & partim habet de necessaria, quatenus hæc independens est ab omni decreto, existente in Deo, nam circa hæc conditionata, nullum esse decretum existens in Deo, monstrauit disput. 7. cap. 7. Rursus partim habet de libera, quatenus respicit penitentiam futuram, ex decreto libero Dei cooperante, futuro saltim improprie, partim habet de naturali, vt terni-

Lib. 4.
Reg. c. 13.

OI
Non est
adæquata
diuisio,
propter
scientiam
mediam.

Obiectio
moderata.

Solutio.

Notandū.

vt terminatur ad creaturas, in quantum respicit rem simpliciter possibilem, & quæ nunquam existeret in tota æternitate, qua propter vt dixi in superiori diuisione scientiam hanc esse mediā inter simplicis intelligentia, & visionis scientiam, & magis habere de simplici intelligentia, & commodius ad eam reuocari: ita modo dico mediā esse inter naturalem & liberam, & magis habere de libera, quam de naturali, & commodius ad illam, quam ad hanc reuocari.

R. ad arg. Ad argumentum respondeo, illud membrum non necessarium subdiuidendum esse

in alia duo membra, nam aut est non necessarium absolute, quod pendet à decreto libero, existente in Deo, aut est non necessarium conditionatum, quod nullum præsupponit decretū liberum existens in Deo. De primo non necessario est scientia pure libera, de secundo mixta, primum non necessarium purum non opponitur contradictorie cum necessario, quia est medium inter illa, scilicet secundum non necessarium, pro quo est scientia libera conditionalis, quam iure optimo mediā appellamus, recognosce dicta disp. 7. cap. 10. & supra numero 9.

Caput. 2. Quid respondeat ex parte obiecti triplici scientia Dei.

MATERIA huius capitis in nostris gymnasijs nata, indagine, & discussione nostrorum Magistrorum adoleuit, & quidem digna est, cui inter sapientes locus detur non contemnendus. Questionis sensus est, an aliquid ex parte obiecti cognoscatur à secunda scientia, quod non fuerat à prima cognitum, & an aliquid à tertia, quod non à secunda. Modo ratio dubitandi vtrinque proponenda, pro parte affirmante facit hæc ratio, nam scientia simplicis intelligentia solum cognoscit quidditatem obiecti, proprietates, & accidentia, secundum ipsorum naturas, an vero obiectum illud habiturum sit existentiam, vel conditionate, vel absolute nō cognoscit, nisi accidant secunda, & tertia sciētia. Deinde secundo, res omnes posibles secundum illum statum cognoscit Deus in sua omnipotentia, vt vidimus disp. 5. cap. 3. quia in ea continentur, & cum ipsa necessariam habent connexionem; at in omnipotentia nequaquam Deus cognoscere potest, an res illa possibile futura sit, aut absolute, aut conditionate, quantumuis eam super comprehendat, ergo aliquid speciale cognoscit Deus per secundam & tertiam scientiam, & aliqua noua veritas respondet ex parte obiectorum. Ad hæc reducuntur, quæ pro hac parte produci solent.

Pro alia, quæ negat aliquid nouum respondere ex parte obiecti, sic propono rationem dubitandi, summo Petrum iam productum in sua differētia temporis, & nihil in ipso signari potest siue intrinsecum, siue extrinsecum, quod scientia visionis intueatur, quod prius cognitum non fuerat per simplicem intelligentiam; ergo nihil nouum ex parte obiecti respondet scientia visionis, quod non responderit simplici intelligentia, probo antecedens, in Petro in exemplum assumpto est

essentia hominis, & existentia; est indiuiduatio; est essentia & est existentia proprietatum, & accidentium; hæc omnia cognita fuerant per simplicem intelligentiam, tum quia erāt possibile, & omne possibile cognoscitur per hanc scientiam, tum quia producta fuerat à Deo dirigente actionem producentem, hac scientia, ergo præcognoscente & dirigente, summe itē actionem, qua productus est, summe itē decretū liberū Dei, quod scientiam de se indifferentem determinauit, ad dirigendam hanc productionem, actio hæc vt possibilis præcognita erat, decretum item, quo ad liberam terminationem, vt rationem possibilis subire potest, præcognitum erat. Deus enim priusquam decerneret producere Petrum, optime nouerat, se posse decernere, si vellet, vt scientia illa simplicis intelligentia Petri regulareret actionem eius productiuā, ergo nihil est Petro intrinsecum, aut extrinsecum ex parte eius, quod respondeat scientia visionis, & non responderit scientie simplicis intelligentia.

Si respondeas, nihil horum fuisse cognitum per simplicem intelligentiam, secundum actuale exercitium existendi: omnia vero hæc fuisse cognita secundum naturas, & quidditates.

Obiectio in promptu est, nam hoc actuale exercitium existendi nihil addit reale ad ipsam rei actualem existentiam; ergo, si concedis, totam rei actualem existentiam secundum esse possibile præcognitam fuisse per simplicem intelligentiam, ipsum actuale exercitium possibile cognitum fuit. Ad hæc, licet actuale exercitium, seu existentia adderet aliquid reale ad essentiam, non vitas efficaciam argumenti: nam hoc distinctum præcognitū fuit vt possibile, sicut reliqua accidentia, realiter distincta à natura præcognita fuere. Ergo ex hac opinione non fit satis argumento.

Q. 2 Si respon-

2 Respon. Si respondeas secundo; à prima scientia cognosci hæc omnia vt non entia in se, & solum vt entia in potentia, à secunda vero, & tertia scientia cognosci, vt entia in se, vel conditionate, vel absolute extra actualem entitatem potentie.

13 Cōfutatō. Obiectio in promptu est: nam in his esse non entia, ad veram eorum entitatem, tum essentialem, tum existentialem, solum addit negationem actualis existentie, quæ actu est priuatiue, hoc est secundum priuatiuam existentiam eo modo, quo potest cum ipsa sunt in potentia, & est in potentia ipsum non esse, cum sunt in actu res, vnde scientia simplicis intelligentie cognoscit eam negationem veluti possibilem, cum possibile est, & scientia visionis, vt actu existens, dum actu est, eo modo quo negationes has cognoscit Deus, vt explicui disp. 8. cap. 2. ergo ad hanc ipsam negationem deuoluitur quæstio cum omni sua difficultate, quidnam amplius cognoscat Deus in ipsa negatione, cum eam cognoscit per scientiam visionis, vt existentem, ac cum eam cognoscit per simplicem intelligentiam, vt possibilem.

13 Pro ambobus definitio- ne qua- dam nota da.

Notand. 1. De hac distinctione virtuali intrinseca sæpe mentionem feci, & in speciali disp. 4. cap. 1. & in tractatu de Trinitate ex professo explicanda est, ea duo habet. Primum quod ratione illius possit persona producere communicare producta vnum, non communicato alio, virtute distinctio. Secundum quod de formalitatibus diuinis, sic virtute distinctis, simul vera sunt enuntiata contradictoria, at vbi non est hæc virtualis intrinseca distinctio, solum relinquitur distinctio rationis ratiocinatae, quæ sumitur à nostra mente penes ordinem ad extrinseca connotata. Inter hæc scientias non esse virtuales distinctionem, id manifestum reddit, quod omnes personæ eas habent, absque vlla oppositione inter se, vnde nequit communicari vna à persona producente non communicata alia quo fit inter has scientias solum restare distinctionem rationis non præscindens, penes ordinem ad diuersa connotata extrinseca, tota igitur difficultas sita est in declarandis his extrinsecis connotatis.

Nota. 2. Noto secundo, rem esse actu possibilem præcise, duo includere, primum actualem

existentiam potentie continentis. Secundum negationem determinationis, seu indifferentiam ad producendum, & non producendum, nam quia res, quæ actu est producta, producibilis est, & etiam non producta, nec producenda producibilis est; ideo producibile, seu possibile dicit præcise actum primū, hoc est, potentiam rem continentem cum indifferentia, seu indeterminatione ad alterum ex contradictorijs extremis, verbi gratia, considera voluntatem nostram in actu primo, vt natura præcedit omnem determinationem, siue positiuam, siue omisiuam, pro illo naturæ priori indifferentiæ, quodcumque extremum ex contradictorijs possibile est: itaque creaturas esse actu possibles, & dicit earundem naturæ, & actualem existentiam potentie continentis, & præcisionem ad existendum, & non existendum, nam licet ea, quæ contradictorie opponuntur, inter se medium non habeant, quippe, quæ opponuntur immediate: at in alio tertio statu medium, & in differetem habere possunt. Obserua hoc loco nos locutos de possibilitate libera, quæ ad rem nostram est, non de naturali, quæ vltra existentiam, virtutis continentis, connotat intrinsecam determinationem eius, ad producendum effectum, nisi ab extrinsecis agentibus impediatur, possibilitas vero libera connotat indifferentiam intrinsecam principij continentis.

14 Possibile præcise includit duo.

Discrimē inter esse possibile à causali vera & à causa necessaria.

Nota 3. existentiam rei, esse actum intrinsecum formalem, determinantem indifferentiam potentie, in qua continebatur ad vnam partem, itaque res actu possibilis, & existens non distinguuntur in se, sed solum ratione, penes diuersa connotata, quod ea, quæ est possibilis, præcise connotat actum extrinsecum, in potentia continente, & præscindit ab actu in se, seu negatione eius, actu vero existens connotat prædictum actum intrinsecum sibi, & formalem. Hic obserua duplicem esse actum existentie; alterum absolutum, alterum conditionatum, vt sæpe explicui.

Nota. 3.

Nota 4. semper nos procedere in sententia, non distinguente essentiam ab existentia, quia eam longe puramus veriolem, non quia in opposita eodem modo locum non habeat hæc difficultas, vt supra notavi.

Nota. 4.

Ex his respondeo ad difficultatem propositam, & acquiesco parti, quæ negat aliquam formalitatem nouam, ex parte obiecti, respondere vni scientiæ re ipsa, quæ non respondeat alteri, hanc partem probant rationes dubitandi pro parte negativa, & eam sic amplius declaro, tum ex parte scientiarū, tum ex parte obiectōrum: nam scientia simplicis intelligentiæ, ex parte rei secundū intrinseca, quæ habet, est scientia conditionalis, & scien-

15 Con.

Authoris definitio.

& scientia visionis, ergo nõ petunt in obiectis diuersas formalitates obiectiuas; quia diuisio hæc non est diuersarum scientiarum in se, sed diuersorum nostrorum conceptuum, penes diuersa connotata ratione nostra in obiectis, ergo concipere non debemus has scientias, quasi in se specie distinctas saltem ratione nostra, & tanquam actus scientiæ adequatos ratione distinctos, vt in voluntate ratione distinguimus iustitiam à misericordia tanquam actus adequatos diuersarum specie virtutū, quæ exigant diuersas formalitates obiectiuas in creaturis; sed solum vt vnam simplicissimam scientiam in se, comparatam à nobis ad idem obiectū formale secundū diuersa connotata, quæ ipsum obiectū habet per rationem nostram. Neque enim hæ scientiæ distinguuntur per rationem, sicut distinguimus diuersa attributa in Deo, puta attributū iustitiæ, & misericordiæ, nã licet hæc propter virtuale in distinctione, nõ distinguatur ratione præscindente, at respiciūt in creaturis diuersas formalitates obiectiuas, nimirū honestatē iustitiæ, & misericordiæ; scientiæ vero illæ non respiciunt diuersas formalitates obiectiuas in creaturis, sed eandem, cum diuersis connotatis; hoc manifestius fiet cōsideratione obiecti, S. Th. q. 3. de veritate, ar. 3. ad 8. aurea habet verba pro hac cōsideratione nostra, sic enim ait, *scientia visionis super diuinam scientiam nihil addit intra genus notitiæ, sed solum existentiam creaturarū, quæ videri dicuntur.* En explicat scientiam visionis penes ordinem ad diuersum obiecti connotatum, id etiam obseruat P. Vaz. in hac quæst. art. 8. in commentario.

Obiecta propria harum scientiarū accurate explicantur.

Et summo Petri possibilem, conditionate existentem, absolute existentem, idem Petrus est ex parte rei, eadem eius existentia, eadem in diuiduatio in possibilitate, & in existentia, quia existentia possibilis non est diuersa formalitas ab existentia actuali, nec indiuiduatio possibilis est diuersa formalitas ab indiuiduatio actuali, sed solū differunt penes diuersa connotata, quod existentia possibilis connotat existentem potentiam, præscindit vero à determinatione eius ad alteram partem, ex contradictorijs: existentia vero actualis dicit eandem existentiam cum actu proprio, & formali determinante potentiã, vel absolute, vel conditionate, vt dixi notatione 2. & 3. & quia possibilitas rei ratione præcedit determinationem eius, siue conditionatam, siue absolutam, vt explicui disp. 7. cap. 1. Hinc etiam scientia simplicis intelligentiæ, quæ cōparatur cum possibilitate creaturarum ratione præcedit eandem, vt est conditionalis, & vt est visionis per instatia rationis desumpta ab obiectis, non ergo distinguuntur hæ scientiæ,

propter diuersas formalitates respondentes ex parte obiecti: sed propter eandem, secundum diuersa connotata priora, & posteriora secundum signa rationis.

Ad primam rationem pro parte affirmante; nego scientiam simplicis intelligentiæ ex parte rei non cognoscere existentiam conditionatam, & absolutam obiecti, nam cum ex parte rei vna sit scientia hæc, quæ à nobis, propter modum in adequatum concipiendi, triplex denominatur, illa ex parte rei quidquid est in obiecto cum omni sua connotatione cognoscit: cum hoc verum est scientiam simplicis intelligentiæ, vt à nobis inadæquate conceptam, penes vnum connotatum in obiecto, ratione prius alijs, præscindere à cognitione aliorum posteriorum connotatorū, non tamen excludere cognitionem eorum: ideo propositio negativa, quæ dicit per scientiam simplicis intelligentiæ non cognosci existentiam rei, vel conditionatam, vel absolutam falsa est.

Ad secundam: concedo Deum cognoscere res omnes possibles secundum illam connotationem possibilem in sua omnipotentia; & distingo minorem. Deus non cognoscit in sua omnipotentia, an res sit futura absolute, vel conditionate sumpta indifferenter, pro quodam priori rationis, concedo, in sua omnipotentia determinata per actualem existentiam effectus, aut conditionatam, aut absolutam, nego, hæc autem determinatio nihil addit nouum ex parte rei, sed nouam connotationem eiusdem formalitatis, quæ exigit nouam connotationem eiusdem scientiæ, vt iam declaravi.

Ais, ergo iam addit nouam connotationem, ergo formalitatem realē; quia hæc noua connotatio aliquid reale est. Respondeo distinguendo primam consequentiam, nouam connotationem, quæ non fuerat cognita à scientia simplicis intelligentiæ, vt ea realiter est in Deo. Nego, quæ non fuerat cognita ab ipsa, secundum quod illa solum respicit; per rationem nostram, potentiam continentem creaturas cum indifferentia, & indeterminatione supra explicata, transeat. Dico transeat, quia propositio negativa in rigore semper falsa est, nec ex hoc fit aliquid contra nostram doctrinam, vt notavi iam ex doctrina huius articuli & in tractatu de prædestinatione. disputat. 3. capit. 13. vbi explico discretionem prædestinati à reprobo ex diuina electione non omnino absoluta, speciali tamen ante præuisa merita absolute futura, licet post præcognita conditione futura.

16 R. ad arg.

Ad 1.

Ad 2.

Obiectio.

Cap 3. Diuifio scientia Dei, in practicam, & speculatiuam.



VIA scientia diuina non solum est sapientia, verum & prudentia: non solum est scientia, verum & ars. Ideo S. Thom. in artic. 16. qui est vltimus huius

questionis, eam vltius diuidit in practicam, & speculatiuam in hoc vero articulo duo affirmat: primum prorsus esse speculatiuam, vt se, & propria sua cognoscit, in hac assertione sequitur D. Thom. omnes eius commentatores, e quibus videri possunt. P. Suarez, 1. parte. lib. 3. de attributis positiuis cap. 4. P. Valentia hic puncto 8. & P. Vaz in hac 1. parte disp. 69.

17 S. Thom. art. 16. P. Suar. P. Val. P. Vaz Scot.

Refragarur Scotus in quæst. 4. prologi §. si obijciatur contra hoc ad 4. arg. qui putat probabiliter defendi posse scientiam Dei, quatenus præcedit affectum, & ad ipsum mouet, esse practicam, Dialectici quidam Magistri secuti sunt Scotum, dicentes hanc scientiam Dei ideo esse practicam, quia proponit voluntati diuinæ, ipsum amandum esse, & Deum tali cognitione, quasi directum, se amare. Quod si obijcias amorem Dei, quo se amat, liberum non esse. Respondent ad rationem praxis liberum, vel necessarium nihil referre. Hic obserua Scotum in ea quæst. §. si obijciatur, versiculo licet hæc, tandem; acqueuisse sententiam S. Thom. vt probabiliori.

Scotus comparatione suorum actuum scientiam Dei esse practicam, sequuntur eum moderni.

Scotus probabiliorem indicat sententiam S. Thom.

Verum libido noua proferendi peperit hanc opinionem, nec enim licet (vt quibusdam videtur) recedere a communibus sententiis, dum in dictis euidenter reninci non possunt, & in primis ea definitio Scoti, qua dicebat praxim esse actum alterius potentie ab intellectu naturaliter posteriori intellectione, quæ huic sententiae fauere potest, reiecta iam est ab omnibus in Logica, eo quod scientia practica diuiditur in prudentiam, & artem, prudentia est directiua agibilium, ars vero factibilium, ergo vt operatio aliqua sit praxis subijci debet directioni scientie practice: at qui amor diuinus, quo se amat neutica subijcitur vili directioni, nec dirigibilis est, ergo scientia Dei comparatione eius practica non est.

18 Confutatio eius sententia. 1. ratio.

Confirmatur hæc ratio, ad quæcunque reiuuam contemplationem, naturaliter sequitur in voluntate delectatio, nec tamen illa contemplatio est practica, in ordine ad delectationem subsequuta, alias nulla esset cognitio non practica, quod absurdum est, ergo nec scientia Dei, qua se cognoscit practica est, comparatione amoris sui.

Confirmatur 2. quia illa scientia nec est pru-

dentia, nec ars per respectum ad illum amorem, ergo non est practica. quidquid dixerint ad quodcumque membrum antecedentis necessario erit fictum, & quod oppositum opinantes abire cogat in absurda, & doctrinam sine fundamento.

Secundo probo ab absurdo, nam sequitur ex ea doctrina ipsam processione Spiritus sancti esse praxim, & scientiam Dei, quæ per se præcedit ad illam processione, esse practicam, per respectum ad eam, consequens est absurdum sine authore, & fundamento ergo &c. Sed obijcies, scientia illa dicitur Deo, qua ratione, & perfectione amanda sit eius infinita bonitas, ergo aliqua ratione dirigit amorem Dei, ergo vt sic subijct rationem practice. Vrgetur obiectio, pone artem ædificatricem duas simul habere virtutes cõparatione ædificationis, & directricem eius, & determinatricem facultatis ædificandi ad opus, proculdubio tunc esset practica, imo perfectiori modo, nam ratio artis sita est in virtute efficiendi arte facta, quod si determinaret potentiam exequentem, potentior haberet virtutem efficiendi, ergo non propterea deficeret a ratione artis.

Ad obiectionem nego antecedens, nec enim propositio illa, quæ semper præcedit ad omnem actum voluntatis, est dictamen propter duo. Primum, quia non est regula agibilium, aut factibilium. Secundo quia amor ille non est liber.

Ad confirmationem in eo casu ea ars haberet aliquid practice scientie, & non haberet, haberet in quantum dirigit effectiõnem, dependentem, non haberet, in quantum ea effectio, nec denominatiue libera foret, atque adeo non subderetur arti, vt subdi debet effectio ex natura sua. Nec si velis in eo casu denominationem aliquam practice: ei arti tribuere, tecum multum cõtendo, cum controuerfia deducta sit ad quæstionem de nomine parui momenti & nomine tantum disjides a communi sententia, quod vitium est.

Venio ad secundum assertum D. Thom. in quo duplex moueri potest dubitatio. Prima an scientia Dei sit practica, cõparatione suorum actuum liberorum. Secunda an comparatione crearuraru. Quo ad primam Scotus supra §. tertius articulus, & in 1, distinct. 38. quæst. 1. negat scientiam Dei practicam esse comparatione actuum liberorum.

Verum negari non potest scientiam Dei esse prudentiam, ita affirmante sacra scriptura prouerb. 3. ibi Dominus sapientia fundauit terram

2. ratio.

Obiectio.

Satisfactio

19 Duplex dubitatio. 1. an scientia Dei sit practica comparatione actuum liberorum. 2. an comparata ad creaturas liberorum.

terram, stabiliuit celos prudentia, & Hierem. 10 & 15. atqui prudentia versatur immediate, & principaliter circa agibilia sicut ars circa factibilia, ergo scientia Dei comparatione actuum voluntatis eius est prudentia.

Confirmatur quis negat, Deum habere in sua scientia hoc practicum iudicium, si uolero hominum misereri per incarnationem, eisq; elargiri Filium meum in carne, actus ille erit misericordia, liberalitas, charitas eximia, sed iudicium hoc versatur immediate circa actus liberos suæ voluntatis, ergo scientia Dei est practica erga illos.

Sed obijcies. Primo ex Scoto voluntas diuina ipsa sibi regula est, nec indiget directione intellectus, vnde, nec in ipso præcedit dictam cõparationem voluntatis, dictans hoc amandum, aut faciendum est: ergo, &c.

Vrgeo obiectionem actus liberi voluntatis diuinæ, nec distinguitur a scientia, nec pedit ab illa, ergo non est praxis, comparatione scientia.

Ad obiectionem respondeo. Distinguen-do illam propositionem, voluntas diuina ipsa sibi est regula proponens, & ostendens obiectiones honestates, quas prosequitur per voluntatem. nego. Nam, nec increata, nec creata voluntas quidquam cognoscit. Ipsa sibi est regula, hoc est, ex se est indefectibilis in suis actibus, quo ad rectitudinem, & honestatem moralem, concedo, in hoc enim differt voluntas increata a creatis, quod illa ex natura sua impeccabilis est, hæc peccabiles: hinc est, quod licet ad omnem actum liberum præcedat ratione in Deo dictamen diuinæ prudentiæ; non tamen id est ex indigentia, propter periculum deficiendi in actibus voluntatis, sed ex exigentia connaturali, quæ præscribit, vt actus voluntatis præcedant actus intellectus, ex eo quod etiam in diuinis verum est, nihil volitum esse, quin præcognitum.

Ad confirmationem. Concesso antecedente, nego consequentiam: nam vt non obstante in distinctione actus necessarij ab actu libero, est propriissime actus necessarius, & liber, ita licet necessarius dirigibilis, non sit, & indistinctus a libero, is dirigibilis esse potest, nec obstat independentia, nam non est de ratione directionis prudentiæ, quod actus ab ea directus pendeat, sed quod vere dirigatur, siue pendeat, siue non. Prudentia quidem creata, & ars, quæ dirigunt operationes creatas, dirigunt cum dependentia: at prudentia diuina, quæ dirigit actus suos liberos, condistinctos a creaturis, dirigit sine dependentia. Dico condistinctos a creaturis, nam omnis actus liber Dei essentialiter connotat creaturam aliquam, non tamen ipsa intrinsece consti-

tuit actum liberum secundum pluriū sententiam, vt ex professo disputo tractatu de voluntate Dei disp. 16. vbi nostra, & aliqua fundamenta reperiuntur in disp. 2. cap. 2.

Denique scientia Dei, vt comparatur ad creaturas practica est, & ars diuina recte nuncupatur, ita Sapient. 7. omnium artifex docuit me sapientia. Ratio a priori est, quia ipsa sunt operabiles a Deo, & cognoscuntur modo operabili, hoc est secundum factibilitatem, quam habent, ipsa denique scientia, cum Deus quas vult producit, dirigit actionem effectricem, ergo est practica.

Sed petet aliquis. An scientia simplicis intelligentiæ, vt est cognitio creaturarum, quæ nunquam erunt, sit practica, Diuus Thomas in hoc articulo respondet speculatiuam esse, vt cum quis ædificator considerat, qualiter possit fieri aliqua domus non ordinans ad finem operatiõnis, sed ad cognoscendum tantum erit (ait) quantum ad finem speculatiua, sic etiam cum Deus cognoscat de creaturis possibilibus, quidquid nos speculatiua diffiniendo, & diuidendo cognoscimus, vt cognitio nostra speculatiua est, ita diuina.

Longiorem hæc petebant discussionem, si locus opportunus esset. verum non omittam doctrinam, quam puto veriolem. Quæcumque scientia, siue practica, siue speculatiua denominetur, cognoscit naturam rei, eiusq; proprietates, nam si scientia est, esse debet cognitio certa, & euidentis nature, & proprietatũ, ergo si cognitio, quæ dicitur practica, scientificæ est, hoc habere debet. Rursus rei factibilitas, seu exigentia certæ actionis, qua produci perit, vt creatiue, aut generatiue a nobis concipitur, vt proprietates a natura emanans, cum tamen sit ab ea indistincta, ante operationem intellectus. Hinc efficitur quamcumque scientiam, & naturam obiecti sui, & factibilitatem contemplari. Qui opinantur rationem practice, & speculatiui in scientia essentialem esse, dicunt scientiam illam practicam esse, quæ ex intrinseca ratione sua ordinatur ad factibilitatem, & quasi secundario, & per accidens cognoscere naturam, vt medium ad cognoscendam factibilitatem, quia intrinsecus finis scientie practice est opus, qui vero opinantur, rationem practice, & speculatiue in scientia esse extrinsecam denominationem: partim sumptam a potentia scientis, partim sumptam a fine cognoscendi, dicunt omnes scientias ex primaria intentione ex æquo ordinari ad naturam, & proprietates rei cognoscendas, & cum in cognoscente est potentia productrix rei cognite, scientia illa, comparatione eius, est de re operabili, & secundum hanc rationem fortitur denominationem

non tamen essentialiter eum constituit secundum pluriū sententiam. Sapient. 7. Scientia Dei vt comparatur ad creaturas practica est.

20 D. Thom. esse speculatiua.

An scientia simplicis intelligentiæ, vt est cognitio creaturarum, quæ nunquam erunt, sit practica, Diuus Thomas in hoc articulo respondet speculatiuam esse, vt cum quis ædificator considerat, qualiter possit fieri aliqua domus non ordinans ad finem operatiõnis, sed ad cognoscendum tantum erit (ait) quantum ad finem speculatiua, sic etiam cum Deus cognoscat de creaturis possibilibus, quidquid nos speculatiua diffiniendo, & diuidendo cognoscimus, vt cognitio nostra speculatiua est, ita diuina.


21 Resolutio auctoris.

S. Thomae
expendi-
tur

tionem practicae, quia ex parte scientiae, & modi cognoscendi, nihil desideratur ad dirigendam operationem, si sciens velit applicare suam potentiam executricem ad opus. Quod si producere non intendat, ex parte erit practica ratione potentiae, ex parte speculatiua, ex defectu finis. Hæc mihi arrisit sententia in logica & video esse consentaneam D. Thomæ in hoc nostro articulo, dum ait, *Considerationem edificatoris circa modum efficiendi domum, esse de re operabili, ac proinde practica aliquo modo, si vero considerationem illam non ordinet ad operationis finem, est speculatiua quantum ad finem, & expendo illa verba, Scientia igitur, quæ est speculatiua, ratione ipsius rei scienta est speculatiua tantum, quæ vero speculatiua est secundum modum, vel finem, est secundum quid speculatiua, & secundum quid practica.* Ecce in prioribus verbis ponit scientiam tantum speculatiuam circa rem non operabilem, circa quam non potest esse intentio operationis, in posterioribus vero eandem scientiam ait, esse secundum quid speculatiuam, & secundum quid practicam, ratione modi cog-

noscendi, & finis; ergo rationem practici, & speculatiui sumit à fine, & modo cognoscendi, sistente in veritate ex voluntate scientis. De Deo vero concludit, *De se ipso habere scientiam speculatiuam tantum, de omnibus vero alijs speculatiuam, & practicam,* quia omnia alia ab ipso operabilia sunt, & quia ita cognoscuntur ac si in veritate sisteret, de his vero, quæ potest quidem facere, sed secundum nullum tempus facit, *Non habet (ait) scientiam practicam, secundum quod practica scientia dicitur a fine.* Ecce confiteretur, & rationem practici dici à fine, & ratione virtutis dirigendi, & potentiae productionis, etiam respectu pure possibili, scientiam Dei practicam esse; hinc & mea lata sententia, & mēs Diui Thomæ explicata, quæ aduersus eam obijci possunt, alibi Deo dante explicabuntur. Hanc autem scientiam practicam Dei non esse visionis, sed simplicis intelligentiæ, disputatione sequenti cap. 1. & 2. demonstro.

(§)



DISPUTATIO

DISPUTATIO DECIMA, ET VLTIMA.

DE PROPRIETATIBVS SCIENTIAE DEI.

Distincta tribus capitibus.

In 1. Scientiam visionis vt sic, non esse causam obiecti proprii.

In 2. Mens Diui Thomæ, in controuersia capitis primi.

In 3. Nec scientiam Dei esse discursiuam, nec variabilem.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT DISCURSIVA.

Negat Sanctus Thomas esse discursiuam in nostro cap. 3. accurate explicatur hæc Conclusio.

ARTICVLVS OCTAVVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT CAUSA RERVM.

Conclusio Sancti Thomæ. Scientia Dei est causa rerum, adiuncta tamen voluntate. Hæc Conclusio in nostro cap. 1. & 2. accurate explicatur.

ARTICVLVS DECIMVS QVARTVS.

VTRVM DEVS COGNOSCAT EVNTIABILIA.

Conclusio Sancti Thomæ est affirmatiua

ARTICVLVS DECIMVS QVINTVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT VARIABILIS.

Negat

paſto res omnes creatæ fieri perant, & debeant, ergo ſi ei coniungatur voluntas diuina decernens productionem alicuius rei determinatæ, & per omnipotentiam manderetur executioni, productio ea ſcientia illam dirigere poteſt, & influere per modum artis, ergo illa practica eſt, & hæc eſt ratio à priori noſtræ ſententiæ.

Secundo probanda eſt rationibus, quas inſnuarunt Patres à nobis allegati, nimirum, quod ſi ſcientia viſionis eſſet cauſa futurorum contingentium, & ad ea omnino antecederet, iam foret ſuppoſitio antecedens uſum libertatis, & neceſſario connexa cum euentu libero, ac proinde periret contingentia, & libertas, quas rationes ego ad formam uigentem reuocaui diſp. 6. cap. 2. probans in phyſica præmotione cognoſci non poſſe actum liberum futurum.

Tertio deniq; contra Thomiſtas, qui aſſerebant, ideo Deum cognoſcere futura, quia ſunt in æternitate præſentia, ex voluntate Dei contra quos diſputaui diſp. 6. cap. 4. & 5. ad hominem poſſumus ſic argumentari, nam hi Thomiſtæ ſupponunt ante ſcientiam viſionis obiecta hæc habere præſentiam in æternitate, imo potius ideo uideri à Deo, quia hæc ſunt præſentes æternitati, ergo ſcientia viſionis nõ poſteſt in eorum doctrina eſſe cauſa eorum, nec hæc ſententia cum illa cõſistere poteſt.

6 *Scientia viſionis ſolū eſſe poſteſt practica ad eadem rem repro ducendam*
 Hoc loco obſerua, nos non negare in aliquo caſu ſcientiam viſionis eſſe poſſe practicam, & cauſam alicuius rei, nam licet, non conſentiam aliquibus recentioribus adſtructibus præuiſionem calorū prius ratione productorum eſſe ſcientiam practicam, comparatione actionis, producentis ornatam, & præuiſionem cuiuſcumque naturæ, prius exiſtentis comparatione actionis producentis proprietates, & accidentia, ut demonſtro in tractatu tertio de Prædeſtinatione diſp. 12. cap. 2. at ſi Deus uellet eandem numero rem præxiſtentem reproducere, ut poteſt, non dubiū quin ea præuiſio, quæ quidditatiua eſt, & cõprehendiua eius rei ſecundam actionem poſſit dirigere, in hoc ergo caſu ſcientia viſionis practica erit.

7 *Solutio argumentor Obijcitur Auguſtina.*
 Argumenta pro contraria parte leuia ſunt, & prætermiſſis testimonijs Diui Thomæ pro art. 2. Primo obijciunt nobis Auguſtinum lib. 6. de Trinitate cap. 10. ubi habet hæc uerba, *Non enim hæc, quæ creata ſunt, ideo ſciuntur à Deo, quia facta ſunt, ac nõ potius ideo facta ſunt, vel mutabilia, quia immutabiliter à Deo ſciuntur?* Igitur Auguſtinus ſentit hanc cauſalem concedendam eſſe; ideo res eſſe futuras, quia prænoſcuntur à Deo, non è contra.

Reſpondeo, Teſtimonium hoc ad rem nõ

adferri, nam Auguſtinus ibi non agit; an ſciē *Mens* An-
 tia viſionis, aut ſimplicis intelligentiæ ſit cauſa gnſtini in
 ſa rerum, de quo eſt noſtra controuerſia, ſed hoc teſti-
 an aliqua ſcientia Dei ſit cauſa rerum, de qua monio.

nulla eſt, quia pars, quæ aſſeruat, apud omnes eſt in conſeſſo. Imo ſi expendis ſcopum Auguſtini, in eo capite inſpicies ipſum locutum de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, nam ibi explicat, quid ſit eſſe Dei, & ait eſſe primam, & ſummam vitam, cui non eſt aliud viuere & aliud eſſe, & primum, ac ſummum intellectum, cui non eſt aliud viuere, & aliud intelligere, ſed id quod eſt intelligere, hoc viuere, agit ergo de ſcientia Dei, ut conſtituit eſſe eius non de ſcientia viſionis ſecundum eam ſpecialeſ connotationem, quam addit, de ea enim, ut ſic conſtat, abſolute potuiſſe non eſſe in Deo, ac proinde ut ſic nõ conſtituere eſſe Dei.

8 *Auguſt.*
 Secundo obijciunt eundem Auguſtinum, lib. 15. de Trinitate cap. 13. ubi in hæc uerba *Vniuerſas autem creaturas ſuas, & ſpirituales, & corporales, non quia ſunt, ideo nouit, ſed ideo ſunt, quia nouit.*

Mens An- guſtini in ſecundo teſtimonio.
 Sed nec hoc teſtimonium ad rem eſt; nam Auguſtinus ibi ſolum ait, Deum, & nos nullam ſcientiam haurire, nihil didiſcere, in initio enim capitis eius hæc habet uerba, *Nunquid Deus Pater ea ipſa, quæ non per corpus, quod eſt ei nullū, ſed per ſe ipſum ſcit, aliunde ab aliquo didicit? aut nuntijs, vel teſtibus, ut eas ſciret indigniſ?* &c. & ibi progreditur, probans Angelos quidem Dei nuntios eſſe, non tamen ut enuntient, quæ neſcit, ſed ut ab illo ipſi per Verbum eius, ſine corporali ſono nuntient, quod uoluerit. Ad hæc, Auguſtinus poſt uerba in contrarium relata, hæc adiecit, *Non enim neſciuit, quæ fuerat creaturas, quia ergo ſciuit creauit, non quia creauit, ſciuit.* In quibus plane ſignificat ſe loqui de ſcientia, quæ præcedit, determinationem creandi, quia cum uult creare, ipſa quæ præſcit, uult creare, non de ſcientia viſionis, quæ ſubſequitur decretum creandi, ſed de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ antecedit, neceſſario intelligendus eſt.

9 *Gregor.*
 Tertio, obijciunt Gregorium lib. 20. mor. Gregor. raliū capite 24. ubi ait, *Quæcumque ſunt, non ideo ab æternitate uidentur, quia ſunt, ſed ideo ſunt, quia uidentur.* Hæc uerba magis uirgere uidentur, eo quod loqui uideatur Gregorius de ſcientia viſionis in ſpeciali.

Reſponſo P. Vaz.
 Verum ad hoc teſtimonium bene reſpondet Pater Vazquez hic diſput. 68. capite 6. num. 43. nimirum non negare ibi Gregoriū, ideo res futuras à Deo cognoſci, quia futura ſunt ſed ſolum non ideo cognoſci, quia præſentes ſunt ipſi in æternitate, nec enim Deo ita ut nõbis præſentia obiecti eſt neceſſaria, idq;

id que ſignificat, cum ait, *Quæcumque ſunt, non ideo ab æternitate uidentur, quia ſunt,* Nempe ab æternitate, cum uero ait, *ſed ideo ſunt, quia uidentur,* loquitur de eſſe intentionali, quod habent in mente Dei, non de eſſe reali, quod in ſe, hoc enim iam negauerat. A ratione nihil afferunt momenti.

8 *An ſcientia ſimplicis intelligentiæ immedieate phyſice influat.*
 Sed pro coronide, petet aliquis, an ipſa ſcientia ſimplicis intelligentiæ applicata, & determinata per uoluntatem immediate phyſice influat, an ipſa uoluntas applicans, quia uideatur cauſa efficacior, & immediata magis, an uero omnipotentia Dei, ratione diſtincta ab utraque? Dubitatio hæc diſputari etiam poteſt in hac prima parte ad quaſtionem 19. artic. 4. ubi an uoluntas ſit cauſa rerum, & ad quaſt. 25. de potentia Dei. In qua noſtri frequentius docent potentiam Dei immediate influere, ita Pater Suarez lib. 3. de attributis cap. 9. in 1. parte, & in metaphyſica diſput. 30. ſect. vltima P. Vazquez diſp. 8. c. 2.

D. Th. Reſolutio authoris.
 Diuus Thom. in hoc artic. 8. comparans ſcientiam in ordine ad res quæ efficiunt, calor in ordine ad calefaciendum, ualde inclinatum ſententiã, quæ dat ſcientiæ immediatum phyſicum influxum, ego ſic iudico.

Cap. 11. Mens Sancti Thomæ in controuerſia capitis primi.

Angelicus Doctore Princeps Theologiæ ſcholæſticæ



NE G A B I T nemo Angelicum Doctorem in quaſtionibus ſcholæſticis principem iure optimo obtinuiſſe locum, inter alios ſcholæſticos Doctores, ea tamen eſt ipſi adhibenda fides, quæ terminos humanæ, & fallibilis non tranſiliat, cum nec Patrum modestia maiorem ſibi fidem permittat, quippe qui non ſemel explicant, & corrigunt ſuas ſententias, cuius rei fideliffimus, atque uuliffimus teſtis Auguſtinus, nec non ipſe Thomæ, ideo uero eius mentem in noſtra re graui quidem, ſuſcepi explicandam, quia aduerſarij, inmerito ipſum ſibi Patronum faciunt.

9 *1. Teſtimonium Diui Thomæ ad probandã ſcientiam viſionis eſſe practica.*
 Mouentur primo ex hoc art. 8. ad primum ubi Originem pro noſtra ſententiã allegatum noſtro ſuperiori capit. explicare conatur, quod ſi D. Th. à nobis eſſet, quid Originem noſtræ ſententiæ aſſertorem explicaret? Mouentur ſecundo ex quaſt. 2. de ueritate art. 14 ad 1. ubi eundem explicat Originem diceas, locutum de ſcientia viſionis, quatenus nõ imponit neceſſitatē in ijs rebus, quas cauſat. Tertio mouentur, quia ad finem huius arti-

Primo facile pro libito quacumque ex his ſententijs defendi poſſe, quia nulla efficaciter reſutari poterit. Secundo cum potentia Dei, ratione præſcendente, non diſtinguatur à ſcientia, & uoluntate, hoc ipſo quod affirmes potentiam Dei concurrere, affirmas ex parte rei ſcientiam, aut uoluntatem concurrere: etenim hæc ſolum diſtinguntur ratione per connotata extrinſeca, & quod affirmatur de uno, de omni indiſtincto ab ipſo ratione præſcendente, affirmare cogimur. Verum quia nomen potentie ordinem cauſæ, & continentis exprimit, & connotat creaturas ut contentas, & ut effectus, non nomen ſcientiæ & uoluntatis, ſed ſolum cognitas, & uoluntas, quæ nomina intentionalia ſunt; ideo proprius omnipotentie ut ſic uirtus immediate influens, quam ſcientiæ, & uoluntati tribuendum. Et hoc ſibi uoluerunt noſtri Scriptores, nec reſragatur Diuus Thomas in ſimili petito à calore, quod tener, quo ad influxum, & dependentiam rerum à ſcientia, non uero quo ad modum influendi per uirtutem phyſicam. Vel dicito, ſcientiam ibi ſummi ſecundum quod eſt idem re cum omnipotentia.

in corpore, ait, *ſcientiam quæ eſt cauſa rerum communiter appellari ſcientiam approbationis:* atqui ex D. Thom. quaſt. 7. de ueritate art. 8. in corpore ſcientia ſimplicis intelligentiæ diſtinguitur à ſcientia approbationis, ergo ſcientia ſimplicis intelligentiæ non eſt cauſa rerum.

Verum qui mentem D. Thom. introſpexerit, tum in hoc art. tum in 1. diſt. 38. quaſt. 1. art. 1. non dubitauit mentem ipſius nobis ſuffragari: etenim, ut notauit cap. ſuperiori cauſalitatem ſcientiæ Dei erga res ſemper explicat per cauſalitatem artis in artifice erga artefacta, conſtat uero ſcientiam artificis, quæ influit in opus, eſſe rei factibilis, ut factibilis, non eius ut exiſtentis, nam hæc intuitiua eſt, & producta ſpeciebus à re artefacta immiſſis, ergo minime poteſt in eam influxum habere, ergo pariter dicendum in ſcientia Dei viſionis, quæ licet non producat a re exiſtenti, aut habeat realem cauſalitatem in illam, ut notauit capite ſuperiori: at ſcientia viſionis eam exiſtentem ſaltem ratione præſupponit, ergo ut ſic non influit ex mente S. Thomæ.

Alia teſtimonia pro aduerſa ſententiã.

Secundo id proba ex nostro articulo octauo, in illis verbis, Cum enim forma intelligibilis ad opposita se habeat (cum sit eadem scientia oppositorum) non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur ad unum per appetitum. Hæc verba sic expendo, vt probein vera esse non posse, nisi intelligantur de scientia simplicis intelligentiæ, & primo loqui de scientia, quæ est causa rerum, dubium non est, ait enim, scientiam non producturam determinatum effectum. Deinde non loqui de scientia visionis, sic proba. Primo quia loquitur de scientia indifferenti ad opposita, hæc vero non est visionis, hæc enim non est indifferens ad opposita, sed determinata ad existentia. Secundo, quia scientia hæc, de qua agit, eget determinatione voluntatis, adiuncta sibi, vt causet, ita vt inter scientiam, & effectum interueniat determinatione voluntatis, immediatiore effectui, at inter scientiam visionis, & effectum nullus intercedit actus voluntatis, cum scientia visionis subsequatur decretum de re producenda, vnde Diuus Thomas quæstione 2. de veritate, articulo. 14. circa finem, ait inter scientiam Dei, quæ est causa rerum, & ipsam rem causatam inueniri duplex medium, primum diuinam voluntatem, secundum in quibusdam effectibus influxum causæ secundæ, & in 1. distinct. 38. quæstione 1. artic. 1. ad vltimum, ait, Creaturas non procedere à Deo per necessitatem scientia ne, vt omnes intelligit per scientiam visionis, ita omnes producat necessario, sed per libertatem voluntatis completis scientiam in ratione causæ, igitur dubitari non potest de mente Diui Thomæ in hac parte, quin à nobis stet.

IO Explicatur opposita testimo-
nia.

Nec testimonia ex aduersa parte, difficilè explicantur. Ad primum respondeo, cum ait Origenem locutum de ratione scientia, cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate, agit de scientia, quam causare ad modum artis, & cum in differentia ad opposita dixerat in corpore articuli, quam vidimus esse ipsam simplicem intelligentiam, & cum dixit referens ex Origine, ideo Deum præscire aliqua, quia sunt futura intelligendum esse secundum causam consequentiæ, non secundum causam essendi, solum vult res futuras non habere influxum realem in scientiam Dei, vt nos etiam explicuimus, sed hunc influxum realem solum

cerni in consequentia, à nobis illata, hæc enim conclusio, Ergo Deus scit rem esse futuram, illata ab hoc antecedenti, res est futurum: nō dependet ab eo secundum influxum realem: quod vero explicationem Origenis susceperit, non probat, se docere doctrinam Origeni contrariam, nam si id agnouisset Diuus Thomas ingenue fateretur, & omni explicatione prætermisâ, suam contra Origenem ferret sententiam. Aut forte ideo explicat Origenem, quia interpretatio, quam docuerat in secundo testimonio, ab aduersarijs producta ex quæst. 2. de veritate, artic. 4. ad primam iam non placebat, cum censuerit mutandam explicationem, quo etiam nomine nobis ea displicet, vnde etiam satisfactum est ad secundum argumentum aduersariorum. Hoc loco obserua, quidquid sit de expoptione Origen. Diuū Thomam nunquam alia Sanctorum Patrum testimonia, à nobis relata capite superiori eodem modo explicasse, vnde non licere aduersarijs ex D. Thom. autoritate, eius plicatione pro alijs Patribus vti.

Ad tertium fateor ex mente Diui Thomæ scientiam approbationis esse causam rerum, quia scientia sine applicatioue, & approbatione voluntatis non influit, vt retulimus ex Sancto Thoma. Nego vero scientiam visionis esse scientiam approbationis, nam idem Diuus Thomas articulo 9. huius quæstionis responsione ad tertium distinguit scientiam visionis, à scientia approbationis, dicens non oportere, quod quæcumque scit Deus, sint, vel fuerint, vel futura sint, sed solum ea, quæ vult esse, vel permittit esse, & ratio est manifesta, quia peccata videt, non approbat, scientia ergo simplicis intelligentiæ est scientia approbationis, adiuncta voluntate approbante, non in quantum dirigit permissionem peccatorum, secundum quam solum rationem eam distinxit Diuus Thomas, à scientia approbationis, in quæstione 2. de veritate articulo 8. sed in quantum dirigit productionem rerum omnium, quæ Deo

volente, & approbante, producantur.

(. § .)

§§§§§§§§§§
§§§§§§
§§§§

Caput. III. Nec scientiam Dei discursiuam esse, nec variabilem.

II D. Th. art. 7.



Væ restant quasi proprietates scientiæ Dei, alteram explicat D. Thom. art. 7. alterâ art. 15. vtraque negatiua est. Prima negat scientiam Dei discursiuam esse, id intelligendum de discursu formali, in quo reperitur causalitas, seu dependentia conclusionis ab assensibus præmissarum: at discursus quidam eminentialis sine vlla dependentia, quatenus effectum in causa, & ex causa cognoscit, negari non debet, nec negatur à S. Thom. hunc autem eminentialem discursum explicui fuse disp. 5. cap. 3. & 5. ideo hic plura nolo.

II in scit-
tia Dei
discursus
eminẽtia-
lis, non for-
malis.

D. Th. art. 15.
P. Vaz.
P. Mol.

Erga secundum attributum P. Vazquez in obseruatione circa doctrinam art. 15. putat D. Thom. sermonem instituere in hoc art. de scientia simplicis intelligentiæ, P. vero Molina extendit doctrinam S. Thom. ad scientiâ visionis, & liberâ. De necessariâ veritate scientiæ simplicis intelligentiæ, ex professo à nobis disputatum tota disp. 5. De immutabili veritate scientiæ Dei liberâ ex hypothesei futuri- tionis obiecti abunde dixi disputatione 6. cap. 8.

Censura
P. Molina
de modo
loquendi
S. Tho.

Id solum obseruo in hoc art. 15. in responsione ad 3. S. Th. post refutatos Nominales, docuisse hanc propositionem falsam esse, quidquid Deus scit, scit. P. vero Molina post interpretatam mentem D. Th. in bono sensu, cauendum esse admonet modum loquendi D. Th. quia videtur offendere pias aures, & constanter asserendum semper Deum eodem modo scire quamcumque enuntiationem, quam semel sciuit.

12
Authoris
resolutio.

Motus fuit D. Th. ad id asserendum, quia Deus sciuit, Christum nasciturum ex Maria virgine, modo vero non scit Christum nasciturum, cum falsum hoc sit. Ego sic existimo de re, & de mente S. Th. aut loquimur de scientia Dei comparata ad Christi Natiuitatem in tempore determinato, tamquam ad obiectum visionis, & sic quidquid sciuit Deus de ea Christi Natiuitate ab æterno, & toto tempore antecedenti, mensuræ propriæ natiuitatis & tunc sciuit, & modo scit, & sciet pro æternitate tota, nam per hanc scientiam vt sic solum Deus affirmat natiuitatem Christi existere in ea duratione determinati temporis, quod verum est in quocumque tempore siue antecedente, siue præsentem, siue sequente sit in mente propositio: aut loquimur de scientia Dei per ordinem ad nostras denominationes,

in quantum eandem propositionem denominamus de præterito, de præsentem, & de futuro: de præterito, vt intelligimus propositionem Dei coexistere toto tempore antecedenti ortui Christi; de præsentem, vt intelligimus eandem coexistere tempore, in quo nascitur Christus; de præterito, vt intelligimus coexistere tempore sequenti, & tunc etiam intelligit Deus scientia sua inuariabili nos habere fundamentum ad has denominationes vere tribuendas.

Denique, aut comparatur scientia Dei ad enuntiationes nostras de præterito, de præsentem, de futuro, quas formamus de ipsa Christi Natiuitate, omnis vero enuntiatio nostra, aut est mentalis, aut vocalis, & scripta, circa mentalis duplex est opinio in Philosophia, prima negat propositionem mentalem mutari posse de vera in falsam, & affirmat eandem perseverare variato obiecto, propter independentiam ab illo in sua entitate intrinseca, in qua tota ratio veritatis sita est in hac sententia. Secunda vero affirmat mutari posse de vera in falsam, quia putat veritatem compleri per existentiam obiecti, ita se habentis, vt enuntiat propositio, in priori sententia Deus cognoscit, quamcumque enuntiationem nostram mentalem esse, vel determinate, & immutabiliter veram, vel determinate, & immutabiliter falsam, dum persistit mens in eo assensu, nam si non perseveramus in ea opinione, mutatur intellectus de falso in verum, aut è contra non assensus, sicut mutari solet manus de frigida in calidam, quo exemplo vsus est S. Th. infra quæst. 16. art. 8.

In affirmante vero sententia Deus etiam immutabiliter scit propositionem mentalem veram esse vsque ad momentum ortus Christi, deinceps vero falsam, & hoc ab æterno sciuit, & in æternum sciet.

De propositione vero vocali, aut scripta sententia affirmans, mutari posse de vera in falsam, verior est, vnde in his propositio S. Th. hunc habet sensum Deum scire propositionem de futuro esse veram vsque ad determinatum tempus, & transacto eo tempore, non scire esse veram, imo scire esse falsam, non quia varietur scientia Dei, aut per amissionem alicuius scientiæ, aut acquisitionem nouæ, cum vtrumque ab æterno sciuerit, sed quod nos affirmare possumus, Deum modo, in hac propositione Christus nascitur ex Beata Virgine non scire veritatem inesse, sed falsitatem.


2. opinio
in quo cõ-
sistat veri-
tas men-
talis.

13
De propo-
sitione vo-
cali resolu-
tio.

Obserua hoc loco propositiones vocales propter connotationem temporis præteriti, præsentis, aut futuri gemminatam continere veritatem, alteram de existentia obiecti, vel negatione eius in tempore; alteram de coexistentia, vel negatione coexistentiæ propositionis, cum obiecto enuntiato, & vnam ex his veritatibus sciri posse, altera ignorata, vt accurate explicui disp. 6. cap. 8. nu. 68. Hæc de re.

De mente Sancti Thomæ fateor litteram suboscurem, & statuo ipsum retulisse scientiam Dei ad nostras propositiones vocales, id constat primo, quia refutans Nominales, dicit, *Diuersitatem partium orationis, causare diuersitatem enuntiatibilium.* Admittit ergo partes in oratione, quod verum est de propositione vocali. Secundo quia infert, vt absurdum, fore semper veram propositionem, quæ semel vera est. Quod solum absurdum est in propositione vocali. Cum ergo ait, *Et ideo concedendum est, quod hæc non est vera,*

quidquid Deus sciuit, scit, si ad enuntiatibilia referatur. Intellige si referatur ad obiectum, vt enuntiatum per nostram propositionem vocalem, quod colligo primo ex illis verbis. *Esset autem ex hoc scientia Dei variabilis, si enuntiatibilia cognosceret per modum enuntiatibilium componendo, & diuidendo sicut accidit in intellectu nostro.* Secundo ex verbis sequentibus sibi. *Vnde cognitio nostra variatur, vel secundum veritatem, & falsitatem, puta si mutata re eandem opinionem de re illa retineamus.* Ergo agit Angelicus Doctor de scientia Dei, vt refertur ad nostras enuntiationes variabiles, & affirmat, Deum, post amissam veritatem, in nostra enuntiatione, non scire, veram esse, cum sciuerit, veram esse toto tempore, quo vera fuit vt antea dixi. Hactenus de hoc tractatu. Cedant dicta in Dei gloriam, atque honorem Sanctæ Ecclesiæ Dei.



TRACTA-

TRACTATUS

SECUNDVS.

DE VOLVNTATE DEI.

DECEM DISPUTATIONIBVS
distinctus.

Pro captu nostro scientiam Dei enucleauimus, in qua vocauimus in dubium plura, non vsque vocata, & exponere, atque definire conati sumus. Post illum tractatum, hunc qui sequitur, de voluntate Dei, doctrinæ cohærentia præscribit. Velim animaduersum lectorem meum in eo contineri difficilia in bono numero, noua non in pauciori, quia hucusque ieiunè nimis ab scriptoribus tradita doctrina huiusce rei, nec ad debitum ordinem, conuenientemque methodum redacta, quæ de Diuina Voluntate, atque actibus eius disputari possunt, & debent. Cedat labor in gloriam Dei.

DISPUTATIO VNDECIMA.

DE

EXISTENTIA DIVINAE

VOLVNTATIS.

Distincta tribus capitibus.

In 1. Cap. In Deo esse voluntatem de fide est, & euidens ratione naturali.

In 2. Cap. Discussio, atque defensio rationis Sancti Thomæ.

In 3. Cap. Demonstratur necessaria connexio inter cognitionem, & appetitum

ARTICVLVS PRIMVS.

VTRVM IN DEO SIT

VOLVNTAS.

Respondet S. Thomas Quoniam in Deo est intellectus, est etiam voluntas; Nam hæc sequitur intellectum; imo vt intelligere Dei est suum esse, ita & suum velle.

R 3

Capit